Possimus aut̄ dicere qd̄ ad p̄ns spectat dupli-  
cia uenari possumus q̄ expedit regi suū finē co-  
gnoscere. Prima est in q̄tū p̄ sua opera coopatur  
ut sit finis consecutius. Secūda uero in quantum  
alioꝝ directiūs. Prima uia sic patet nam ad hoc  
q̄ aliquis p̄ suam operationem finem consequa-  
tur tria requiruntur. Primo q̄ agat bene. Secun-  
do q̄ ex electione. Tertio q̄ agat delectabiliter.  
Si enim non ageret bene sed male non conse-  
retur finem sed contrarium finis:nam finis ut di-  
cī.ii.phisi.non solū dicit quid ultimū sed etiā  
quid optimū:propter q̄.ii.metha.innuit philo-  
sophus q̄ finis & bonū idem:& qui tollit finem  
tollit omne bonū:quare si male agentes digni-  
sūt ut mala consequant̄ q̄a malū contrariaſ bo-  
no & p̄ consequēs contrariaſ fini:male agentes  
scdm q̄ hmōi digni sunt ut non consequantur  
finē sed contrariū finis. Immo non solum male  
agens non consequit̄ finē:sed potētes bñ agere  
nisi bene agant non debetur eis corona nec de-  
betur eis finis uel fœlicitas.uñ.i.ethi.ait q̄ in olí  
piadibus.i.in illis bellis & agonibus non coro-  
nant̄ fortissimi:sed agonizantes:qui enim for-  
tissimi sunt supra potētes agonizare.attamen si  
non actu agonizat̄ non debet eis corona:opor-  
tet igit̄ actu bene agere ut per opera nostra mes-  
reamur consequi finem uel fœlicitatem. Secū-  
do requiritur q̄ ex electione agamus:nam qui  
casu uel fortuitu bene agat ex hoc non est laudā-  
dus nec debet ei ex hoc finis uel fœlicitas:nam  
q̄ ex electione non sunt non sūt uoluntaria. Ex  
uoluntariis autem ut patet p̄ philosophum.iii.  
ethi.non laudamur nec uituperamur.uñ in eo/  
dem.iii.dicitur q̄ nullus est beatus nisi uolens:  
sed q̄ non agimus ex electione nos agimus.uo-  
lētes ergo p̄ se loquendo ex talibus operibus se-  
cūdum q̄ huiusmodi sūt non consequimur bea-  
titudinem & fœlicitatem. Immo cum ex operi-  
bus uirtuosis fœlicitatem cōsequamur:quia uir-  
tus est habitus electus immediate consistēs:ut di-  
citur.ii.ethi.oportet operationes p̄ quas finem  
consequimur ex electiōe peedere. Tertio age-  
re oportet delectabiliter:nā quanto quis in ali-  
quo opere magis delectat̄ tanto magis uolunta-  
tie ex habitu efficit opus illud.uñ philosophus  
ii.ethi.uult q̄ non sufficit agere bona:sed bene  
nec sufficit opari iusta sed iuste contigit enim  
aliquos prauos facere aliquam de genere bono.  
rū tñ quia non faciunt ea bene & delectabiliter  
non oportet p̄ huiusmodi opa eos consequi fi-  
nē uel fœlicitatē. Cū ergo ista tria contingunt  
q̄ agamus bona ex electiōe & delectabiliter ma-  
xime contingit nos sic finē consequi.hæc autē  
maxie contingit cognito fine. Expedit ergo ut  
finē consequimur finē p̄cognoscere. Sic.n.imagi-  
nari debemus q̄ sicut ē in causis efficiētibus:q̄  
agētia scđa mouēt in uirtute agētis primi sic fi-  
nes secūdarii mouēt in uirtute finis ultimi:pp q̄

sicut si non eēt agēns primū nullū agens ageret  
sic si nō eēt finis ultimus:& si nō ap̄phēderemus  
aliquid ut bonū ultimatū q̄ uolūtate moueret  
nullū aliud bonū uolūtate mouere posset. quic  
quid.n.uult uolūtas uult i ordine ad aliquid q̄  
uult finaliter & ultimate:nō apphenso ergo ali-  
quo sub rōne finis non contingit nos bñ agere:  
q̄a hoc posito cessat oīs humana actio:ut ergo  
agamus oportet nobis p̄stituere aliquē finē sed  
ut bñ agam oportet nobis p̄stituere finē bonū  
& debitū:quia ex fine opa n̄a speciem sumunt:  
non.n.esse posset q̄ esset bonū opus si ordinare  
tur i malū finē:p̄cognitionio ergo finis requiri ut  
bñ agamus. Scđo talis p̄cognitionio requirit ut  
ex electione agamus:nā sicut sagittātes nō uidē-  
tes signū si signū p̄cutiat hoc ē casu & fortuitu:  
sic nō p̄cognoscētes finē si bñ agant & finē con-  
sequātur hoc nō est ex electiōe:sed a fortuna. uñ  
phūs.i.ethi.uolens oīdere necessariā esse p̄co-  
gnitionē finis ait q̄ cognitionio finis ad uitā n̄am  
magnum habet incrementum:conseqmū ex hoc  
magis iōm finem quēamodū sagittatores signū  
habētes magis utiq̄ adipiscēntur id q̄ oportet.  
Tertio p̄cognitionio finis non solū facit nos age-  
re bñ & ex electione:sed et̄ delectabiliter:nā gra-  
via efficiuntur delectabilia & dulcia considera-  
ta beatitudine quam ex ipsis consequimur:cūli-  
bet ergo homini ut agat bene ex electione & de-  
lectabiliter expedit suam fœlicitatem p̄cognos-  
cere:sed maxime hoc expedit regiæ maiestatis  
quia in operibus suis debet intendere bonū gen-  
tis & cōmune q̄ est magis expediens & diuini-  
us q̄ bonum aliqd̄ singulare.Patet ergo q̄ maxi-  
me decet regiam maiestatem cognoscere suam  
fœlicitatem ut opera cōmunia q̄ sūt quodāmo-  
do diuina extimat bñ delectabiliter & electiōe.  
Secūdo patet hoc idem ex eo q̄ rex est aliaꝝ di-  
rectiūnam signata signum non percipit:nō tñ  
propter hoc impeditur quin signum p̄cutiat:q̄a  
a sagittāte in signum dirigit:sicut igit̄ magis  
expedit sagittatorem signum percipere q̄ sagit-  
ta eo q̄ sit sagittæ director sic magis expedit re-  
giam maiestatem fœlicitatem & finē cognosce-  
re q̄ populum eo q̄ sit populi directiua.  
Quo deceat regiam maiestatē suam fœlicita-  
tem ponere in uoluptatibus. Cap. vi.  
Vlgus communiter non percipit nisi  
delectationes sensibiles & inde est qd̄  
cōmuni nomine ut communiter po-  
nitur solas delectationes:tactus & gustus abso-  
lute appellamus uoluptates & delectationes cū  
tamen simpliciter loquendo delectationes intel-  
ligibiles & spirituales sine cōparatione sint po-  
tiores & excellentiores q̄ uoluptates sensibiles.  
In hmōi aut̄ uoluptatibus sensibilibus nō eē fœ-  
licitatē ponendā triplici uia uenari possumus:q̄  
tum enim ad p̄ns spectat fœlicitas tria importa-  
re uidetur.Fœlicitas enim dicit perfectum & per-  
se sufficiens bonū:nam tunc dicimus aliquē eē  
fœlicē qñ assecutus est id in quo consistit suū p̄.

secū bonum. Vñ phūs. i. ethi. describens fœlici tatem ait. q̄ fœlicitas est finis operatorum perse cū & per se sufficiens bonū. Ex hoc autem sequitur secundū uidelicet q̄ fœlicitas sit aliquid secūdum rationem: & ut ratio dicit & secūdum intellectū cum bona secundū rōnem sint bona perfecte & simpliciter: bona uero secundū sensū sint bona secundum quid & ut nunc: si fœlicitas ponitur eē perfectū bonum oportet q̄ sit bonū secūdū intellectum & rōnē: uel q̄ idem est oportet q̄ sit tale bonum quale recta rō prosequendi iudicet. Ex his autē sequit̄ tertīū uidelicet q̄ fœlicitas consistat in bonis aīæ nō in bonis corporis: cū. n. corpus ordīe ad aīam sicut materia ad formā & sicut imperfectum ad suam pefectionē: bona corporis sunt imperfecta respectu bonoꝝ aīæ ppter hmōi bona non dicitat rō sic psequenda eē ut bona aīæ: Fœlicitas igitur ex quo dicit bonū perfectū dicit bonum scdm aīam & scdm rōnem: nam in operatione aīæ scdm rōnē consitit pfectū bonū humanū ut declarari habet. i. ethi. cum igis uoluptates & delectationes sensibiles non sint bonū pfectum: nec bonum scdm aīam & scdm rōnē cōstat i talibus nō esse fœlicitatē ponēdā: q̄ at hmōi uoluptates non sint bonū pfectū & sufficiēs de leui patet: nā q̄ sic bonū est satiat appetitū: hmōi at uoluptates appetitū faciare n̄ pnt ut in se ipso quilibet experiri p̄t. vñ phūs. iii. ethi. loquens de talibus delectationib⁹ ait: q̄ insatiabilis ē appetitus delectabilis. Secūdo in talibus non est ponēda fœlicitas q̄ nō sūt bona scdm rōnē sed magis sūt bōa scdm sensum: bona. n. scdm rōnē q̄to maiora sūt rāto magis reddūt rōnē liberā & expeditā: nā q̄ secūdū rōnē existit iconueniēs ē q̄ rōnē ipediat. sed hmōi delectationes sensibiles si uāhemētes sint rōnē obnubilāt iuxta id. iii. ethi. Si tales delectationes magnæ & uāhemētes sint cognitionē. i. rōnē pcutiunt. Tertio uero non ē ponēda fœlicitas i uoluptatib⁹ sensibilib⁹ q̄ talia magis sūt bona corporis q̄ aīæ. cū. n. corpus ordīe ad aīam: & non econuerso: si fœlicitas est finale bonū ad qđ bona ordinans hmōi bonū nō ē ponēdū in uoluptatibus sensibilib⁹ q̄ sūt bona corporis: sed magis in opibus uirtutū q̄ sūt bona aīæ. Possimus. n. dicere q̄ licet sint delectationes aliq̄ lictor & ihonestæ eo q̄ ipsa opa uirtutū hoī bono & uirtuoso magnā delectatiōēm faciāt: nulla tñ delectatio ē eēntialiter i p̄a fœlicitas licet possit eē aliqd fœlicitatē conseqns: sed hoc declarare non est p̄nis negotii: forte tñ de hoc aliqd ifra dicetur. Ad p̄ns at scire sufficiat q̄ non decet ali quē hominē suā fœlicitatē ponere in delectationib⁹ sensibilib⁹. Est ergo detestabile cuilibet hoī ponere suā fœlicitatem in uoluptatibus: sed maxime hoc est detestabile regiæ maiestati qđ etiā triplici uia uenari possumus. Pr̄io. n. talia sūt de testabilia regi quia ip̄m maxie deprimit. Secundo quia eum contemptibilem reddit. Tertio quia esse ip̄m indignum principari faciunt. Di-

cebat. n. supra q̄ in uita uo luptuosa conueniūt cum brutis & desiderātes sic uiuere sunt uitā pe cūdū el̄gentes. q̄to ergo qs in altiori gradu exi stit rāto p̄ hāc uitā magis deprimit. dictū est. n. q̄ decet p̄cipē esse supra hoīem & totaliter diuinū: nā ut dicit. v. polli. principatus debet rānde re magnitudini & dignitati: ut q̄to quis maior princeps existit rāto alios magis excellere debet in dignitate uitæ & magnitudie bonitatis. In rāto ergo gradu exīns indignū est ut uitā pecudū eligat quia p̄ ea ualde deprimit. Secūdo hoc est detestabile regi quia se ip̄m contēptibile redit. vñ phūs. v. polli. ait q̄ maxie expedit princi pibus esse moderatos in delectationib⁹ corpora libus. Innuit. n. ipse ibidē q̄ dantes delectationib⁹ talibus sunt similes dormientibus & ebriis: nam dediti hmōi uoluptatib⁹ usum rōnis amittunt sicut dormientes & ebrii uti ratione nō p̄nt: cū ergo scdm eundē phūm non facile sit contēptibilis q̄ sobrios sed q̄ ebrios: nec q̄ uigil sed q̄ dormiens decet regiā maiestatē tales delectationes imoderatas fugere ne contemptibilis uideatur. Tertio decet principem talia detestari ne principari efficas indignus: nā nullus eligit iuuenes in duces eo q̄ non constet eos esse prudētes. Indignum est enim puerū principari. Sed ut dicitur. i. ethi. differunt aut nihil iuuenis scdm ætate aut scdm morē. Seqns. n. delectationes sensibiles dato q̄ sit senex tempore quia est puer moribus indignus est principari. Est ergo diligenter notandum q̄ sicut non differt esse puegæ ætate & moribus sic non refert esse senē moribus & ætate pp qđ sicut si sit senex tpe & puer morib⁹ indigne principatur sic si sit puer ætate & senex moribus dignus est principati. non enim ait philosophs q̄ nō nō eligat iuuenes in duces eo q̄ constet ipsos non esse prudentes. Sed eo q̄ constet eos esse prudentes quia si constat eos habere mores seniles & uigere prudentia digni sunt principari. Sic ergo conclusio capituli q̄ ne princeps deprimatur & ne contēnatur & ne indignus sit principari debet imoderatas uoluptates dispicer. Qđ non decet regiā maiestatē suam fœlicitatem ponere in diuitiis.

Cap. vii.

Hilosophs. i. polli. distinguit duo genera diuitiæ: nam secundum ipsum quædam sunt diuitiæ naturales quædam sunt artificiales. Diuitiæ naturales dicuntur esse quæ naturaliter ex rebus naturalibus producuntur cuiusmodi sunt quæ accipiūt ex agris uel ex arboribus ut frumenta & uina uel etiam in animalibus & uniuersaliter quæcunq̄ imeditate ad uictum & uestitū deseruiunt iter naturales diuitias compiūt. Artificiales autem diuitiæ sunt quæ per artem & industriam hominum inventæ in has naturales diuitias commutantur cuiusmodi sunt auræ & argentū & uniuersaliter oēnumismata quæ imediate indigētias corporales non suplent: sed per cōmutationem deseruiunt indigente corporali. Aurum. n. & argentum li-

cet sint naturalia metalla sunt tamen artificiales diuitiae: in nullis autem diuitiis est ponenda fœlicitas. Tangit. n. i. polli. tria propter quæ uenari possumus in artificialibus diuitiis felicitatem non esse ponendā. Primo quia artificiales diuitiae ad naturales ordinantur. Secundo quia talia habent quæ sint diuitiae ex ordinatioē hominum. Tertio quia secundum seiphas indigenitiae nō satissaciunt. Dicebatur. n. supra felicitatem esse illud bonum ad quod alia bona ordinatur ppter quod diuitiae artificiales eo ipso quæ ordinant ad diuitias naturales rationē felicitatis habere nō possunt. Secundo in talibus non est ponenda felicitas quæ non habent quæ sint diuitiae nisi ex ordinatione hoīum tantum. nūmismata autē non habēt quæ sint diuitiae nisi ex ordinatione hoīum. unde. i. polli. dicit transmutatis utentibus. i. trās mutata dispositione utentium siue transmutato ordine & dispositione hominum: hīmōi diuitiae nullam habent dignitatem neq; utilitatē. qd. n. mī auri uel tot nūmismata tantum ualeant tritici: hoc est quæ nūmismata reputantur magna in opiniōe hoīum & quæ sic uult ordo & dispositio uterū eis. Tertio in talibus non est ponendā fœlicitas quæ autum & argentum & oīa nūmismata non solum aīam non faciant nec sunt pfectū bonū sed et p seipha nō satissaciunt indigenitiae corporali: pōt. n. contingere ut dī. i. polli. quæ diues pecunia famæ moria. Recitat. n. ibi de quodam cuius nomen erat Mida quæ cū nimis esset audiū auri ut fabulose dī impetravit a deo ut quicq; tangeret fieret aurum. Cum ergo tactus reseruēt in singulis partibus corporis et ore nihil tangere poterat quin conuerteret in aurum. Erat ergo ei magna copia auri cum tñ famæ petiret quæ esse non posset si aug. uel cætera nūmismata uerae essent diuitiae & uerae fatisacerēt indigenitiae corporali. tum ergo quia diuitiae in ordine ad aliquid: tum uero quia sūt diuitiae ex institutioē hoīum: tum quæ cū sint corporalia ipsi indigenitiae corporali p se non sufficiūt in eis non est ponenda felicitas. Quod aut in naturalib⁹ diuitiis cuiusmodi sunt cibus & potus & ea quæ p se indigenitiae corporali satissaciūt non sit ponendā felicitas de leui patet: nam cū felicitas sit bonū optimū in optimo nō quæri debet: cum ergo aīa sit potior corpore felicitas non est ponendā in talibus diuitiis quæ sunt bona corporis. Sed ut superrūtus dicebatur ponenda est in actibus uirtutum quæ sunt bona aīæ. cuiilibet ergo hoī detestabile est ponere suam felicitatē in diuitiis sed maxime detestabile est regiæ maiestati. Nam si rex aut p̄cep̄s ponat suam felicitatem in diuitiis tria maxima malajnde consequuntur. Primo quæ admittit maxima bona scđo quia efficit tyrānus. Tertio quia efficit populi dep̄dator. Diligens. n. pecuniam ut finē & timens pecuniam elargiri nunq; pōt esse magnificus cuius est facere magnos sumptus: nec et pōt esse magnanimus: quia et meūtens pecuniam pdere nihil magnum attēbat.

imo cum ille sit magnanimus cuī nihil corpora le ē magnum. ut uult phūs. iii. eth. ca. de magna nimitate qā in opinione auari quæ in opinione ponentis suam felicitatem in diuitiis: diuitiae sunt qd magnum: impossibile est talem esse magnanimum & magnanimitas sunt maxia bona & maxime regiæ maiestatem esse ornata talibus uirtutibus detestabile est ei suam felicitatē in talibus ponere. Secundo detestabile est regi uel principi suam felicitatē ponere in diuitiis quæ hoc facto tyrānus efficit. est. n. dīa inter regem & tyrannū ut patebit i. iii. lib. cum determinab̄ de regimine regni: nam rex ppter est qui intēdit bonum regni & bonum cōe. Si aut intendit bonum ppter hoc est ex consequenti: tyrānus uero econuerso principaliter intendit bonū priuatum. Si aut intendit bonum publicū hoc est ex consequēti ut in quātum ex bono cōi euenit ei aliqd bonum ppter. Cum ergo finis maxime diligat potens suam felicitatem in nūmismate principaliter intendit reservare sibi & cōgregare pecuniam non ergo est rex sed tyrānus cum non intēdat principaliter bonum publicum: sed priuatum. Tertio hoc posito sequitur quæ rex sit populi depredator nam finis si adeo intēse diligit quæ quilibet studet omni uia oī modo quo pōt consequi finem suam ponēs igit suā felicitatem in diuitiis non erit sibi curā si oprimat uidas & pupillos si dep̄dēt populum & républicam dum tñ possit pecuniam congregare: qui. n. bene intelligit quid importatur noīe finis non potest eum latere quēlibet omni uia quæ pōt uelle consequi suū finē est: ligit rex tyrānus si sic uult esset dominus: quæ tñ bonum reipublicæ non pcurat: sed tunc est dep̄dator quā non solum non pcurat bonum sed et infert malum. Quare si detestabile est regem ad mittere maxia bona esse tyrānum & dep̄datore detestabile est suam felicitatē in diuitiis pōere. Quod non decet regiam maiestatem suā fœlicitatem ponere in honoribus.

Cap. viii.

Orte multi uiuentes uita politica credunt felicitatem ponēdam esse in honori. eo quæ ut plurimum ciues maxime honorari desiderant. Sunt autem in honoribus tria attendenda p quæ triplici uia uenari possumus felicitatem in eis ponendam non eē. Primo. n. honorem ē bonū ad aliud ordinatum. Secundo quia est bonum extrisecum. Tertio quia est magis in honorante quæ in honorato. Felicitas autem econtrario nō est bonum ad aliud ordinatum sed est bonum ad quæ ad alia ordinant: nō est bonum extrisecum sed intrisecum: habet esse maxime in ipsa felicitate sed nō in eo cuius est ipsa felicitas. Quod. n. sit bonum ad aliud ordinatum: patet p phūm. i. eth. qui uult honorem esse exhibitionē reuerētiae in testimonium uirtutis cā ergo quare maxime homines uolunt honorari: est ut appareant sapientes & uirtuosí quibus maxime debet honor. Iō scđm phūm nullus curat honorari a pueris quia reuerentia talium nō est

debitum testimonium sapientiae & virtutis: quod si honor est bonum ordinatum ad uitutem: in honore non est ponenda felicitas sed potius in ipsis uitutibus uel in actibus eorum. Scilicet non debite ponit felicitas in honoribus quia honor non est bonum intrinsecum sed extrinsecum: dictum est. namque honor est reuerentia exhibita in signo uitutis: signum autem uel testimonium si plene manifestare uult ipsum signatum oportet quod sit nota & manifestum intrinsecum at non sunt nobis nota & manifesta sed extrinsecum non. nam cognoscimus quod quis in corde cogitat. sed quod exteriorius repertus: reuerentia ergo quod est honor si debet manifestare uitutem eius cui exhibetur non sufficit quod sit cogitata in corde: sed requirit ut exteriorius perficiatur: honor ergo habet rationem boni extrinseci cum sit reuerentia exhibita per quodam exterioria signa: quod si felicitas non est ponenda in bonis extrinsecis quae sunt bona minorum. Sed in intrinsecis quae sunt maiora in honoribus felicitas ponit non debet. Tertio hoc idem patet ex eo quod honor magis est in honorate quam in honorato ut plane uult plurimi. i.e. eth. quod si in honoribus ponat felicitas contigit illa detestanda pueritas quod felicitas magis sit in alio quam in eo cuius est: sicut. n. pueritaliter de curialitate eius qui facit ipsam sic honor magis in eo est qui facit ipsum quam in eo qui per hominem reuerentiam honorat. Apparet autem hoc esse sensibiliter uerum: nam si aliquis inclinat se reuerenter ad aliud uel honorat ipsum constat inclinatione illam proprie esse in inclinante non in eo cui inclinatione exhibetur. Accidens. n. proprie est in suo subiecto non aut in obiecto. uel si aliquo modo est in obiecto magis tamen in subiecto. Inclinatio ergo illa & reuerentia siue honor magis est in honorate quam in honorato: Sed cum felicitas sit maxime in ipso felicitate uel in ipso beatificato in honoribus non est ponenda felicitas. Indecens est ergo cuiuslibet homini ponere suam felicitatem in honoribus ut credat se esse felicem si ab hominibus honoratur. Maxime tamen hoc est indecens regiae maiestati quod est triplici via uenari potest. Si. n. rex suam felicitatem in honoribus ponat sequentem ipsum tria mala. Erit. n. superficialiter bonus: erit presumptuosus: & erit iniustus & inaequalis. nam si princeps suam felicitatem in honoribus ponat cum sufficiat ad hoc quod quis honoret quod uideat esse bonus: non curabit esse bonus existenter sed apparenter & superficialiter unde & plurimi in politicis curantes de honore tamen dicit esse fictos & superficiales. Si ergo maxime decet regem esse bonum ex parte maxime indecens est ipsum ponere felicitatem in honoribus ne sit fictus & superficialis. Scilicet indecens est regi ponere suam felicitatem in honoribus quia ex hoc efficiet piclitor populi & presumptuosus: nam cum finis maxime diligat si princeps suam felicitatem in honoribus ponat ut possit honorem consequi: presumet suam generem exponere omni piclito. Exemplum hominem hemus de filio cuiusdam Romani principis nomine torquatus qui nimii honoris auidus circa impium prius ut honorem sequeretur se exposuit piclitis bellicis. unum Torquatus Romanus princeps ne alii ex hoc exere

plum assumerent & ne essent nimis honoris audi filium sic presumptuosum occidit non obstat quod dictus filius uictoria obtinuit ab hoste: ne ergo princeps se precipitet & ne nimis presumat non expedit ei suam felicitatem in honoribus ponere. Tertio hoc est idem ei ne sit iniustus & inaequalis decet. n. principem sua bona distribuere secundum dignitatem personarum: ut plura bona debet dignis & sapientibus quod indignis & histriionibus. Sed si princeps suam felicitatem in honoribus ponat quia finem summo ardore diligit non curabit remuneratione personas secundum propriam dignitatem sed solu eo modo beneficia diuidet quo plus honoris consequi possit. Si ergo rex suam felicitatem in honoribus ponat erit malus in se quia non curabit esse nisi superficialiter bonus erit malus in populo sibi commisso quia non curabit eum piclitis presumptuose & precipitanter exponere erit malus in suis rebus: quia eas non distribuet aequaliter secundum personarum dignitatem. Quod non decet regiae maiestati suam ponere felicitatem in gloria uel in fama. Cap. ix. Ifferunt autem gloria & fama ab honore & laude: quia honor & laus sunt causa famae & gloriae: ex hoc non est aliquis in fama & gloria quia laudat & honorat. Honor autem differt a laude quia est universalior ea. nam laus proprie non est nisi per signa vocalia. sed honor est habet per quacunquaque signa exterior. unde dicitur. i.e. eth. quod pres honoris sunt sacrificia recordationes in metis antiqua primorditas sedis ad orationes & cetera talia exteriora signa pertinentia ad reuerentiam. Gloria quidem & fama per eodem accipi causam: sive uenit: nam gloria est quodam clara notitia de aliquo: est enim gloria claritas quedam haec est fama: quia fama est quedam clara cum laude noticia. Si tam uellemus aliquo modo distingue re inter gloriam & famam: dicemus quod fama originatur ex gloria: erit ergo hic ordo quia gloria originatur ex honore: nam ex hoc quod aliquis est in magno honore & in magno apparatu ex hoc appetet clarus & gloriatus: fama autem originatur ex honore & gloria quia ex hoc quod aliquis ex in honore & gloria habetur in fama & precio. Accipiendo sic gloriam & famam large & pro eodem posset forte alicui uideri felicitatem esse in fama & gloria eo quod ipse possit esse magne latitudinis cum ad diuersas partes diffulgare possit & magne diuinitatis cum per multa tempora contingat ipsam indeabilem esse. Videlicet quod maxime princeps in hoc suam felicitatem ponere debeat dominante phoenicis ethi. quod merces quedam danda est principibus: haec autem est honor & gloria quibus si contenti non sint tyranni fiunt. Sed hoc stare non potest quod triplici via uenari possimus quantum enim ad praesens spectat (ut satis potest patere per habita). Felicitas non est tantum signum boni sed est et perfectum & per se sufficiens bonum. Secundum felicitas in est tantum bonis & beatis non at infelicitibus & prauis. Tertio est in interioribus

bonis nō in his quae exterius existunt fama ecō  
trario est magis signum bonitatis q̄ sit ipsa boni  
tas nō solum cōpetit bonis: sed et ut plurimum  
competit ipsis prauis. Rursus magis inititur ex-  
terioribus signis q̄ interiori bonitati: si enim fa-  
ma alicuius ideo existit qa apud homines de ip-  
so habet quædā laudabilis & clara noticia: cum  
scia nostra nō sit ipsa res nec sit causa rerum: sed  
magis sit signū eare & quid causatum ab eis. Fa-  
ma nec est bonitas nostra nec ab ea depēdet bo-  
nitas nostra sed solum est quodam apparet signum  
nostræ bonitatis: in ea igit̄ sc̄licitas no-  
stra esse non p̄t. Secundo hoc stare non p̄t qa  
fama & gloria apud hoīes non solum de bonis  
sed et de hoībus prauis: qa. n. multotiens in iudi-  
cando decipimur cōtingit ut plurimum illa de-  
testanda peruersitas q̄ boni & digni non haben-  
tur in precio: & praui & infelices sunt in gloria  
& in fama. Tertio in fama non est ponenda sc̄li-  
citas: qa magis inititur exterioribus signis q̄ in-  
teriori bonitati: nam hō non intuetur nisi ea quæ  
foris parent: non enim uidemus ipsis cogitatio-  
nes mentis non ipsis uirtutes & malicias in aīo  
existentes: sed si iudicamus aliquē bonum & ui-  
tuosum hoc est ex his quibus exterius imnotescit  
sicut enim ad hoc q̄ aliquis honore sufficit q̄  
exterius bonus appareat: sic ad hoc q̄ aliquis sit  
apud hoīes in fama et gloria sufficere uidetur q̄  
exterius bona præcedat: quare cum regē deceat  
esse totum diuinum & quasi semideum incōue-  
niens est sc̄licitatem ponere in eo qđ est signū  
bōitatis q̄ sit bōitas & q̄ ipsi praui pticipare pos-  
sunt & magis inititur exterioribus signis q̄ in-  
teriori bonitati: inconueniēs est q̄ rex se credat eē  
sc̄licem si sit famosus apud hoīes: uel si sit in po-  
pulis gloriōsus. Non igit̄ debet rex se credere eē  
beatum si sit in gloria apud hoīes: attamen bea-  
tus est si sit in gloria apud deum: dictum ē q̄ glo-  
ria & fama est quædam clara cum laude noticia:  
Dei at noticia ut ad presens spectat in tribus dis-  
sert a noticia nostra: nam noticia dei causat res  
noticia nostra causatur a rebus ut uult cōmē. xii.  
metha. Rursus noticia dei est infallibilis: noticia  
nostra pluries fallit. Amplius noticia dei est de  
ipsis itimis nostris. noticia uero nostra p̄ se & di-  
recte solum exteriora comprehendit: bonitas er-  
go nostra p̄ se dependet a noticia dei tanq̄ effe-  
ctus a sua cā. Rursus circa bonitatem nostrā no-  
ticia dei non fallit cum scia sua falli non possit.  
Amplius bonitatem & maliciam nostrā intimā  
deus clare uidet & p̄cipit non igit̄ esse potest q̄  
aliquis apud deum sit in gloria & in fama uel sit  
apud ipsum in clara noticia cum laude nisi sit bo-  
nus & btūs ut exigit status suus licet ergo sic sit  
de noticia dei & de fama & de gloria apud ip̄m  
nequaq̄ in fama & in gloria hoīum sc̄licitas est  
ponenda: q̄ uero dicebat quod ē diurna & la-  
ta dici potest q̄ econuerso qa est modica & arta  
transiuit caucasum montem. quō ergo fama uni-  
us hominis per uniuersam terram se extēdet: sed

cum tota terra sit quasi punctus respectu celi & se-  
cūdum astronomos quælibet stella fixa uisu no-  
tabilis sit maior tota terra arcta & exigua sit fama  
cuiuslibet hominis. Rursus hm̄i fama ē breuis  
non diurna cum totum t̄ps uitæ præsentis sit  
quasi pūctale respectu dei eternitatis. cum enim  
hō secundum intellectum sit imortalis in eo de-  
bet fôlicitatem ponere q̄ imortaliter & ppetue  
durare possit. q̄ uero dicebat mercedem tribuē-  
dam esse regibus & hunc eē honorem & gloriā  
non est intelligendus textus ph̄i q̄ reges princi-  
paliter pro suo merito querere debeant gloriā  
& famam hoīum qa modicus esset eoꝝ fructus.  
Sed hoc pro tāto dictum est q̄ decet reges & pri-  
cipes esse magnificos & magnanimos magnani-  
mi aut̄ licet non intendant principaliter hono-  
rem sed bonum. Honor tamē eos cōsequitur &  
decet eos acceptare horioreni sibi exhibitum nō  
habentibus hoībus aliquid maius q̄ eis tribuat  
ut dicit. .iii. ethi. non q̄ honor sit cōdigna retrî-  
butio eis ut ibidem dicit. Acceptare ergo hono-  
rem tanq̄ retributionem condignam potest itel  
ligi duplíciter uel ratione ipsius honoris i se uel  
ut procedit ex affectione dantium. Honor aut̄ i  
se cū non sit nisi quoddam signum & quoddam  
testimonium bonitatis. ut patet non est condi-  
gna retributio. Attamen ut hm̄i honor ut p̄ce-  
dit ex affectione dantium hēt ibi esse q̄dam con-  
grua remuneratio. nā eo ipso q̄ dantes non ha-  
bent aliquid maius q̄ retribuat congruit princi-  
pi. hoc modo honore exhibitu acceptare pp qđ  
plane patet q̄ in hm̄i acceptatione acceptat af-  
fectionē dātiū & nō p̄prie honor datus q̄ si tñ pri-  
cipes non acceptarēt hanc affectionem dātiū  
sed requerent agēti si commissa alia exteriora bo-  
na ut puta auge uel argētū uel diuitias: alias tyra-  
ni eēnt nā ex hoc efficerent populi p̄datores.

**C**Quod non decet regiā maiestatē suam sc̄li-  
tatem ponere in ciuili potentia. **C**ap. x.

Egetius in libro de re militari sup oīa  
aq̄ u commē dare uidet belloꝝ industriam  
hoc. n. secūdum ipsum est q̄ Romam  
maxie exaltanit qa maxime dederūt operam re-  
bus bellicis & sumo ope studuerūt quo possent  
sibi subicere nationes pp qđ secūdum eundē Ve-  
getium hoc esse debet p̄cipialissimum in inten-  
tione principis q̄ habūdet in ciuili potētia & q̄  
p eam sibi subiiciat nationes & gentes q̄ si i hoc  
esset sc̄licitas regia uideref esse ponēda in ciuili  
potentia qđ est falsum probat. n. phūs in. vii. pol-  
li. v. rōnibus felicitatē non esse ponēdam in ciu-  
li potētia. Prima uia sumif ex eo q̄ talis princí-  
patus non multi durat. Secunda ex eo q̄ esse nō  
p̄t sine bonitate uitæ. Tertia uero ex eo q̄ ē in-  
dignus. Quarta at ex eo q̄ per hm̄i principatū  
ciues ordinantur ad minorā bona. Quinta uero  
ex eo q̄ tale dominiū ut plurimū infert nocimē-  
tū. **C**Prima uia sic patet nā p̄ ciuile potētia uelle  
sibi subicere nationes hoc est uelle dñari p̄ uiolē-  
tiam. Violentia autē ppetuitatē nescit. cum igit̄

uiolenta non diu durēt talis principatus diu durare nō pōt. Immo sicut qui ē naturae calidæ naturaliter agit cum calefacit sic qui est naturaliter liber arbitrio tunc hō naturaliter dominat bōis qn̄ eis libere & uolūtate principat qd̄ contingit si populus libere & uoluntarie p̄cepta principis exequas: non ergo rex debet se credere esse sc̄eli cē si p̄ uiolētiā & p̄ ciuilē potētiā domine: ga tale dñium cū sit uiolētum & cōtra naturam diu durare non pōt. Fœlicitas. n. non ē ponēda in aliquo trāsitorio: sed magis in aliquo sempiterno. **C**Sedo i ciuili potētia nō ē ponēda fœlicitas qa hoc pōt inesse alicui absq̄ bōitate uitæ: fœlicitas. n. ut supra dicebat est p̄fectū & p̄ se sufficiēs bonū. ip̄ossibile est aut̄ in aliquo ēē maximū bonū. nisi ille bene uiuat & sit maxie bonus sicut ip̄ossibile ē in aliquo ēē intēsam albedinē nisi ille sit intēse albus. Quod aut̄ ciuilis potētia possit inesse alicui absq̄ bonitate uitæ: Patet ex his q̄ tpib⁹ retroactis facta cōspeximus. Vide mus multos tyrānos pessimos maxie habūdasse inciuii potētia. Nā Dionysius siracusanus siue sicilianus ut recitat philosophus in polliticis maxime habūdauit in ciuili potētia: & tñ. pessimus tyrānus erat. Nero aut̄ & cæsar q̄ fuerunt Romani principes: &. n. habūdauerunt in ciuili potentia: pessime tñ uiuebant. Nam tātæ fuerunt luxuriae ut oīo uiderent muliebres: tātæ fuerunt crudelitatis ut nō uiderent in eis esse aliqd molle: nec clemētia aliqua. Vnde philosophus. vii. polliticoꝝ ait q̄ ridiculum est aliquē putare esse fœlicē si abiiciat bene uiuere nō ergo in ciuili potētia est ponēda fœlicitas: quæ sine bonitate uitæ inesse non pōt. **C**Tertio in hm̄oi potentia non est ponenda fœlicitas qa hm̄oi principatus non est optimus nec est dignus. Si. n. fœlicitas in aliquo principatu optimo & digno p̄cipiari ponni debet: ponēda est in principatu optimo ex dīgno p̄cipiari aut̄ per ciuile potentiam est p̄cipiari seruis non liberis: nam talis principatus ē p̄ coactionem & uiolētiā. Cum ergo p̄incipatus se extendant ad inuicē secūdum eos quibus aliquis principat: ut uult philosophus in polliticis quanto liberi sunt meliores seruis: tanto p̄cipiari liberis est melius & dignius q̄ p̄cipiari seruis. Principatus ergo p̄ coactionem & ciuile potentiani cum non sit liberoḡ sed seruoḡ non est optimus neq̄ dignus. Ideo. vii. polliticorum dicif q̄ principatus liberoḡ qui est cum uirtute est melior quā p̄cipiari despoticē. i. seruiliter. **C**Quarto non est ponēda fœlicitas in ciuili potentia qa si princeps se crederet ēē fœlicem si habundet in ciuili potentia non ordinavit ciues nisi ad exercitum armoḡ & ad ea p̄ quæ sibi pos sit subicere nationes: inducit ergo ciues non ad uirtutem iusticiæ sed ad uirtutem fortitudinis. Iusticia aut̄ ut dicit philosophus. vii. polliticoꝝ est maius bonum quā sit fortitudo: nō ergo ordinabit ciues ad bona maiora ut ad iusticiam: sed solum ad maiora ut ad fortitudinem: ne ex-

go periclitetur bonum gentis qd̄ est diuinus q̄ aliquod bonum singulare: nō decet principem suā fœlicitatē ponere in ciuili potentia. **C**Quia hoc non decet i p̄m qa hm̄oi principatus infert ut plurimū nocumentum: nam cū fœlicitas sit finis oīum operatoꝝ quilibet totā uitam suā & oīa opera sua ut plurimum ordinat ad illud i quo suam fœlicitatē ponit: ponēs ergo suā fœlicitatem in ciuili potētia & in subiiciēdo sibi nationes forte bene se habebit tpe belli. Tempore tñ pacis nesciet bene uiuere nam ut plurimū nō studuit nisi in exercitiis bellicis & totam uitam suā ordinavit ad fortitudinē nō ad iusticiam & temperatiam tpe pacis in quo opus ē iusticia & temperatia nesciet uiuere. Sed fieri uiciosus & in curret nocumētum secundū aīam: pp quod philosopher. vii. polliticoꝝ uituperans lacādemones ponētes fœlicitatē in ciuili potētia: & ait tūpe esse cum bellamus participare botis: cum uero uacamus & sumus in pace fieri uiciosos quare si incōueniens est ponere fœlicitatē in aliquo non diuturno & in eo q̄ potest esse sine bonitate uitæ: & est qd̄ indignum & p̄ qd̄ ordinantur ciues ad minora bona: & ut plurimum infert no cumētum incōueniens est principē ponere suam fœlicitatē in ciuili potētia & q̄ credat se esse fœlicem si possit sibi subicere nationes multas. **C**Q uod non deceat regiā maiestatem suā fœlicitatē ponere i robore corporali uel in pulchritudine uel in aliis bonis corporis. **C**ap. xi. Atis per habita manifestum est q̄ i bo nis corporalibus nō est ponenda fœlicitas. Sūt iñ tria bona corporis quæ hōies maxime desiderare uidētur uidelicet sanitatem: pulchritudinem: & robur. Immo nōnulli iñ talibus suam fœlicitatē ponunt. Vides enim oīo esse contrarium de bonis corporis & aīæ. Bona enim corporalia quanto minus habentur magis desiderant: prius enim q̄ talia bona prægustenſ creduntur esse maiora q̄ sint: ei aut̄ adeptis apparent non esse tanta quāta credebantur. Virtutes aut̄ & bona intellectualia modum conuersum tenēt: nam eis adeptis inueniuntur maiora q̄ crederētur. Ideo ignorātes dulcedinē sapientiæ aliquādo reprehendunt uacātem philosophiæ & negotio sc̄ientifico: qa ignorant bonitatem & dulcedinē uirtutum & sc̄iæ: qd̄ si bene ea cognoscerēt: non solū non increparēt dātes se scientiis & uirtutibus: sed et̄ deriderēt quicūq̄ talibus non uacarent. Bona ergo corporalia qa non habita reputantur maiora q̄ sint multi carētes corporalibus bonis adeo affectant ea: & credunt ipsa esse tantæ excellentiæ ut si haberēt illa reputarēt se esse fœlices. **I**o dicif. i. ethi. q̄ insirmi egētes ut sint sani: fœlicitatem ponūt in sanitate: & mēdici in diuinitiis: turpes uero in pulchritudine: debiles in robore. **C**Sed q̄ non sit fœlicitas nec in robore nec in sanitati: nec i pulchritudine: triplici uia uenari possumus: Primo quia talia bona sunt corporalia. Secundo qa quodā

**modo exteriora.** Tertio quia sunt de facili mutabilia. Corporalia enim sunt quia habent esse in corporalibus ut in subiecto: nam sanitas est in humoribus: pulchritudo in membris: robur in ossibus in nervis. Nam ut uult philosophus. iii. de eligendis. Sanitas est debita adequatio humorum. Pulchritudo est debita commensuratio membrorum. Robur debita proportio ossium & nervorum. quare cum humores membrum nervi & ossa huiusmodi sunt corporalia. Sanitas pulchritudo & robur corporalia esse dicuntur non ergo in eis est ponenda felicitas. **C** Secundo in talibus felicitas poni non debet: quia sunt quodammodo extetiora bona. nam homo secundum philosophum est magis intellectus quam sensus & anima plus est de ratione hominis quam corpus & semper forma magis dicit naturam rei quam materia. Illa ergo sunt bona maxima interiora nostra quae se tenent ex parte animae. ponenda est ergo felicitas non in sanitate nec in pulchritudine corporis sed animae. Non igitur quis credit se esse felicem si habeat æquatos humores & sit sanus corpore: uel quod habeat conformia membra & sit pulcher: uel habeat proportionem ossium & nervorum & sit robustus corporaliter. Sed si habeat æquatas potentias ut quod in inferiores potentiae subsint rationi & sit sanus & fortis mente: & si huiusmodi potentias habeat ornatae uirtutib[us] & bonis operibus: & sit pulcher in anima. tunc ut exigit suus status credit se esse felicem. Dicimus autem ut exigit suus status quia plena felicitas in hac uita haberri non potest. In sanitate ergo & fortitudine & pulchritudine corporali quia sunt quodammodo bona exteriora: felicitas poni non debet. **C** Quid autem in bonis interioribus sit proprie felicitas patet per philosophum vii. politorum dicente quod testis est nobis deus: quod felicitas in bonis interioribus est ponenda: testificatur enim hoc deus per seipsum ut idem ibi dem innuit. nam deus non est beatus per aliqua exteriora bona: sed per ea quae sunt in seipso. **T**ertio in talibus bonis non est ponenda felicitas quia sunt ualde mutabilia. Aequatio enim humorum cum subsit motui supercælestium corporum uariatione aeris mutatione ciborum de facili uariationem recipit. Si amissa sanitate amittitur robur corporis quia laxantur membra: debilitatur nervi propter quod tollitur proportio illa nervorum & ossium in quibus habet esse fortitudo corporalis. Sic etiam tollitur pulchritudo quia amissa sanitate membra sunt macilenta non remati et in eis color debitus amittunt conformitatem illa in qua reseruantur decor & pulchritudo: non decet ergo regem nec aliquem hominem in talibus suam felicitatem ponere quae sunt corporalia: sunt quodammodo exteriora & de facili mutabilia. **D**icamus ergo ad intelligentiam omnium dictorum quod non decet principem felici-

tatem ponere in uoluptatibus corporalibus nec in diuinitate nec in honoribus nec in fama nec in civili potentia nec in sanitate nec in labore corporali nec in pulchritudine: omnibus tamē istis debet uti: ut sunt organa ad felicitatem. Debet enim uti cibis in quibus est delectatio corporalis propter conseruationem indiuidui sive propter conseruationem propriæ personæ: nam cum ipse sit caput regni ex defectu eius possit consurgere malum gentis. Debet uti actu matrimoniali propter conseruationem speciei sive propter pro creatione prolis: nam ex defectu filiorum multa regna passa sunt diuisionem & scandala: decentibus enim principibus absq[ue] liberis plures insurgunt ut dominantur & faciunt dissensionem in populo: debet princeps possidere sufficientes diuicias ut possit regnum defendere & exercere operationes uirtutum: decet enim regem esse magnificum beneficiale personas dignas: quod sine diuinitate fieri non potest. Sic etiam ne uilipendatur maiestas regia est rex dignus honore & expedit ei habere ciuilē potentiam: nam propter parvipositionem principis ut plurimum aliqui operantur mala & offendunt alios: quod regno non expediat. Sic etiam debet esse curæ ipsi principi de debita fama: quia propter hoc inducuntur subditi ad uirtutem. Nam ut probatum est qualis est princeps talis est populus: cum ergo princeps bonus prodicatur subditi suscipiunt materiam beneficiendi sic et sanitas pulchritudo & fortitudo competunt principi non quod in eis sit proprie felicitas sed quod possunt esse organa ad felicitatem: talia ergo diligenda sunt ut sunt organa ad felicitatem & ut faciunt ad quandam claritatem felicitatis propter quod de his quo diligeantur sunt hic breviter praesumimus: quia de eis inferius sumus aliqua tractaturi. **C** Quomodo in amore dei & in actu prudenter est ponenda felicitas.

Cap. xii.

Vas autem felicitates philosophus posuit unam politicam aliam contemplativa: uoluit autem felicitatem non esse ponendam in uiribus sive in potentia ait quia his non solum boni sed etiam mali participant: nec est uoluit esse ponendam eam in habitibus: quia habens habitum & non operans quasi assimilatur dormienti: quādiu autem hoīes dormiunt non uident discerni felices a miseriis: ut inuit philosophus. i. ethi. In actu ergo sive in operatione ait est ponenda felicitas non in operatione uicissim. Sed in operatione uirtutis non uirtutis cuiuslibet sed uirtutis perfectæ. Felicitas ergo ut dicitur. i. ethi. est operatio animæ secundum uirtutem perfectam: cum igitur perfecta uirtus secundum philosophum in uita politica sit prudenter: & in uita contemplativa sit perfecta uirtus sapientia sive metaphysica secundum ipsum quod scit alios bene regulare secundum prudenter est felix politice: quod vero scit bene speculari secundum metaphysicam est felix contemplative. **C** De his ergo duabus felicitatibus mentionem fecit: de quā una determinat. i. ethi. ut de felicitate politica. De alia

uero. s. contēplatiua determinat ī nono utrum autem sit uera illa positio philosophi uel non: non est præsentis speculatiōis: tamē ut appareat quō deceat regiam maiestatē ponere suam fœlicitatem in actu prudentiæ. Sciendum q̄ decet regē maxime suam fœlicitatē ponere ī ipso deo q̄ triplici uia uenari possumus. Rex enim est homo ē dei minister & est rector multitudinis. Inquantū autē est hō participat intellectum & rōnem: cū ergo bonū rōnis nō sit bonum aliquod particulare q̄ hoc est bonum secūdū sensum sed bonum rationis sit bonum uniuersale & intelligētiæ decet regiam maiestatem eo ip̄o q̄ hō est & rationem participat ponere suā fœlicitatem ī bono maxime uniuersali & maxime intelligibili: hoc autē est ipse deus qui est maxime bonum uniuersale: quia est bonum oīs boni: iti eo enim oīs bonitas reperitur: est etiam bonum maxime intelligibile quia est maxime simplex & maxime a materia separatus. Secundo decet principem suam fœlicitatem ponere in ipso deo nō solum quia homo est: sed etiam speciali mō est dei minister: nam illud quod habet aliquid per participationem & imperfecte est instrumētum & organum ei⁹ quod habet illud essentialiter & perfecte: quia ergo uim regitiam & potentiam regendi habet principaliter & perfecte solus deus: oportet q̄ quicunque p̄cipatur siue regnat sit diuinum organum siue sit minister dei: quare si minister suam mercedem & suum p̄mīū debet ponere in suo domino & debet eam expectare ab ipso: decet regem qui est dei minister suam fœlicitatem ponere in ipso deo & suū p̄mīū expectare ab ipso. Tertio hoc decet regē ex eo q̄ est multitudinis rector: nam regens multitudinem debet intēdere commune bonū. In eo ergo debet suā fœlicitatē ponere qd̄ ē maxime uniuersale & omne bonū: hm̄oi autē est ut dicebat deus ipse: rex ergo quātum est dei minister tū etiam quia habet intellectū & tū quia intendit bonū cōmunc debet suā fœlicitatē pone re in deo cui seruit qui est bonum maxime intelligibile & maxime uniuersale & cōmune. Si ergo rex debet in deo ponere suam fœlicitatem oportet ip̄m hm̄oi fœlicitatē ponere in actu illius uirtutis per quem maxime deo cōiungimur. Hm̄oi est actus dilectionis siue caritatis. Amor & dilectio maxime uim unitiuam & coniunctiuam hñt. Vñ dionysius. iiiii. de diuinis noīb⁹ ait q̄ amorē siue diuinū siue angelicum siue humānum siue naturalē siue aialē unitiuā quādā dicimus esse uirtutem. In amore ergo diuino est ponenda fœlicitas: sed cū p̄batio dilectio sit exhibitiō opis & ex hoc aliquis p̄bes esse dilectiūs alterius. Si agat quæ ipse uult: si princeps est fœlix diligendo deū debet credere se esse fœlicem operando q̄ deus uult: maxime autē deus requiriāt a regibus & principibus ut p̄ prudentiam & legem populū sibi cōmissum iuste & sancte regat: regibus ergo & principibus ponenda est fœli-

citas ī actu prudētiæ non simpliciter sed ut est ī imperatus a caritate propter qd̄ in ipso actu caritatis per q̄ imediatius coniungimur ipsi deo magis est ponenda fœlicitas q̄ in actu prudentiæ: licet ī huiusmodi actu modo quo dictum est ali qualiter fœlicitas sit ponenda.

Quātum sit p̄mīū regis bene regentis populum sibi commissum. Cap. xiii.

Agnū autē p̄mīū regis & magnā eius esse fœlicitatē si per prudentiam & legem recte regat populū sibi cōmissum ex. v. uenari possumus. Nā merces regis ut ad p̄sens spectat ad. v. comparari uidet. Vide. licet ad dictū a quo redditur: ad regem cui attri. buit: ad actum ex quo consurgit: ad uirtutē p̄ q̄ efficitur: & ad materiā circa q̄ uersat. De⁹ enim est remunerator omnium bonorum & quia nō remunerat nisi ex amore cū semp amor sit ad similes & conformes oportet esse simile & cōfor. mem deo: qui ab eo remunerari desiderat: quanto ergo quis magis gerit imaginem eius & plus se conformat ei maius meritum ab ipso suscipit: et: principis autē status requirit ut sit deo confor. mior q̄ eius subditi. Immo eo ipso q̄ rex studet p̄ legē & p̄udentiā suū regnū regere quō deus totum uniuersum regit & gubernat rex maxime conformatur ei ergo respectu dei a quo p̄mīū expectatur ē magna merces regis si regnū suum recte regat: quia ex hoc ip̄i deo maxime conformatur. Secundo magnum est p̄mīū regis si referat ad ip̄m regē cui hm̄oi p̄mīū est red. dendū: nam oīs actus ex ipsa difficultate operis quandā bonitatē assumit: potentes enī transgre. di si non transgrediantur laudabiliores sunt: multi enī nō existentes in statu quo possint ma. la facere p̄seruant se a malo: quod si tñ ad statū dignitatis assumerentur multas transgressiones efficeret. ppter quod. v. ethi. scribit q̄ principis uirū ostēdit: tunc enī appetet qualis hō sit cū in principatu existens in quo p̄t bene & male facere cogitat q̄liter se habeat. Si ergo merces regia comparet ad ipsum regē cui reddenda est quādā magnitudinem habere uidetur reges ua. cantes cōmuni bono si non transgrediantur cum possint transgredi maioris meriti esse uidentur: dicemus autem uacantes communi bono: quia si bono cōmuni non uacarent non oportet eos esse maioris meriti ex hoc transgredi possent quia si non considerato communi bono quis periculo se exponat dato quod nō transgredia tur quia indiscrete agit suum meritum non au. gmentatur. Tertio magnum est meritū prin. cipis considerato actu per quē tale meritum ha. bet esse. Nā ex hoc actus est uiciosus inquantum est contra naturam & contra ratiōis ordinem. Ex hoc autem est bonus & uirtuosus inquātum est secūdū naturā & ordinē rationis: quanto ergo actus magis est secundū naturā & ordinē rōnis tanto ē magis bon⁹ & magis meritorius. Valde autē secundum naturā esse uidetur q̄ pars

exponat se pro toto: uidemus enim q̄ periclitatio capite periclitatur & totum corp⁹: brachium quod est pars corporis statim exponit se totaliter pro capite ne totum corpus pereat: reges ergo si bene regant gentem sibi cōmissam ex operibus eorum cōsequuntur mercedem magnam quia pro bono gentis & pro bono totali tota liter se exponunt. **¶** Quarto magna est merces regum ratione uirtutis per quam quis meretur huiusmodi meritum: nam minor uirtus requiritur ad regendum seipsum quam ad regēdū familiam & quam ad regendum ciuitatem: magna ergo debet eē uirtus regis ad quē spectat re gere non solum se & suam familiam: sed etiam totum regnum. Cum ergo magna uirtuti debeat magna merces magnū erit meritum bene regentium regnum suum. **¶** Quinto magnum erit præmium ipsorum regum si consideretur materia circa quam operatur: laudatur enim aliquis si dirigat personam aliquam singularem cum ergo bonum gentis sit diuinus quā bonum aliquid singulare ipa materia circa quā operatur rex quæ est gens & multitudo indicat eius præmium esse magnum.

**¶** Explicit prima pars primi libri de regimine regum & principum.

**¶** Incipit secunda pars primi libri de regimine principum in qua tractatur quas uirtutes debent habere reges & principes.

**¶** Quomodo diuiduntur potētiae animæ & in quibus potentiis habent esse uirtutes. Cap.i.



Ostquam auxiliāte deo cōpleuim⁹ primam partem huius primi libri in quo agitur de regimine sui: ostendentes in quo reges & principes suam fœlicitatem debeat ponere: quia non decet eos suum finem ponere in diuiniis: nec in ciuili potentia: nec in aliquibus: sed omnibus his ut supra plenius probabatur: debent ut tanquam organis ad fœlicitatem. Suam aut fœlicitatē ponere debent in actu prudentiæ prout: talis actus est imparatus a caritate: nam tunc reges habent fœlicitatem suo statui debitam & condignam: quando instigante dei dilectione secundum prudentiam regitiuam gentem sibi commissam secundum legem & rationem sancte & iuste regant. Principaliter ergo regum fœlicitas ponenda est in ipso deo & ex cognitio ne & dilectione eius studium suum & uitam suam ad hoc ordinare debet ut cognoscētes & diligentes deum tanquam ueri ministri eius secundum ordinem rationis dirigant populum sibi commissum. **¶** His ergo itaque peractis & ostensō in quo reges ponere debeat suum finem se-

cundum ordinem superiorius prætaxatum: restat ostendere quibus uirtutibus reges pollere debeant. Virtutes autem quædam sunt quidam ornatūs: & qđā pfectiōnes aīz: oportet ergo prius ostendere quod sunt potentiæ animæ: & in quibus potentiis habent esse uirtutes. Consequenter autem manifestabis quomodo uirtutes sunt distinguendæ. Postea uero ostendemus quod sūt numero huiusmodi uirtutes: & quæ illarum sunt principales & secūdariae. Deinde autem de clarabitur singulariter quæ sit unaquæque illarum uirtutum & quomodo decet reges & principes tales uirtutes habere. **¶** Potentiæ autem animæ sic distingui posunt: quia potentiæ animæ quædam sunt naturales: quædam cognitiuae sensitiuae: quædam appetitiuae: & quædam intellectiuae. Naturales potentiæ sunt illæ in quibus communicamus cum uegetabilibus & plantis: ut potentia nutritiua: augmentatiua generatiua: & talia quæ etiam ipsis arboribus competunt. Potentiæ uero cognitiuae sensitiuae sunt uis gustus auditus & talia in quibus communicamus cū brutis. Appetitiuae uero distingūntur: nam quidā appetitus est in homine in quo non communicat cum brutis ut est appetitus sequēs intellectum: quidam uero in quo communicat cum eis ut appetitus sequens sensum potest nominari sensualitas: sequens intellectum nomina tur uoluntas: secundum quem modum loquendi bruti habet sensualitatem & appetitum sensituum: sed nō habet uoluntatem & intellectū. Uirtutes ergo de quibus loqui intendimus: quæ sunt quidam habitus laudabiles: uel erit in potentiis naturalibus: uel in ipsis sensib⁹: uel in appetitu sensitiuo: uel in appetitu intellectu: uel in ipso intellectu: uel in omnib⁹: uel his: uel in aliqbus hogz. In potentiis aut naturalibus eē nō possunt quod tripliciter patet. Primo quia ex naturalibus nec laudamur nec uituperamur: nullus enī dicit bonus homo ex eo q̄ habeat digestiua bonā: uel bonā augmentatiuā. Secundo ī talibus nō habet esse uirtutes: quia uirtus est aliquid secundum rationem ut pbari habet secundo ethicorum. Potentiæ autem naturales secundum quod hmoi sunt rationi non obediunt: nam siue ratiocinatur siue uelit non propter hoc per se loquēdo potentiæ naturales variantur in actib⁹ suis: sed semper secundum modum sibi possibilem suas actiones efficiunt. Tertio in talib⁹ potentiis non sunt habitus & uirtutes: qui habitus sunt ad determinandū potētias ut bñ uel male agūt: ut p hīt⁹ uirtuosos ad agēdū bñ: cū ergo natura sit determinata ad unū: & potētiae naturales sufficiēter determinantur ad agendum ex natura sua secundū eas nec sumus uitiosi nec uirtuosi ut hic de uitio & uirtute loquimur: quare in eis huiusmodi uirtutes esse non possunt. **¶** His ergo tribus rationibus per quas probatum est uirtutes non esse in potentiis naturalibus probari potest eas non es.

se in cognitione sensitiva siue in potentia sensiti-  
uis: nam sicut non laudamur nec uitupamur ex poten-  
tia naturalib: sic non laudamur nec uitupamur  
ex sensibus: nam sicut nullus laudatur tanquam  
bonus homo ex eo quod bene digerit uel bene cres-  
cit. Sic non laudatur ex eo quod acute uidet uel subti-  
liter audit nisi forte hoc esset per accidens ut si quis  
ex superflua commissione uel ex nimia potatio-  
ne incurrisset obtalmiam oculorum ne bene ui-  
deret. uel debilitatem stomachi ne bene digere-  
ret: increparetur ille non quia male digerit: uel  
quia non clare uidet quia clare uidere & bene di-  
gerere per se loquendo non est in potestate ho-  
minis. Sed increparetur ex nimio potu uel ex su-  
perfluo cibo nam erat in potestate sua ut posset  
uti potu & cibo moderate. Secundo in sensi-  
bus non est ponenda uirtus moralis: quia sicut  
potentiae naturales non obediunt rationi: quia  
secundum regulam rationis nullus magis uel  
minus augetur: uel magis & minus digerit: sic  
nec sensus obediunt rationi: non enim est in po-  
testate hominis uidere clarus uel minus clare:  
quare si uirtus moralis est aliquid secundum ra-  
tionem huiusmodi uirtus in sensibus ponit non  
debet. Tertio in talibus non est moralis uirtus:  
quia sicut potentiae naturales sufficienter deter-  
minantur ad actiones suas per suam naturam: sic  
& sensus. Nam sicut ignis tantum calefacit qua-  
rum potest caleficere propter quod quia deter-  
minatus est. In actione sua nec laudatur nec uitu-  
peratur nec est in eo uirtus moralis. Sic quia po-  
tentia digestiva tantum digerit quantum potest  
digerere & oculus tantum uidet quantum potest  
uidere in eis uirtus moralis esse non potest. nam  
per uirtutem moralem determinatur potestia ad  
agendum: haec autem sufficienter determinatur  
ad actiones proprias per naturam non ergo iden-  
tique uirtute morali. Si ergo nec in potentia naturalibus nec  
in sensibus est uirtus moralis: cum  
præter potentias naturales: & sensus non sit nisi  
intellectus & appetitus intellectius & sensitivus  
oportet esse in talibus uirtutes morales.

Quomodo distinguntur uirtutes: & quomodo es-  
se habent in intellectu & appetitu. Ca. ii.  
Steso quod nec in potentiis naturalibus nec  
in sensibus habet esse uirtutes. Restat  
ostendere quo distinguntur uirtutes: &  
quo in appetitu & in intellectu existunt. Distinguuntur  
est igitur de uirtutibus & de humani potentiis: nam uir-  
tutum quædam sunt intellectuales: quæda morales:  
quædam media inter intellectuales & morales. Virtu-  
tes intellectuales dicit illæ quæ sunt in intellectu  
speculatio cuiusmodi sunt scieræ speculatiæ: ut na-  
turalis philosophia geometria: methaphysica &  
cætera talia. Virtutes uero simpliciter morales  
sunt illæ quæ sunt in appetitu siue appetitus ille sit sen-  
situs: siue intellectus: cuiusmodi aut sunt iustitia  
temperantia: fortitudo: mæsuetudo. & cætera talia  
de quibus sum singulariter tractatur. Virtutes autem  
media iter intellectuales & morales sunt uirtutes

existentes in intellectu practico ut prudenter & aliæ  
uirtutes sibi annexæ. Prudenter autem secundum cometa-  
torem super libris ethi. media est iter uirtutes mo-  
rales & intellectuales: computari tamen potest cum uirtu-  
tibus moralibus: nam prudenter non est nisi in ho-  
noribus bonis: sicut nec uirtutes morales: prauis  
enim homines & si possunt esse scientes astuti & uersipeli-  
les. Prudentes tamen esse non possunt ut suo loco pater-  
bit. Inde est ergo quod dicitur. vii. ethi. quod impossibile  
est prudentem esse non existentem bonum. Di-  
missis ergo uirtutibus humanis intellectualibus: ut  
dimissis sententiis speculatiis: de prudenter & de  
uirtutibus moralibus est tractandum. Suscepimus  
enim ut plures diximus præsens opus non ut sciamus:  
sed ut boni fiamus quæ bonitas sine pru-  
dentia & uirtutibus moralibus nobis inesse non  
potest. Has autem uirtutes in intellectu & ap-  
petitu sic esse contingit. Dictum est enim uirtu-  
tem esse aliquid secundum rationem: oportet ergo  
esse rationalem potentiam in qua potest esse uir-  
tus. Rationale autem duplex est secundum phi-  
losophum per essentiam & per participacionem.  
Intellectus autem est rationalis per essentiam.  
Appetitus uero per participationem: nam appetitus  
licet non sit ipse intellectus uel ipsa ratio essentia  
liter. dicitur tamen participare rationem: quia est aptus  
natus rationi obediens. Potentiae autem naturales &  
sensus: nec sunt rationales per essentiam quia non  
sunt ipsa ratio: nec ratione participant: quia per se  
& secundum quod humani non obediunt rationi. Igitur  
in sensibus & in potentiis naturalibus ut supra di-  
cebat non habent esse uirtutes: sed soli esse haent  
in intellectu & appetitu. In nobis autem duplex est  
appetitus. intellectius & sensitivus. Nam sicut  
appetitus naturalis sequitur formam naturaliter ade-  
ptam: sic appetitus cognitius sequitur formam per  
cognitionem apprehensionis. Sicut n. grauia ex eo  
quod habent formam graui: sequitur ea quædam natura-  
lis inclinatio & quidam appetitus naturalis ut na-  
turaliter desiderent esse deorsum sic habentia co-  
gnitionem: ut habent in se ipsis formam appre-  
hensionis sequitur quædam inclinatio & quidam ap-  
petitus secundum formam illam: propter quod sicut in no-  
bis duplex est cognitio sensitiva & intellectiva: si-  
cuit etiam est in nobis duplex appetitus uidelicet sen-  
situs qui sequitur formam apprehensionis per sensum  
& intellectus qui sequitur formam apprehensionis per  
intellectum. Appetitus autem sensitivus duplex est.  
Nam cum animalia sint supra inata si natura elemen-  
tis & rebus inata dedit duplum potentiam unam  
per quam tendunt in propria quietem & aliam per quam  
resistunt & agunt in phibentia & incötraria mul-  
timagis hanc duplum potentiam natura dedit  
ipsis animalibus quæ sunt perfectiora illis. Videm. n.  
quod ignis naturaliter est calidus & leuis: per levita-  
tem autem tendit in locum proprium & in quietem  
sibi conuenientem: per caliditatem uero agit in con-  
traria: ne ergo ignis per quæcumque contraria ageretur  
impediret ne per levitatem in proprio loco quiesceret  
dedit ei natura potentiam calefactuam ut per

eam resisteret & ageret in contraria corruptiua. Si ergo igni & rebus ianimatis natura dedit duplē potentiam unam p̄ quam adipiscunt p̄ priam quietem:& aliam p̄ quam agunt in phibētia & contraria:multomagis hoc dedit aialibus: tribuit ergo eis duplē appetitum sensituum unum p̄ quem cōsequit̄ ppriam quietē & ppriā delectationem:ut concupiscibilem & alium per quem resistant & aggrediunt̄ phibitiua & cōtraria ut irascibilem. Ita q̄ concupiscibilis se habet sicut leuitas uel grauitas in leuibus & graubus. Irascibilis uero se habet quasi caliditas uel frigiditas in eis:nam sicut grauia p̄ grauitatem recentur a loco sursum tanq̄ a non conueniente: & tendunt in locum deorsum tanq̄ ad locum conuenientem & cōformiem:p̄ frigiditatem uero resistunt contrariis ne corrumpant̄ a propria natura & deseruit ppria loca & ppriam quietem. Sic aialia p̄ concupiscibilem fugiūt mala tristitia & p̄sequunt̄ bōa delectabilia. Per irascibilem uero aggrediunt̄ cōtraria quæ possent ea ab eiusmodi delectationibus prohibere:ut leo per concupiscibilem p̄git ut p̄sequat̄ cibū tanq̄ quid delectabile. Per irascibilem uero aggredit̄ aialia illa uolētia ipsum phibere in cibo adepto pp q̄ bene dis̄tum est q̄ cōcupiscibilis respicit bonum & malum secundum se. Irascibilis uero respicit bonū & malum inquantum habent rationem difficultatis & ardui:nam cum bonū secūdum se dicat p̄sequendum:malū uero quid fugiēdum. Concupiscibilis quæ secūdum se tendit in quietē & in bona delectabilia: & fugit mala tristitia p̄ obiecto habet mala & bona sensibilia secundū se considerata. Irascibilis uero secundum quā aggredimur & resistimus phibentibus & nocuiis:tendit in bona & mala sensibilia non scdm se considerata:sed ut habet rationem ardui & difficultatis:nā arduitas & difficultas potissime sunt repugnatiā & phibētia ne possimus consequi bonū & uitare malū. In p̄fecte ergo egisset natura si dedisset aialibus concupiscibilem p̄ quā uitaret mala & p̄sequerent̄ bona: nisi dedisset eis irascibile p̄ quam aggredierent̄ impedientia delectationem illam:ut igit̄ aialia scdm modum sibi conuenientem prout bene possint delectari p̄ cōcupiscibilem: data est eis irascibilis p̄ quā resistat & agredit̄ impediētia delectationē illam. Duplex est ergo appetit⁹ sensitius irascibilis & cōcupiscibilis. Appetitus aut̄ itellecius q̄ dicit uoluntas remanet indiuisus:nam cū intellectus uniuersaliori mō respiciat suū obiectū q̄ sensus appetitus: intellectius qui seq̄t̄ intellectum uniuersaliori mō fert in bonū q̄ appetitus secundum sensum & quia quanto aliquid sub uniuersaliori modo accipitur tanto unū & idē existēs ad plura se extēdit:licet appetitus sensitii⁹ sit alius & alius scdm quē p̄sequimur delectabilia & scdm quē aggredimur terribilia. Appetitus tñ intellectius un⁹ & idem existens fertur in omne bonum intelligibile:non ergo est alius appetitus intellectius

scdm quē p̄sequimur bona delectabilia p̄ intellectum & aggredimur bona ardua:sicut ē aliis appetitus sensitius scdm quē p̄sequimur bona sensibilia delectabilia:& aggredimur terribilia. Quare si oīs uirtus moralis uel ē in itellectu uel in appetitu:& appetitus aliis intellectius ut uoluntas:alius est sensitius & hoc duplex irascibilis.s. & cōcupiscibilis:oportet oēm uirtutē moralē uel esse in intellectu uel in uolūtate uel i irascibili uel in concupiscibili:acciēdo ergo uirtutē moralē large p̄ut ipsa prudētia dicit̄ q̄dam uirtus moralis:dicere possumus scdm has quatuor potentias aiae in q̄bus habet esse uirtus sūpt̄ sūt quattuor uirtutes cardiales uidelicet prudētia iustitia fortitudo & téperātia:nam prudētia est in itellectu:iustitia in uolūtate:fortitudo in irascibili:téperāntia in concupiscibili.

**C**Quot sūt uirtutes morales & quō eaꝝ numerus est sumendus.

Cap. iii.

Hilosophus circa finem. ii. ethi. præter p̄ prudentiam & iustitiam enumerat. x.

uirtutes morales:uidelicet fortitudinem temperantiam honoris amatiuam magnanimitatem largitatem magnificētiam masuetudinem ueritatem affabilitatem & etrapeliam q̄ bene uertibilitatem uel societatem appellā possumus. Igitur computata iustitia & prudentia. xii. sunt uirtutes morales de quibus oībus quid sūt & quomodo decet eas reges habere & quas partes habent uel uirtutes ānexas singulariter ē dicendum. Numerus aut̄ eaꝝ sic p̄t accipi:nam cum subiectum uirtutis sit:uel intellectus uel uolūtates uel appetitus sensitius. Omnis uirtus moralis uel est in intellectu ut prudentia uel uoluntate ut iustitia:uel in appetitu sensituo:ut ille de cē uirtutes morales quas enumerauimus: quas tangit philosophus circa. ii. eth. **C**Possunt alio. mō sic accipi heā uirtutes:nā uirtutes sūt medietates q̄dam:& non habent fieri nisi circa ea quæ sunt in p̄tē nostra in quibus decet nos ponere medietatem uel æqualitatem siue rectitudinem: h̄mōi aut̄ tria sunt. s. rationes passiones & operationes exteriores:per uirtutes enim debemus habere rationes rectas:passiones moderatas:& operationes exteriores æquatas & mensuratas. Secūdo ergo q̄ habemus rationes rectas h̄t esse prudentia:prout uero habemus exteriores operationes mensuratas & æquatas h̄t esse iustitia: Sed prout sunt in nobis passiones moderatae accipiunt̄ illæ. x. uirtutes morales de q̄bus in principio huius capituli fecimus mētionem. Iustitia ergo quæ est in uoluntate sic differt ab illis decem uitutibus quæ sunt in appetitu sensituo:utraq̄. n. moderant & æquant operationes exteriores & passiones existētes in appetitu aliter tñ & aliter: nā ille decem uirtutes p̄ se & primo moderat & rectificant passiones:si autē rectificant operationes exteriores hoc est ex consequenti:inquantū moderatis passiōibus moderate ferimur in operationes exteriores. Iustitia aut̄ econuerlo p̄ prius

b ii

æquat & moderat ipsas res uel ipsas operatioēs exteriores: facit. n. q̄ cuilibet tribuatur q̄ decer: uel q̄ ei detur q̄ suū ē. Si autem moderat & retificat passiones & motus existens in appetitu hoc est ex consequenti in quantum moderatis & æq̄ tis rebus & operibus exterioribus: passiones in nobis retificantur & moderantur. ¶ Tertio autē hic eadem diuisio sumi potest: nam omnis uirtus moralis tendit in bonum rationis. Tendere autē in bonum rationis potest esse tripliciter: uel quia hūmōni bonum perficit: uel quia ipsum efficit: uel quia ipsum custodit & seruat. Prudentia autem tendit in bonum rationis: quia ipsam rationem perficit. Est enim prudentia in ipso intellectu tanquam perfectio in ipso perfectibili: iustitia uero tendit in bonum rationis quia huiusmodi bonum efficit: nam iustitia in operibus & in iphis rebus efficit illud bonum & illam æqualitatem quam ratio dictat. Aliæ autem uirtutes morales ut cōmuniciter ponitur tendunt in bonum rationis quia illud custodiunt & cōseruant. Nam huiusmodi uirtutes moderantes passiones agūt ne per eas homo abducatur & recedat a bono rationis propter quod huiusmodi bona dicuntur custodire & conseruare. Dicamus ergo q̄ uirtus moralis uel retificant rationes & est in ratione & est rationis perfectiua: & sic est prudentia. Vel est in uoluntate & adequat operationes exteriores & est boni rationis effectiua & sic est iustitia. Vel ē in appetitu sensitivo & moderat passiones & est boni secundum rationem custodiua & conseruatiua & sic sumuntur decem uirtutes morales superius numeratae. Quorum numerus & sufficiencia sic potest accipi. Dictum est. n. uirtutes ilias esse circa passiones: quas per se habent mode rare & æquaſ prout ergo ex aliis & aliis obiectis surgūt aliæ & aliæ passiones: accipi poterāt aliæ & aliæ uirtutes prout & illis passionibus secundum ordinem rationis aliud & aliud medium reperitur. Ut ergo liceat typo & superficialiter pertrāſire dicamus q̄ passiones uel surgunt ex bono uel ex malo: Si ex malo uel ex futuro uel ex præsenti. Si ex futuro sic fiunt in nobis passiones: timor & audacia: timor cum ab eo refugim⁹ audacia cum illud aggredimur: inter has autem duas passiones sumuntur: una uirtus media. s. fortitudo. Erit ergo fortitudo quæ ē medietas timoris & audaciæ in irascibili: quia timor & audacia in irascibili habēt esse. Si uero huiusmodi passiones oriuntur ex malo præsenti q̄ est nobis iam illatum uel insurgimus ad puniendum & tunc ē ira quæ est per paruipensionem: uel propter malum illate appetit pœnam in vindictam. Si autē ab hac punitione uel ab hac vindicta refugimus sic est mitiditas: medium autem horum ē uirtus quæ dicitur mansuetudo. Mansuetudo tamen non proprie nominat uirtutem medianam eē iter mitiditatem & iram. Immo magis nominat ipsam passionem quæ ē mitiditas: attamen ut dici tur quarto ethicorum quia nō habemus propri-

um nomen respectu huiusmodi uirtutis noiatur nomine passionis defientis: & dicitur mansuetudo. Erit autem mansuetudo in irascibili quia ī ea sunt mitiditas & ira contra quas huiusmodi uirtus uidetur consistere: quæ igitur uirtutes ex isteſt in irascibili sumuntur circa passiones quæ oriuntur ex malo: ut fortitudo est circa passiones ortas ex malo futuro. Mansuetudo circa passiones ortas ex malo præsenti. Si autem sumatur uirtutes circa passiones quæ oriuntur ex bono: tūc distinguendum ē de bono: quia quoddam est bonum hominis in ſe: quoddam uero est bonum eius ut habet ordinem ad alios: bonū hominis in ſe duplex est: quia quoddam ē delectabile ut cibi & potus & talia: quoddam uero utile ut pecunia: quoddam uero honestum ut honor. Honestum. n. ab ipso honore sumit originem: ē. n. bonum quasi honoris status. Circa passiones ortas ex bono delectabili non sumitur nisi una uirtus ut temperantia quæ ē in concupiscibili. Circa passiones uero ortas ex utili sumuntur duæ uirtutes. Nam huiusmodi bonum uel est mediocre & cōmune & sic sumitur liberalitas quæ est circa mediocres ſumptus. Vel est illud bonum arduū & ſic magnificētia: quæ est circa magnos ſumptus: idem est. n. magnificētia ſicut magnificus erit igitur liberalitas in cōcupiscibili: magnificētia uero ratione arduitatis erit in irascibili. Si uero illud bonum sit honestum ſive honor: tūc honor ille uel est mediocris tunc est quædam uirtus quæ cōmuni nomine dici pōt honoris amatiua ſive honoris amor. Si autē honor ille sit magnus & tunc ſic dicitur magnanimitas quæ ē circa homines. Erit autem honoris amatiua in concupiscibili. Magnanimitas uero in irascibili ex quo patet q̄ quia bona delectabilia nō ſic poſſunt habere rationem ardui ſicut utilia & honesta: licet tam ex bonis utilibus quā ex honestis ſumantur duæ uirtutes quarum una est in concupiscibili: alia in irascibili. Ex bonis tamen delectabilibus non sumitur nisi una uirtus quæ est in concupiscibili: ut temperantia. Si uero huiusmodi uirtutes ſumuntur circa passiones quæ oriuntur ex bonis. ut cōmunicamus cū aliis deseruiunt nobis ad ueritatem uirtutē. Sic ut dicitur ſecūdo ethi. ſumuntur tres uirtutes: nā cum aliis communicaamus ī uerbis & operibus. opera autē & uerba ut cōicamus cū aliis deseruiunt nobis ad ueritatē uitam & ludū. Erit ergo triplex uirtus uidelicet ueritas affabilitas & entrapelia: quæ pōt dici bona uerſio. ¶ Eſt at ueritas ut hic de ea loquimur & ut est uirtus non ſpeculatiua: ſed ſumif hic ueritas pro ut aliquis nō eſt ypocrita nec iactator: ſed eſt aptus uerbi & factis ostendit ſe talē quælis eſt. ¶ Affabilitas uero eſt quando quis bene ſe habet circa conuerſationem uirtutē ut quando non eſt adulator non eſt discolus: ſed eſt affabilis & curialis. ¶ Entrapelia uero ſive bona uerſio eſt quando aliquis ſic ſe habet in ludis: ut non ſit histrion: q̄ de omnib⁹ uelit ludere: nec ſit agrestis

q̄ de nullo uelit ludere: sed sit eutrapelus & bene se uertens ut se habeat circa ludos prout expedit. Omnes autem hæc tres uirtutes: quia non sunt circa aliquid arduum: sunt in concupisibili. Parte ergo q̄ cum quattuor potentiæ animæ sint susceptibiles uirtutū de quibus loquimur duodeci sunt huiusmodi uirtutes: quia una est in intellectu & una in uoluntate: quattuor in irascibili & sex in concupisibili. In intellectu est prudentia in uoluntate iustitia: in irascibili est fortitudo: mansuetudo: magnanimitas: & magnificentia quæ sic accipiuntur: quia fortitudo & mansuetudo sunt circa passiones ortas ex malis: ut fortitudo est circa passiones ortas ex malis futuris: mansuetudo circa passiones ortas ex malis præsentibus. Magnificentia uero & magnanimitas sunt circa bona ardua aliter & aliter: q̄a magnificētia circa magna bona utilia: ut circa magnos sumptus. Magnanimitas uero circa magna bona honesta: ut circa magnos honores. In concupisibili autem sunt sex uirtutes uidelicet temporalia liberalitas honoris amatiua: ueritas: affabilitas: & eutrapelia: q̄ sic accipiuntur: quia tres harum: ut temperantia liberalitas & honoris amatiua: sunt secundum secundum bonū hominis ī se. Aliæ uero tres secundū bona hominis ī ordine ad aliū: secundum ergo utraq̄ bona sunt: tres uirtutes. Nam bona hominis ī se tria sunt: nam quædam sunt delectabilia: circa quæ est temperantia: quædam utilia circa q̄ est liberalitas: quædam honesta circa quæ est honoris amatiua. Sic etiam bona in ordinæ ad aliū tripliciter possunt considerari: uel ut deseruiunt nobis ad manifestationem & sic est ueritas: uel ad uitam & sic est affabilitas: uel ad ludū & sic est eutrapelia: ostensum ē ergo quōt sunt huiusmodi uirtutes & quōmodo distinguuntur.

**C**Quod bonarum dispositionum quædā sunt uirtutes: quædam supra uirtutes: quædam sunt ancillantes uirtutibus: & quædam præparatiōes ad uirtutem.

Cap. ivi.

Istinximus in præcedenti capitulo q̄ duodecim sunt uirtutes: quarum una est in intellectu ut prudentia: una ī uoluntate ut iustitia: quattuor in irascibili ut fortitudo mansuetudo: magnificētia & magnanimitas. Et sex in cōcupisibili ut tēperantia: liberalitas: honoris amatiua: ueritas: affabilitas: & eutrapelia quas etiam in præcedenti capitulo enumerauimus. Ne ergo aliquis crederet non esse aliq̄s alias bonas dispositiones præter uirtutes enumeraatas decreuimus ostendere q̄ loquēdo ī bonis dispositionibus de quibus locuti sunt philosophi: quia de aliis ad præsens non intendimus tractatum constituerē: quædā sunt uirtutes. Quædam sunt etiam ancillantes uirtuti. Etiam sunt quædā præparatiōes ad uirtutem: quædam supra uirtutem. Large. n. accipēdo uirtutem omnes huiusmodi bonæ dispositionis uirtutes appellari possunt: Nihilominus tamen quædam bonæ dispositiones ancillantur uirtuti ut bene consiliari &

bene iudicare de consiliatis: ancillantur prudenter. qui ergo bene dispositus est ad hoc aptus est ut sit prudēs. **C**Quædam uero bonæ dispositio-nes nō sunt cōpleta uirtus: sed sunt dispositiōes ad uirtutem: ut perseverantia & continētia quæ ut de eis philosophus loquitur non sunt completa uirtutē: sed dispositio ad uirtutem. Nam ille per seuerare dicitur qui non cadit & si non tempeſt: hoc autem etiam & non uirtuosī aliquando habent qui non passionati non ruunt. Continētia autē dicitur qui passionatur & habet passiones fortes: tamē continent se & non credit passioni sed rationi: non ergo continētia est plene uirtuosus: quia propter passiones fortes licet bene agat non tamen ē ei delectabile bene agere: continētia ergo & perseverantia sic accepta quamuis sit quædam bona dispositio non tamen est uirtus: sed dispositio ad uirtutem. **C**Sunt etiam quædam bonæ dispositiones quæ sunt supra uirtutē cuiusmodi ē uirtus diuina: siue uirtus heroica & sup iusta ī qua determinatur septimo ethico: nam sicut aliqui homines sunt sicut bestiæ & sunt mali ultra modū hominum. Sic aliqui sunt q̄s diuini & sunt boni supra modum: & propter q̄ tales superuirtuosī dici possunt. Huiusmodi autē uirtutem diuinam quæ est quodammodo super uirtus maxime habere debent reges & principes qui ut dictum est semidei esse debent. **C**Quarto quædam bonæ dispositiones sunt ipse uirtutes cuiusmodi sunt prudentia: iustitia & alia de quibus ī præcedenti capitulo fecimus mentionem: De omnib⁹ ergo his quattuor suo loco dicem⁹. Determinabimus ergo de uirtutibus ostendentes quomodo reges & principes debent habere uirtutes. Determinabimus etiam de aminiculatibus uirtuti: sed & ī dispositionibus ad uirtutē: & de his quæ sunt supra uirtutē ostendentes quomodo reges & principes oportet talibus esse ornatos. Sed primo de ipsis uirtutibus ē dicendū. **C**Quod uirtutum sunt quædam principales: quædā cardinales: quædā uero annexæ.

cap. v.

**N**umerauimus supra duodecim uirtutes: sed non omnes illæ. xii. sunt æquæ perfectionis: non sunt æque principales. Cōsueuit enim apud sanctos & etiā apud philosophos distingui inter uirtutes: quia quædam sunt cardinales & principales: quædā uero annexæ. Cardinales autem sunt quattuor uidelicet prudentia: iustitia: fortitudo & temperantia. Annexæ autem & nō principales sunt aliae octo de quibus supra fecimus mentionem. Has autē quattuor uirtutes esse cardinales & principales triplici uia iuestigare possumus. Prima uia sumitur ex parte materiæ circa quam uersatur. Secunda ex parte subiecti in quo existunt. Tertia ex parte conditionum quæ ad uirtutes requiruntur. Prima uia sic patet: nā omnis uirtus uel est circa rationes: uel circa passiones: uel circa operationes. Cum n. contingat ratiocinari recte: & non recte

b iii

oportet dare uirtutē aliq̄ q̄ sit recta rō p̄ q̄ d̄ ip̄is agilib̄ rectas rōnes faciam⁹. ¶ Rursus cū cōtigat opari recte & nō recte sic ē dare uirtutē p̄ q̄ dirigimur in rōcīnādo de agilib̄ & ē dare uirtutē p̄ quam dirigimur i opando ipsa agibilia. ¶ Ampli⁹ q̄a cōtigit nos passionari recte & nō recte: oportet dare uirtutes aliq̄s p̄ quas modifice mur in ip̄is passionib⁹. Cū ergo passiones qdā ipellūt nos fēper ad malū: ut passiones cōcupiscibles qa p̄ni sum⁹ ad agendū semp illa. Quædā uero retrahunt nos a bono: ut passiones irascibiles. Circa passiones oportet dare uirtutē aliquā ne passiones nos ipellat ad id qd̄ rō uerat: & oportet dare uirtutē aliā ne passiones retrahāt nos ab eo q̄ rō dicat. Omnis ergo uirt⁹ uel retificat rōnes uel æqt̄ opationes: uel modificat passiones ne nos ipellat ad id quod ratio uerat: uel modificat eas ne nos retrahāt ab eo q̄ rō dictat & q̄a prudētia p̄cipaliter retificat rōnes. Iustitia p̄cipaliter æqt̄ opationes temptantia p̄cipaliter modificat passiones ne nos ipellat ad id qd̄ rō uerat. Fortitudo p̄cipaliter modificat eas ne nos retrahāt ab eo qd̄ est rō dictat. Iō ratione materiæ circa q̄ uersat h̄mōi uirtutes dicunt̄ heæ. iiiii. cardinales & p̄cipiales: q̄a sunt circa materiæ illā circa q̄ p̄cipaliter uersat humana uita. ¶ Secunda via ad iuestigādū has eē uirtutes cardinales & p̄cipiales sumi pōt ex pte subiecti i quo existūt. Dictū ē enī supra uirtutes de qb⁹ loqmur eē in q̄tuor potētiis animæ: uidelicet i intellectu: in uolūtate i irascibili: in concupiscibili. Cū ergo i intellectu pratico p̄cipalior uirt⁹ sit prudētia: in uolunta te loquēdo de uirtutib⁹ acq̄sitis p̄cipalior sit iustitia. In irascibili uero p̄cipalior sit fortitudo. Et i concupiscibili tēperātia. Ideo heæ. iiiii. uirtutes scilicet prudētia: iustitia: fortitudo: & tēperātia p̄cipiales & cardinales eē dicūt. ¶ Tertia via sumi ex pte conditionū q̄ ad q̄libet uirtutē req̄runf: nā omnis act⁹ si uirtuosus eē debet oportet q̄ fiat prudētē: iustitiae: fortitudo: & tēperātia. Iō heæ q̄tuor uirtutes p̄cipiales & cardinales eē dicūt. In aliis ergo uirtutib⁹ pōt eē aliqua p̄cipialitas sicut magnanimitas quādā p̄cipiale hēt sup uirtutes alias qa secūdū phūm. iiiii. ethi. Magnanimitas uideſ esse ornat⁹ quidā omniū aliarū uirtutū. Sic ēt magnificētia quādā p̄cipialitatē hēt propter magnitudinem sumptuum circa quam uersatur: habent ergo aliæ uirtutes quandam p̄cipialitatem: sed heæ quattuor simpliciter p̄cipiales & cardinales esse dicuntur: quod quomodo sit in prosequendo de eis singulariter plenī ostendetur. Si ergo heæ quattuor sunt p̄cipiales & cardinales respectu aliarum: primo de his quattuor est dicendum. ¶ Rursus quia prudētia est p̄cipaliter oībus aliis cum sit directua omnium aliarum: & iustitia sit p̄cipalior quā fortitudo & temperantia cum iustitia sit circa cōmutationes rerum & circa distributiones bonorum & erga quā p̄cipaliter uersatur uita nostra & quia fortitudo est p̄cipalior quam tem-

perantia. cum fortitudo magis ordinetur ad bonum gentis & ad bonum commune quam ipsa temperantia. Ideo hic ordo est tenēdus quia primo dicemus quo d̄ est prudentia: & q̄ decet reges & principes esse prudentes. Secundo deernunauimus de ipsa iustitia ostendentes q̄ decet reges & principes esse iustos. Deinde determinabimus de fortitudine & temperantia: declarantes q̄ cōtingit reges & principes esse fortes & temperatos. Consequēter uero tractabimus de magnitudine & magnificētia & aliis uirtutibus manifestantes quomodo decet reges & principes tali bus uirtutibus esse perfectos. ¶ Quomodo diuersimode notificari potest qd̄ est prudentia.

Cap. v.

Rudentia autem de qua primo tracta habet & prout ad diuersa comparari aliam & aliam notificationem suscipit: quantū enim ad præsens spectat prudentiam ad. v. comparari possumus uidelicet ad uirtutes morales quarum est directua: ad uirtutes intellectuales respectu quarum ē præceptiva: ad materiam circa quam uersatur: ad scientiam & ad artem a quibus distinguitur. Est enim prudentia uirtutum moralium directua: nam uirtutes morales de se inclinant in finem sibi conuenientem ut temperantia inclinat in sobrietatem & in detestationem uenereorum sed non sufficit inclinari in finem debitum temperantia: uel in finem aliarū uirtutum moralium nisi sciamus quomodo possumus consequi talem finem q̄ sit per prudentiam: per uirtutes ergo morales præstituimus nobis debitos fines. Sed per prudentiam cum habemus dirigimur in fines illos. Accipit autem prudētia fines a uirtutibus moralibus & per ea quā sunt ad finem recte dirigit in fines illos. Quare prudētia ut comparatur ad uirtutes morales sic diffiniti potest quod est perfectio intellectus siue quod est bona qualitas mentis directua in finem uirtutum moralium. ¶ Secundo potest cōparari prudentia ad uirtutes intellectuales respectu quorum est præceptiva: prout enim ad præsens spectat si circa agibilia bene negociari uolumus tria habere debemus. Primo debemus iudicare. Tertio debem⁹ præcipere ut fiant opere secundum inuenta & iudicata: ut si uellemus secundum opera bellica castrum aliquod capere. Primo inueniendæ essent uiae & cogitandi essent modi per quos castrum illud capi posset. Secundo iudicandum esset de uis inuentis utrum bonæ essent ad propositum prosequendum. Tertio: præcipiendum esset ut herent opera secundum inuentia & iudicata. In intellectu ergo nostro esse debent tres uirtutes una per quam bene inueniam⁹ & bene consiliemur quam philosophus. vii. eth. appellat embuliam. i. bene cōsiliatiua. Alia uero per quam bene iudicemus de inuentis quam philosophus appellat finesim. i. bene iudicatiua.

Tertia per quā praeципiamus ut fiant opera secundum inuēta & iudicata: & hanc dicimus esse prudentiam. Prudētia ergo respectu uirtutis iuenti uaz & iudicatiæ dicit esse p̄ceptiuæ: quia q̄ illæ inueniūt & iudicat ista praecepit ut fiat. Prudētia ergo imediatius dirigit in opa fienda eo q̄ p̄cipiat illa fieri quā faciat uirtus inuētiua & iudicatiua: cū ergo i moralibus actus & opa dicātur eē potiora. Prudētia quæ imediatius se hēt ad ea ē potior uirtute inuētiua & iudicatiua. Prudentia ergo respectu uirtutis iuētiua & iudicatiua quæ sūt uirtutes intellectuales sic diffiniri pōt qd̄ est p̄ceptiuæ inuētorū & iudicatoꝝ. Vnde. vi. ethi. corū dicit q̄ sicut embuliæ est inuenire & sinensis est iudicare sic prudētia est p̄cipere. Tertio prudētia cōparari p̄t ad materiā circa q̄ uersatur: cū enī prudentia sit circa agibilia & agibilia sint singularia oportet prudentiā ēē circa pticularia applicādo uniuersales regulas ad singularia nes gocia ut sexto ethicoꝝ declarari hēt. Cōparata ergo prudētia ad materiā circa quæ uersatur sic de scribi potest q̄ prudentia est uirtus secundū uniuersales maximas particularia facta concernens hīmōi uniuersales regulæ sane bōæ leges cōsuetudines & alia p̄ quæ regulari possumus in agendis. Quarto cōpari hēt prudētia ad ipsam scientiā a qua distinguit: nā scientia pprie ē de reb⁹ necessariis iuxta Boetiū p̄tio Arithmeticae. Scientia est eorū quæ imutabilē substatiā sortiuntur. Prudentia aut̄ est actuū humanoꝝ & rerum contingētiū q̄ sunt in p̄tate nostra. Quinto comparari potest prudētia ad artem a qua enī distingui habet: nā ars ē respectu factibiliū & nō p̄supponit rectitudinē uoluntatis. Prudentia uero est respectu agibiliū & p̄supponit rectitudinem appetitus; ppter quod scribis sexto ethicoꝝ q̄ artifex uoluntarie peccans ē melior q̄ pec cans inuoluntarie. Prudens uoluntarie peccans est peior. In opibus ergo deseruentibus arti melius est peccare uoluntarie q̄ inuoluntarie sed in opibus deseruentibus ad uitam circa q̄ uersatur prudentia peius est peccare uoluntarie q̄ inuoluntarie: prudentia ergo quia nullus potest esse prudens nisi sit bonus & hēat uoluntatem rectā non est ars: sed uirtus prout ergo prudētia comparatur ad artem a qua distinguitur sic diffiniri potest q̄ ē recta rō agibiliū p̄supponēs rectitudinē uoluntatis. Ex oībus ergo his de ipsa prudentia unā cōmunem descriptionem formare possumus dicendo q̄ prudentia est uirtus intellectualiæ directiua uirtutū moraliū p̄ceptiuæ secundum inuenta: & iudicata secundū uniuersales maxinas. Particularia cōtingentia & agibilia concernens: p̄supponēs rectitudinem uoluntatis.

Quod deceat reges & principes esse prudentes.

Cap. vii.

Iso quid est prudentia: & ostendo q̄ per prudētia recte dirigimur i bonū finē in quem inclinant uirtutes morales: restat oñdere q̄ deceat reges & principes esse

prudentes. Sunt autem quātū ad p̄ns spectat etia q̄ maximie rex attendere debet. Primo enim spectat ad ipsum summe intendere ut sit rex secundum rei ueritatem: & nō noīe tātum. Secundo studere debet ne suus principatus in tyrānidem conuertatur. Tertio studere debet ut naturaliter dñetur. Triplici ergo uia inuestigare possim⁹ q̄ decet regem esse prudentem. Primo: quia sine prudentia non est rex secundum rei ueritatem: sed noīe tantū. Secundo: quia sine ea de facili ueritut in tyrannum. Tertio: quia sine ipſa non potest naturaliter dñari. Prima uia sic patet. Nā rex est nomen officii & dignitatis. Est. n. regis officium ut suā gentem regat & dirigat in debitum finem quōd ipsum nomen regis oñdit. Nomen enim regum a regendo sumptum est. Regere at alios & dirigere ipsos in finem debitum fit per prudentiam. Vnde dicit. vi. ethi. q̄ illos extimamus esse prudentes: qui sibi & aliis possunt bōa speculari & prouidere. Prudētia ergo est quidā oculus quo bonus & debitus finis conspicitur. Qui ergo hoc oculo caret non sufficienter uide re pōt ipsum bonum: nec ipsum debitum finē. i quem est populus dirigendus. Sicut ergo sagittator nō posset sufficienter sagittare siue sagittā in signum dirigere: nisi ipsum signum uideret. Sic nec rex potest populum dirigere siue regeres & ipsum in debitū finem dirigere nisi ip̄m finē per prudentiam speculeat. Si ergo sine prudentia nullus potest sufficienter gentem uel populum regere: & ipsam dirigere in finē bonum & debitum: sine ea nullus erit rex: secundū rei ueritatem & ut decet. Licit forte sit rex appellatione & nomine. Vide enī q̄ uir sine prudentia positus in dignitate regia sit denarius æneus uel Plumbe⁹ positus in cōputo mercatorum. Mercatores enī cū rōcinando computant: aliquando unum denarium æneum uel plumbeū ponunt loco milles librage: quod ergo non ualeat unum ouum: re præsentat ualorem magis precii: Denarius ergo ille magis ē signū ualoris q̄ ualeat. Sic si uir prudētia careat & regia dignitate fūgaf: cū ipse parui ualoris sit est loco magni precii. Magis ergo ē signū regis: q̄ sit rex. Ut igitur sit rex non solum noīe: sed re decet ip̄m habere prudentiam. Se cundo hoc deceat eum: ne de facili i tyrrānū cōuertatur. Dictum enī est q̄ p̄ prudentiam dirigimur in bonum finem: i quem inclinant uirtutes morales. Est enim prudentis prouidere bona sibi & aliis: & dirigere se & alios i optimum finē. Si ergo aliquis prudentia careat per quam dirigi giniur in optimā bona: secundum ueritatem de facili efficietur tyrrānus: quia diuitias & bona exteriora: quæ sunt bona optima secundum ap̄ parentiani: credet esse optimā simpliciter. Immo quia imprudentes non cognoscunt nisi sensibilia bona cuiusmodi sunt diuitiae & bona exteriora. Rex prudentia carens: quia non cognoscet: non reputabit nisi sensibilia bona: & dimis̄sis uirtutibus totum studium suum ponet ut

affluat diuitiis & sensibilibus bonis. Efficietur ergo deprædator populi: dñabitur tyrânicè: nō curabit qualiter cūq; possit pecunia extorquere. **T**ertio decet reges & principes hēre prudētiā q; sine ea nō possunt naturaliter dñari. Nā ut de ciarari habet primo pollutiorū. Ex hoc est aliqs naturaliter seruus: quia deficit itellectu & nescit seipsum regere. Ex hoc autem naturaliter est domin' q; uiget itellectu & prudētiā: & nouit se & alios in debitū finē dirigere. Hanc enī ueritatem non solū approbant philosophica dictas sed etiā confirmant singula regina naturalia. Videmus enī naturaliter hoies dñari bestiis. Viros fœminis. Senes pueris. Hoies naturaliter dominantur bestiis: q; a hoium genus uiget prudētia. Bestiæ. n. prudētia & arte parū participat. Sic etiam uiri dominantur fœminis: quia ut declarari hēt primo pollutiorū. Fœmine hēt consiliū inualidū. Cōmuniter enī fœminæ deficiūt a uirorum prudētia: q; si reperiant mulieres aliquæ prudentiores uiris: hoc ē ut raro: & in paucioribus ut plurimum. Ergo fœmina uiri naturaliter debet esse subiecta: eo q; naturaliter deficiat uiri prudētia. Hoc etiam modo iuuenes naturaliter decet anti quioribus esse subiectos quia in experti agibiliū non sic abundant prudentia sicut illi. Vbicunq; igitur hoc naturaliter seruit: & illud naturaliter dominatur: semper principias pollet prudentia: a qua deficit qui naturaliter seruus existit. Ut igitur rex naturaliter dominetur: oportet q; polleat prudentia & intellectu. **Q**uot & quæ oporteat habere regem si debeat esse prudens.

## Capitulum. viii.

Voniam nunquam perfecte habetur aliquod totū nisi habeant partes ei. Si debeat aliquis esse perfecte prudens oportet ipsum habere oia q; concurrunt ad prudentiam: & omnes partes eius. Consueuerūt aut assignari octo partes prudētiae. Videlicet: memoria: prouidentia: intellectus: ratio: solertia: docilis: experientia: & cautio. Quare si rex aut princeps debeat esse prudens: oportet ipsum esse memorem: prouidum: intelligentem rationabilē: solerem: docilem: expertum: & cautum. Hæc at octo quæ dicuntur esse partes prudētiae sic accipiunt. Nam ut patet ex habitis: ex hoc aliquis dicitur esse prudens: quia est sufficiens dirigere se & alios i aliqua bona siue in aliquos bonos fines. Quatuor ergo est ibi considerare. Videlicet bona ad quæ dirigit. Modum p; quem dirigit: per sonam dirigentem & gentem quam dirigit. Ratione bono: ad quæ dirigit oportet regem esse memorem & prouidum. Propter modū secundū quem dirigit: oportet ipsum esse intelligentē & ratiabilē. Ratione ppriæ psone q; alios est dirigens oportet q; sit solers & docilis. Ratiōne uero gentis quā dirigit cōgruit q; sit expertus & cautus. Si. n. rex debet gentem aliquam ad bonum dirigere: oportet q; hēat memoriam preteritorū & prouidentiam futurorum. Debet enim habe-

re præteritorum memoriam: nō q; possit præterita inmutare: quia nulli agenti hoc est possibile: sed decet regem habere præteritorū memoriam: ut possit ex præteritis cognoscere qd euenire de beat in futuru. Nam ut scribitur secundo rhetori corum in cōtinētibus agibilibus ut plurimū futura sunt præteritis similia. **S**ecundo decet ipm hēre prouidentiam futurorum: quia hoies prouidentes futura bona cogitant uias p; quas faciliter illa adipisci ualent. Ergo ratio bonorum ad qua rex gentē suam dirigere debet expedit ut habeat prudētiam futuro: ut facilius illa futura bona adipisci ualeat: & ut hēat memoriam præteritorū. Ut ex actis præteritis sciat quid agere debeat i futurorum. **R**atione uero modi per quē dirigit oportet quod habeat intellectum & rōnem siue oportet q; sit intelligens & rationalis. Modus. n. quo rex suum populum dirigit: oportet q; sit humanus: quia rex ipse hō est. Homo. n. intelligit rōcinādo & discurrendo. Accipit. n. aliqua principia & alias præmissas: ex quibus elicit intentas conclusiōes: & hoc in speculabilibus: q; in agibilibus. Nam sicut fiunt rationes ut demonstret quid sit uerum cognoscendum: sic fiunt rationes ut persuadeatur quid sit bonum prosequēdum. Ratione igitur huiusmodi cognoscendi qui est inditus hoibus uolens alios dirigere oportet q; sit intelligens. cognoscendo principia & præmissas. Et rationalis ratiocinādo & eliciēdo ex illis præmissis conclusiones intentas. Vel oportet q; sit in intelligens: sciendo leges consuetudines bonas: & alia qua possunt esse principia & regulæ agendorum. Oportet autem q; sit rationalis speculando ex illis regulis quid agere congruit. Sicut ergo ratione bono: ad quæ dirigit oportet regem esse memor & puidū: sic ratione modi per quē dirigit oportet ipsum eē intelligentem & ratiabile. **S**ed ratione ppriæ psone quæ ē alios dirigens oportet q; sit solers & docilis. Nā qui i tanto culmine est positus: ut tātam gētem regere hēat: oportet q; sit idustris & solers ut sciat ex se inuenire bona gentis sibi commissæ. Verum quia nullus homo sufficit ad excogitandū oia q; possunt esse utilia tot regno. Cum hoc q; regem expedite eē solerem ex se quæ bona sunt regno utilia excogitando: oportet ipm esse docilem alio: consiliis acqescendo. Possumus. n. dicere de rege quod dicit: de magnanimo. iiiii. ethi. Quod non decet fugere ipm fugere cōmonentem. Nō. n. decet regē in oībus sequi caput suū: nec inuiti semq; solertiæ pprie. Sed oportet ipm esse docile: ut sit abilis ad capelcēdā doctrinam alio: acquiescendo doctrinis & cōsiliis bāroniū: seruorū: sapientū: & diligentū regnū: patet ergo q; rōne ppriæ psone q; est alios dirigēs oportet regem eē solerem & docilē. Sed rōne gētis quā dirigit oportet ipm eē expertū & cautū. Experiētia enī est rerū particulariū. Prout igitur sunt alia & alia particularia. Et prout aliquis negotiatur circa aliam & aliā gentē: sunt alia &

**a**lia exquirēda. Oportet igitur principem respe-  
ctu gētis cui p̄est esse expertū cognoscendo par-  
ticulares conditions gentis sibi cōmissā: ut pos-  
sit eā melius in debitum finē dirigere. ¶ Ultimo  
oportet ip̄m esse cautū. Nā sicut in speculabilib⁹  
falsa aliquā adminiscent ueris pp qd̄ credunt ue-  
ra quæ nō sūt uera: sed apparet uera. Sic in agi-  
bilibus mala multoties admiscent bonis pp̄ter  
quod credunt bona: sed non sūt bona: sed appa-  
rent bona. Oportet igitur regem esse cautū re-  
spuēdo apparet bona & eligēdo bona simpli-  
citer: ad quæ debet dirigere gētē sibi cōmissam.  
¶ Quomodo reges & principes possunt se ipsos  
prudentes facere.

Cap. x.

Nīma in sedē do & quiescendo fit pru-  
dens: ut uult phūs. vii. phisicorum. Re-  
ges ergo & principes si desiderant esse  
prudentes non debent uanitatibus intendere:  
sed maiorem partem uitæ suæ debet expendere  
in cogitando quæ possunt esse regno. p̄ficia: qd̄  
non sic intelligendum est ut nullas recreations  
corporales habere debeant. Sed debent eis adeo  
moderatæ uti: ut non impedian tur in regimine  
regni sui. Seipso ergo poterunt prudentes face-  
re ut naturaliter regnum regant. Cogitando pri-  
mo tempora retroacta: sub quibus temporibus  
regnum melius regebatur: pp̄ter quod habeant  
memoriam p̄teritor̄ ex quibus scire poterū qd̄  
agendū sit in futurum. Nam semp debet suū re-  
gimen cōformare regimini retroacto. Sub quo  
regnum tutius & melius regebatur. Nam sic in  
speculando & cogitando q̄ antiqui philosophi  
conscripterunt: sumus sapientiores in speculabi-  
libus. Sic reges & principes cogitando acta suo  
rum p̄decessor̄ sunt magis prudentes in agi-  
bilibus. Secundo debent diligenter intueri futu-  
ra bona quæ possunt esse proficia regno: & ma-  
la quæ p̄nt esse nocua. Nam ex hoc hēbunt pro-  
uidentiam futurorum ut possint mala expediti-  
vitare: & bona facilius adipisci. ¶ Tertio debet  
sæpe recogitare bonas consuetudines & bonas  
leges. Nam talia sunt maxime principia agibili-  
um: intellectus enim principiorum est. Tanto er-  
go rex magis intelligentis est circa agibilita: quā-  
to plures bonas leges & bonas cōsuetudines in  
mente habet: ex quibus scire potest: quid in quo  
libet negotio sit agendum. ¶ Quarto sæpi  
us excogitare debet quomodo per hmōi bonas  
leges & consuetudines debite regnum regat eli-  
gendo ex eis debitas conclusiones agibiliū. Nō  
enim sufficit esse intelligentem habendo cogi-  
tationem legum & consuetudinū quæ sunt prin-  
cipia agibilium: nisi q̄ sit rationalis ex illis legi-  
bus & consuetudinib⁹ debitas conclusiones agi-  
biliū: nisi quis sit rationalis ex illis legibus &  
consuetudinibus debitas conclusiones agibiliū  
eligen do quod q̄uo fieri debeat in tertio libro.  
Vbi agetur de regimine regni plenius ostende-  
mus. ¶ Reges igitur dando operam illis octo q̄  
ad prudentiam requiruntur de q̄bus in p̄ceden-

ti capitulo fecimus mentionem: poterū seipso  
prudentes facere. Verū q̄a malicia est corruptua  
principii. Sicut enim quis h̄ns corruptū gustum  
male iudicat de saporibus: credit enim aliquid  
esse dulce quod est amarū & econuerso. Sic h̄ns  
infectam & deprauatam uoluntatē excecas in in-  
tellectu ut male iudicet de agibiliū. Iudicat. n.  
esse agēdum quod est fugiendū & ecōuerso. Be-  
ne igit̄ dictum est qd̄ scribit. vi. ethi. qd̄ impossibile  
est prudentem esse non entem bonū. Depra-  
uat enim malicia iudicium ut aliquis impruden-  
ter agat pp̄ maliciam deprauantem uolūtatem.  
Quare si reges & principes uolunt esse pruden-  
tes: cuni hoc q̄ debet esse memores: prouidi: so-  
lertes: & dociles: & alia quæ superius diximus.  
Oportet ipsos esse bonos: & non h̄re uoluntatē  
deprauatam: ne pp̄ maliciā appetit⁹ imprudēter  
agant & iudicent esse agēda quæ sunt fugiēda.  
¶ Quot sunt mōi iustitia & circa q̄ iustitia hēr-  
ē & q̄uo ab aliis uirtutibus est distincta. Cap. x.  
Hilosophus in q̄nto ethi. distinguit du-  
plicem iustitiam legalē & æqualem. Le-  
galis. n. iustitia ē qd̄ generale: & qnōdā  
modo oīs uirtus. Iustitia uero æqlis est qd̄ spāle  
& est q̄dam particularis uirtus. Nā ex hoc est q̄s  
iustus legalis: quia adimplēt p̄cepta legis. Sed  
ut dicit primo magnō & moraliū. Lex p̄cipit  
actus oīum uirtutū. P̄cipit. n. lex operari fortia  
& temperata: & uniuersaliter oīa q̄ dicunt secun-  
dum uirtutes. Vnde ibidem dicit q̄ iusticia lega-  
lis est perfecta uirtus. Sic ēt. v. ethi. scribit: q̄ lex  
p̄cipit non derelinquere aciem: neq̄ fugere: neq̄  
abiicere armas: quod spectat ad fortitudinem: &  
p̄cipit non mechari: quod pertinet ad tempe-  
rantiam: & non percutere neq̄ cōtendere q̄ sunt  
opa mansuetudinis. Lex igit̄ uniuersaliter iubet  
omnem uirtutem iplere & maliciā fugere: quare  
iustitia legalis. i. impletio legis est quodāmō oīs  
uirtus. Iustitia aut̄ æqualis est qd̄a uirt̄ spālis per  
quā reddit⁹ cui libet q̄ est æquum. i. qd̄ libet. debe-  
tur. ¶ Differentia aut̄ hāz̄ iustitia & sic potest ac-  
cipi. Nam ut scribit. v. ethi. Iustitia est in ordine  
ad altege: put igit̄ ciues hēt ordinem ad se inui-  
cem: & ad rem publicā: & ad legis latorē seu ad  
ip̄m regem: hēt esse ī eis iustitia legalis & æqua-  
lis. Nam in ipsis ciuib⁹ ex eo qd̄ habent hmōi or-  
dinem uel q̄ris bonū cōe uel bonū spāle & pro-  
priū. Si q̄ris cōe bonum sic est in eis iustitia lega-  
lis. Si aut̄ q̄ris in ipsis aliqd̄ bonum priuatū erit  
in eis iustitia æqlis. Bonum. n. cōe resultat ex oī  
bono ciuium: res: enī publica & tota ciuitas me-  
lior est q̄liter cōe ciues boni sint. Siue. n. ciues  
sunt boni in se: siue in ordine ad alios: semp̄ ciui-  
tas melior est: quæ ex meliorib⁹ ciuib⁹ constat:  
& quanto pluribus modis sunt boni ciues tan-  
to magis est bona ciuitas. ¶ Leges igitur quia  
intēdūt cōe bonum p̄cipiunt oēm modum bo-  
nitatis. Esse igitur iustū secundū legē & implete  
legalem iustitiam est sequi oē bonum & fugere  
oē uitium: & hēre quodāmodo oēm uirtutem:

Propter quod legalis iustitia dicta est quodam modo omnis uirtus quia exercet opera omniū uirtutum Non est autem simpliciter legalis iustitia omnis uirtus: quia est uirtus distincta a qua liber uirtute. Sed dicitur eē quodammodo omnis uirtus: quia nō determinat sibi speciale iustitiae. Differt autē hmoī iustitia qualibet uirtute in duobus: nam licet eadem opera agat iustus legalis quae agit fortis & temperatus: non tñ aget ea secundū eadē intētionē uel secundū eadē rōnē formalē. Nā qui agit opera fortia: quia delectat in talibus fortis est & agens temperata quia delectatur in ipsis tempatus est. Sed agens talia non quia delectatur in eis: sed quia ea lex p̄cipit & uult implere legem iustus legalis ē. Iustus ergo legalis per se & secundum q̄ huius delectat in impletione legis. Si autē delectatur in operibus singularium uirtutū: hoc est ex consequenti, put oīa talia opera sunt a lege p̄cepta. fortis autē & temperatus uel perfect⁹ secudū uirtutes alias p̄ se primo delectatur in opibus cōuenientib⁹ uirtutib⁹ quibus ornatur. Si autē delectat in impletione legis. hoc ē consequenti prout uidelicet agēdo talia opera legem implet. Ex ista autē dīa sequitur secudā: nā cum fortis: & temperatus delectat in operibus taliuū uirtutū. secudū se uirtutes ille perficiunt habentem eas & ut est aliq̄ secudū se. Sed iustitia legalis: quia delectat in operib⁹ illis put implet legem iustitia legalis non perficit hominem secudū se: sed perficit ip̄m ut hēt ordinē ad leges. Leges autē traduntur ab ipso principe: & sunt traditæ ipsis ciuitatibus subditis imperio principis cuius est leges facere. Perfici ergo in ordine ad leges est perfici in ordine ad principem cuius est legem ferre uel in ordine ad totam ciuitatem cui lex imponitur. Iustitia ergo legalis licet faciat illa eadem opera. quae facit temperantia & fortitudo. perficit tamen ipsum habentem in ordine ad aliū ut in ordine ad principem. uel in ordine ad ciuitatem non obstante q̄ temperantia & fortitudo & aliæ uirtutes hmoī perficiunt habentem secundum se. Patet ergo quo iustitia legalis ē quodammodo oīs uirtus. & q̄ nō determinat sibi speciale iustitiam. sed agit opera spāliū uirtutū. Iustitia uero aequalis nō ē omnis uirtus. nec agit opera singularium uirtutum. sed determinat sibi speciale iustitiae eo q̄ in ea intenditus speciale bonum. Nam licet qualitercumq̄ ciuis bonus sit. ex hoc resultet cōe bonum & sit inde melior ciuitas. Et q̄litercumq̄ malus sit inde peior ciuitas. Non tñ ex qcunq̄ bonitate uni⁹ ciuis per se: & secudū q̄ hic resultat bonitas alteri⁹ ciuis: nec quæcūq̄ prauitas unius ciuis p̄ se loquēdo infert malū alteri ciui. Sed si in bonis exterioribus aliquis malus sit ut q̄ uult habere plus de his quā eum deceat: ex hoc infertur nocumētū aliis ciuib⁹: quia si illæ hēt id plus: alii hñt inde minus. Iustitia ergo spālis p̄ quā uita malū aliqd spāle. prout ex malitia uni⁹ ciuis

infert nōcumentū alteri: determinat sibi spālem materiam & hēt esse circa hæc bona exteriora in quibus ciues cōicant. Dicta ē igit̄ hæc iustitia aequalis: quia potissime innitit aequalitatib⁹ q̄ unusq̄q̄ in hmoī exteriorib⁹ bonis hēat quod aequū est. Inde ē ergo q̄ hæc iustitia dī unicuiq̄ ius suū tribuere: q̄a ius in quadā aequalitate cōsistit. Hæc at unicuiq̄ tribuit qd̄ aequū est. Sic etiā dicit unicuiq̄ tribuere quod suū est: quia aequū ē quemlibet possidere sua. Si igit̄ hæc iustitia spālis aequalis dicitur aequalitati intendit: cū bona exteriora dupliciter: ciues in aequaliter participare possint dux erit huiusmodi particularis iustitia. Accidit autem aliquos participare bona in aequaliter in commutationibus ut in eniptionibus: uenditionibus: mutationibus: & locationibus. Contingit. n. in uendendo: locando mutando: dare parum & accipere multum: uel ē econuerso: quod sine in aequalitate esse non pōt. Rur sus contigit in aequalitas in distributionibus: q̄a aliquando aliqui plus laborantes pro republica minus accipiunt ymo hæc iustitia quodammodo depravata est: ut plurimum. n. homines acceptatores sunt personarum distribuētes honores indignis & repellētes dignos. Erit igit̄ dux sp̄ ritualis iustitia cōmutatiua & distributiua. Omnis enim iustitia siue sit legalis: seu commutatiua: seu distributiua semper perficit habentem in ordine ad alium. Magis tamen iustitia commutatiua: & distributiua perficit habentem in ordine ad aliū quam legalis: Sed de hoc forte alibi erit locus. Ad præsens autem in tantū dictum sit q̄ declarata sunt illa tria: quae in principio capi tuli proponebantur. Ostensum est. n. quod sunt modi iustitiae: quia quædam ē iustitia generalis q̄dam dī legalis: & q̄dam spālis: q̄dam dī aequalis: & hoc dupliciter. Quia qdā distributiua: q̄dam commutatiua. Rursus declaratum est: circa q̄ ha bet esse iustitia: quia iustitia legalis habet esse circa totam materiam moralē: & circa omnia opera uirtutem: non secundū se accepta: sed p̄ ea ē impletio legis. Tertio ostensum est: quo differt iustitia a uirtutib⁹ aliis: quia uirtutes aliæ magis perficiunt hominem in se. Iustitia uero siue sit legalis siue distributiua: siue commutatiua: perficit hominem in ordine ad alium.

Quod absque iustitia nequeunt regna subsistere.

Cap. xi.

Icebatur in præcedenti capitulo duas dī iustitias. Vnam generalem: & aliā spālem. Ad hoc autem ut regna subsistant & pacifice maneant: utrāq̄ iustitia est necessaria. Quod q̄dam absq̄ iustitia gñali regna durare non possint: dupli uia uestigare possum⁹. Prima præsumitur ex parte iþius iustitiae gñaliis. Secunda ex parte regni: in quo debet talis iustitia obseruari. Prima uia sic patet: nam ut in p̄cedēti capitulo dicebatur. Legalis iustitia ē quodammodo omnis uirtus. Habere. n. hmoī iustitia est implere legem. Si ergo lex iubet omne bonū

& prohibet omne malum. Implere legē ē esse pfecte uirtuosum. Iō p̄io magnorum moralium capitulo de iustitia dī: q̄ legalis iustitia est persecta uirtus. ergo per locum ab oppositis: legalis ī iustitia: est integra & perfecta malitia. In nullo ergo obseruare leges: & ciues non participare ī ali quo legalem iustitiam: est eos esse integre & perfecte malos. Sed ut dicit. 4. ethi. capitulo de mā suetudine. Malum se ip̄m destruit: & si integrum sit: importabile sit. Importabile igitur esset illud regnum & durare non posset alia ciuitas: cui⁹ ciues integre essent mali: & in nullo uellent implere legem nec uellent in aliquo participare legalem iustitiā. Ex pte igit̄ ipsius legalis iustitiae q̄ ē perfecta uirtus. cuius oppositum est perfecta malitia. probari p̄t q̄ abſq̄ legali iustitia nō ualeat regna subsistere. Secūda uia ad inuestigandū: hoc idem summittur ex parte ipsi⁹ regni. Regnū n. & omnis politicia est quidam ordo: & quidā principatus. Cum igit̄ ordo & p̄cipatus sit ip̄orum subditorum per respectum ad leges: & ad principē: cuius est leges ferre ut declarari habet ī politicis. Si ciues non participaret legalē iustitiā non reseruaretur in eis ordo: nec ad leges: nec ad principem. Non ergo ulterius reseruaretur in eis policia: nec esset ulterius regnum. Facile ē ergo ostēdere: q̄ abſq̄ legali iustitia regna durare nō possunt. Sed q̄ abſq̄ iustitia sp̄uali quæ diuidit in iustitiam commutatiū: & distributiū: nō subsistat regnum sic declarari potest. Quidlibet enim regnum: & quælibet cōgregatio assimilatur cuidam corpori naturali. Sicut enim uidem⁹ corpus animalis cōstare ex diuersis membris cōnexis & ordinatis ad se inuicem. Sic quodlibet regnum: & quælibet congregatio constat ex diuersis personis connexis: & ordinatis ad unū ali quid. ut ergo liceat singulariter loqui in mente: ī membris eiusdem corporis est quodāmodo duplex iustitia: cōmutatiua & distributiua. Iustitia enim proprie sumpta: non est nisi ad alteram: & non ē nisi diuersarum personar̄. Metaphorice tamen & per quandam similitudinem ī iustitia eiusdem ad se ipsum & in membris eiusdem corporis possumus aliquo modo contemplari iustitia. Vn⁹. n. & eiusdem corporis membra habet ordinem ad se inuicem & ordinatur ad unū ali quid: ut ad cor a quo recipiunt motū & utilē influentiam: ut ergo membra habent ordinem ad se inuicem: est in eis quodam modo iustitia commutatiua. Sed ut ordinantur ad cor: aliquo modo referuatur ī ipsis iustitia distributiua. Ex hoc enim est inter aliquos commutatiua iustitia: q̄a un⁹ abundat in uno: in quo alter deficit. & deficit in alio in quo ille abundat. Ideo ut quilibet suæ indigentiae prouideret: inuenta fuit commutatiua iustitia. Contigit. n. aliquem abundare in pecunia in qua alter deficit: & deficere in frumento in quo ille abundat. Per commutatiuam ergo iustitiam huiusmodi superabundantia & defectus reducitur ad æqualitatem: quia unus dat pecuni

am qua habundat. & recipit frumentum quo indiger. Aliter uero tribuit frumentum quo affluerat: & suscipit pecuniam qua caret. Est igit̄ cōmutatiua iustitia: pro ut unus ordinat bona sua ī utilitatem alterius & econuerso. Hunc autē modum reperimus in membris eiusdem corporis. Oculus. n. pollet acumine uisus: deficit tamen a potentia gressiuā: quia nō p̄t pergere. Pes autē abundant ingrediua potētia. deficit tñ in uisione: quia nihil uidet. Oculus igit̄ secundū uisionē in qua abundant subuenit indigentiae pedis: q̄a dirigit ipsum. Pes autem per potentiam gressiuā qua pollet: subuenit id gentiae oculi: quia portat eū. Nisi igit̄ membralia sic suæ indigentiae subuenerint: ut nisi manus purgaret oculū: & oculus dirigeret manū: & nisi pedes portaret caput & caput dirigeret pedes: corpus naturale nō posset subsistere. Sic q̄a nullus hō sufficit sibi ad uiuendū nisi ciues p̄ commutatiū iustitiā sibi inuicem subuenirent. ut q̄ unus cōicaret alterius: illud ī quo super abundant: & acciperet illud ī quo deficit: ciuitas durare non posset. Si ergo ī membris eiusdem corporis prout habent ordinē ad se inuicem: & sibi inuicem suæ idigentiae subueniunt: est ī eis quædā cōmutatiua iustitia sine q̄ corpus naturale durat nō posset. sic ppriæ ciues eiusdem ciuitatis uel regni hñt ordinē ad se inuicem: & sibi inuicem secuti dū qndā cōmutationē suis idigētiis satissaciūt. est ī eis cōmutatiua iustitia: sine q̄ ciuitas uel regnū nō posset subsistere. Secūdo in mēbris ē quædā distributiua iustitia prout hñt ordinē ad ip̄m cor. Nā cor singulis mēbris scđm suā p̄portionē & dignitatē influit eis sp̄um uitalē: & mortuata q̄ principiū uitæ & p̄cipiū mouēdi est in corde. Sicut forte principium sentiendi est in cerebro. Sic & in ciibus & distributiua iustitia. p̄ ut ordinantur ad unum aliquid ut ad regem uel ad ducem: qui secundū eorum uirtutem & dignitatem debet eis honores: & bona tribuere. Si cut ergo corpus naturale non subsisteret. nisi in eo referuaretur quædam distributiua iustitia: ut q̄ cor membris debite influeret. Si regnum uel ciuitas non potest subsistere: nisi reserueretur in ea distributiua iustitia. ut q̄ rex siue princeps debite honores & bona distribuat. Est autem diligenter notandum q̄ sicut non quælibet inæqualitas tollit uitam corporis naturalis: tamen quælibet inæqualitas ægrotat & infirmat ipsum. Sic non quælibet iustitia corruptit totaliter regnū & polliciam. Tum per quamlibet iniustitiam regnum & pollicia iffirmatur & disponitur ad corruptionem. Patet igit̄ q̄ prout ciues habent ordinem ad se inuicem est in eis iustitia commutatiua. Pro ut uero habent ordinem ad regem uel ad principem reseruatur in eis iustitia distributiua. Prout uero adimplent leges est in illis iustitia legalis. Quocunque tamen modo sumatur iustitia. siue ea ciuitas uel regnum durare nō potest. Bene ergo dictum est quod dicitur. i. magnum moralium. ca. de iustitia. Quod iustū ē

quoddā pportionabile & continet urbanitates: Nā sicut aī cōtinet corpus. qā recedente ea cor-pus dissoluit & marcessit. Sic iustitia continet urbanitates.i.ciuitates & regna: qā sine ea dissol uit ciuitas: & non pñt regna subsistere. ualde igi tur iniurias regno & regi qui iustitiā non obser uat. Si igit̄ iustitia est tantū bonū regis & regni summo opere rex studere debet ut in suo regno serueretur iustitia:nō solum his qui in regno nati sunt:fed etiā pegrinis & aduenis. Cūq.n.neget iustitia manifeste regi & regno infertur iniuria.

**C** Q d maxie decet reges esse iustos:& in suo re gno iustitiā obseruare.

Cap.xii.

**A** tis p̄cedens capitulū p̄suadet pri cipibus atq̄ regibus ut sint iusti:& ut obseruēti iustitiam cum sine ea ciuita tes & regna durare nō possint. Tn̄ quia est aius hois generosus & semp audius nouas rōnes au dire. Adducemus nouos modos qbus oñdi po terit q̄ maxie decet reges & p̄cipes esse iustos. Possimus aut̄ hanc ueritatē q̄duplici uia uenari. secudū q̄ttuor q̄ tāgunt de iustitia in.v.ethi. Prima uia sumit ex pte personæ regiæ. Secunda ex pte ipsius iustitiæ. Tertia ex p̄fectione bonita-ris q̄ ex iustitia innotescit. Et q̄rta ex ipso malitia q̄ ex iniustitia cōsurgit. **C** Pria uia sic patet:nā si lex est regula agendo:ut haberi p̄t ex.y.ethi. ip̄e iudex:& multomagis ip̄e rex cuius est leges ferre debet esse quædā regula in agendis. Est.n. rex siue princeps quædā lex: & lex est quidā rex siue princeps. Nam lex est gdā inaīatus p̄ceps. Princeps uero est quædā aīata lex. Quantum er go aīatum inaīatum superat: tñ rex siue p̄ceps deber superare legem. Debet ēt rex esse tantæ iu stitiæ & tantæ æquitatis:ut possit ipsas leges di rigere: cum in aliquo casu leges obseruari non debeant:ut infra patebit. Dubitare ergo utrum rex debeat esse æq̄lis & iustus.est dubitare utrū ipsa regula debeat esse regulata. Si. n. regula ab æq̄litate deficiat nihil regulatū erit. cū omnia p̄ regulā regulentur. Sic si reges sunt iniusti dispo nūt regnū ut in eo nō obserues iustitia:maxime ergo studere debet ne sint iniusti & inæqualis. quia eo q̄ iniustitia & inæqualitas tollit ab eis re giā dignitatē. Nam reges iniusti & si dominent per ciuilē potentiam:non tñ digni sunt ut sint re ges. Cū. n. deceat regulā esse rectā & æqualem. Rex quia est quædam animata lex. est quædam aīata regula agendorum ex parte ipsius personæ regiæ maxie decet ipsum seruare iustitiam. **C** Se cundo possimus inuestigare hoc idem ex parte ipsius iustitiæ. Nā iustitia est quoddam magnū bonum & p̄æclarū. Perficit.n. ut distū est homi nem in ordine ad aliū. Tunc autem maxime clarescit bōitas nostra quādo usq; ad alios se extē dit. Vnde.y.ethi. dicitur: q̄ p̄æclarissima uir tutum uidetur esse iustitia. & non uesperus ne. q̄ lucifer est ita admirabilis sicut ipsa. Vesperus n.& lucifer est una & eadem stella quæ est ual de pulchra & clara:& propter sui pulchritudinē

& uenuitatem cōmuni nomine appellatur Ve nus. Hæc autem stella aliquādo p̄æcedit solem & tunc apparet in mane & dicitur lucifer. Aliqñ uero sequitur ipsum: & tunc apparet in sero & dicitur uesperus . Est ergo intentio philosophi dicere:q̄ cum Venus quæ est tā pulcherrima stel la & quæ aliquād dicitur lucifer:aliqñ uesperus:non sit ita pulchra nec ita p̄æclara sicut est iustitia. Pulchritudo stellarum non est ita admirabilis si cut pulchritudo eius. Stellæ.n. pollent pulchritudine corporali & illuminant nos lumine co porali. Sed iustitia pollet pulchritudine honesta & spirituali:& ornat nos virtuali p̄fectiōe. Quā to igit̄ pulchritudo spiritualis excellit pulchri tudinem corporalem. tāto pulchritudo iustitiæ & claritas eius admirabilior est claritate stellæ. Si ergo decet reges & principes habere clarissimas uirtutes ex parte ipsius iustitiæ:quæ est quædā clarissima uirtus. Probari potest q̄ decet eos obseruare iustitiam. **T**ertio hoc probari p̄t ex ipso perfectione bonitatis quæ ex iustitia in notescit. Iustitia.n. non solum est perfecta uirtus in se: sed si sit in regibus & principibus ostendit eos esse perfecte bonos. Sic.n.uideamus i aliis re bus q̄ unumquodq; perfectum est: cum potest si bi simile producere:& cum actio sua ad alios se extendit:ut tunc aliquid ē perfecte calidum qñ potest alia calefacere : & quādo actio sua ad alia se extendit. Et tunc est aliquis perfecte sciens qñ potest alios docere:& quando sciētia sua ad alios se extēdit. Ideo scribitur.i.meth. Quod signū omnino scientis ē posse docere:ergo a simili tūc est aliquis perfecte bonus quando bonitas sua usq; ad alios se extendit. Inde est ergo q̄ non cognoscitur perfecta bonitas hominum nisi cōstiuant in aliquo principatu. Nam quādiu aliquis non habet regere nisi seipsum nō plene appetet qualis sit:nec perfecte cognoscitur bonitas eius. Sed quando constituitur i principatu aliquorum oportet q̄ bonitas sua ad alios se extendani: tūc melius appareat qualis sit:eo q̄ opera sua ad extēriora se extendant. Si ergo nobis exteriora magis nota sunt quanto aliquis in maior principa tu constituitur:quia opera sua ad plura se extēdunt magis appetat qualis sit. Iō dicitur.v.ethi. principatus uirum ostēdit. Propter quod & prouerbialiter dicitur. Si quis uult cognoscere uirū ponat ip̄m in aliquo principatu. Ex iustitia ergo: q̄a est ad alterę inotescit perfecta bonitas. Nā ex cepta prudentia quæ aliis uirtutibus p̄fector est: q̄a est earū directiua. Oēs aliae uirtutes morales quæ perficiunt hominē in se: se uidentur habere ad iustitiā:q̄ pficit hominē i ordine ad alterę. Si cut subditi q̄ quodāmō solū habēt regeſ seipſos se habēt ad p̄cipē:cui⁹ bonitas & regimē ad ali os se extēdit. Sicut ergo i p̄cipē magis manife ſtat p̄fector bonitatis q̄ i aliis . Sic ex iustitia ma gis manifestat p̄fector bonitatis q̄ ex aliis uirtutib⁹ moralib⁹. Decet ergo reges & p̄cipes eē iu stos:tū q̄a debet ēē regula agēdo:q̄tū q̄a iustitia

est præclara uirtus: tū etiā quia ex ea maiestatur perfectio bonitatis. Quarto hoc decet reges & principes ex magnitudine malitiæ quæ ex iniustitia consurgit: nam ut dicit. v. ethi. sicut melior est qui non solū est bonus in se: sed etiam bonitas sua se extēdit ad alios: Sic peior est qui nō solū malus est in se: sed etiā malitia sua se extēdit ad alios: & quārū ad plures se extēdit malitia eius: tanto peior existit. Tanto igit̄ summo ope- re studere debent reges & principes ut seruēt iniustitiā: & iniustitiā uitent: quanto ex eorū in iustitia potest consequi maius malum: & potest inferri pluribus nocimētum. Eset autem ulterius de clarandum quō reges & principes possint iustitiā acqretere. & quō debeant iustitiā obseruare. Sed in tertio libro ubi agetur quō regnum iuste regi debeat: plenius ostendetur.

**C**Quid est fortitudo: & circa q̄ hēt esse: & quō possumus nosipos fortes facere. Cap. viii.

c Circa quodcumq; contingit peccare: & bene agere: oportet dare uirtutem aliq; per q̄ regulent in agendo. Cū igit̄ tur circa timores & audatias contingat aliquem se h̄c recte & non recte: oportet dare uirtutē ali quam circa timores & audatias. Accidit. n. ali quo timere timenda. Sunt. n. aliqui adeo pauidi q̄ circunstantes muros timēt. Aliqui vero ad eo fatue audēt: ut etiam deū non timeat. qd nō est fortitudinis sed insaniæ. Propter quod. i. magnotum molium scribis: q̄ si quis ualde impavidus existat: q̄ deū non timeat non est fortis: sed insanus. Spectat igit̄ ad fortem timere timenda & audere audenda. Erit igit̄ fortitudo uirtus quædam reprimētimores & moderans audatias. Reprimit. n. fortitudo timores ne per eos q̄s tetrahatur ab eo q̄ ratio dictat. Moderat autē audatias ne quis audendo aggrediat qd ratio uetat. Viso quid est fortitudo restat uidere circa quæ esse habeat talis uirtus. Scendum igit̄ q̄ tiere & audere proprie respiciūt picula. Nullus autem timer nisi ymaginetur sibi periculum īmīnere: nec oīs diciūt audax nisi aggrediatur aliqd terribile & periculose. Periculoz: autem quædam sūt bellica: quædam autē ex aliis causis. Exponimur autē periculis non solū in bellis: sed et in mari: & in ægritudinibus: & in aliis circa q̄ cōuenit esse pericula. Rursus in periculis bellorum hoies diuersimode se habent. Nā quidam timēt quidam audent. Audētes etiam diuersificantur. Nam quidam de leui aggrediunt belloz: pericula: sed cum aggressi sunt ea si inuenerint resistentiam non sustinēt: sed fugam arripiunt. Quidā autē nō de leui: aggrediunt bellū: sed cū aggressi fuerint sustinēt & tolerant pericula bellorum. Cū igit̄ uirtus sit circa bonū & difficile. quia difficiliora & terribilia sūt picula bellica q̄ alia: & etiam quia in piculis bellicis difficilis est reprimere timores q̄ moderare audacias. Rursus vero quia in audendo non tā difficile est aggredi pugnam sicut tolerare & sustinere pugnates.

Fortitudo q̄ est uirtus circa pericula: p̄cipalius est in reprimēdo timores contingētes circa pericula talia quam ī moderādo audatias circa ipsa. Sic etiam p̄cipalius est huiusmodi uirtus in sustinendo pugnantes quam in aggrediendo eos. Quod autem pericula bellica sūt difficiliora ad sustinendum q̄ pericula alia: triplici uia ostendi potest. Primo quia huiusmodi pericula sunt magis p̄ oculis & magis sentiuntur q̄ alia. non. n. sic aperte apprehendimus mortem cū egrotamus: quia egritudines intrinsecus latentes: nec sic sentimus pericula maris sic pericula bellica: nec ex tactu aquæ sic sentimus & ymaginamur lesionem sicut ex tactu gladii pericula. ergo bellica. tū quia manifesta sunt tum etiam quia maxime sentiunt: & ymaginamur ea maxime dolorē inferre. difficiliora: sunt ad sustinendum quam alia. Secundo talia difficilius sustinemus q̄ alia non solum: quia sunt magis manifesta & doloris illatiua: sed quia ymaginamur q̄ p̄ fugam ea de facili uitare non possumus. Nō. n. sic p̄ fugam uitare possumus egritudines: quia cū egritudo sit aliquid in nobis existens p̄ fugā eā uitare non possumus: pericula etiā maris non sic per fugam uitari p̄nt sicut pericula belli. Cum ergo difficilius sit durare & sustinere pericula illa q̄ per fugam uitare possumus q̄ ad q̄ sustinenda necessitantur: eo q̄ p̄ fugam ea uitare non possumus difficilius sustinētur pericula bellica q̄ alia. Tertio pericula talia difficilius sustinentur: q̄a per ea maxime apprehendimus mortem uiolentā: cum mors ibi illata sit per mutilationē mēbroz: & incissuram corporis: per quā maxime apprehendimus uiolētam mortem. Mori enim per ægritudinem uel p̄ aliquem alium modum: non sic uideatur repugnare naturæ corporis sicut mors bellica: per quā corpus mutilatur & iciditur. Erit igit̄ uirtus fortitudinis p̄cipaliter circa pericula bellica: ex consequenti autem est circa pericula alia. Propter quod dicitur. iii. ethi. q̄ p̄cipaliter dicetur utiq; fortis qui impavidus est circa bonam morteni: & maxime circa eam quæ ē secundum bellum. Sed & adhuc & in mari & in ægritudinibus intimidus est q̄ est fortis. Amplius licet fortitudo sit circa pericula bellica reprimendo timores & moderando audatias circa ea: p̄cipalius tamen est circa repræssionem timorum q̄ circa moderationem audaciaz. Nā pericula terribilia ut plurimum tristia sunt. Tristia autem naturaliter quilibet fugit sicut natura liter sequitur delectabilia. Cum ergo naturaliter tristia fugiamus difficile est reprimere timores per quos tristia fugimus. Non autē sic difficile ē moderare audacias: der quas tristia aggreditur. Quare si uirtus p̄cipalius est circa difficile bene dictum est fortitudinem p̄cipalius esse circa repræssionem timorum q̄ circa moderationem audatarum. Quod autē fortitudo p̄cipalius sit in sustinēdo q̄ in aggrediēdo: ut cōiter ponit triplici uia uenari p̄t. Primo q̄a aggrediēdū

est fortioris: sustinere autem debilioris est. Aggre-  
diens autem compat ad alios sicut ad debeliores:  
sed sustinens sicut ad fortiores. Difficilius est autem  
inniti contra fortiores quam contra debiliores, pro-  
pter quod difficilius est sustinere pugnam quam ag-  
gredi pugnantes. Secundo est difficilius quia  
aggrediens ymaginat malum ut futuge: sed susti-  
nens habet malum praecipue oculis & ut praesens. Difficil-  
lius autem est inniti & habere se fortiter contra mala  
præsentia quam contra mala futura. Tertio hoc est  
difficilius: quia aggredi potest fieri subito. sed susti-  
nere requirit diuturnitatē & tempore. difficilius est autem  
hic se fortiter & constanter in sustinendo bella.  
quod requirit durabilitatē & tempore quam in aggrediendo  
quod subito fieri potest, unde phus. iii. ethi. ca. de for-  
titudine ait. quod fortitudo est circa timores & au-  
datias. magis tamen est circa timores reprimendo  
eos quam circa audatias moderando ipsas. Et subdit  
fortitudinem esse in sustinendo tristitia. Declarata  
tamen est igitur circa quae habet esse fortitudo. Restat  
ergo declarandum quomodo possimus facere nosipos  
fortes. Notandum ergo quod licet uirtus opponatur  
duabus malitiis: quarum una superabundat:  
& altera deficit: ut largitas opponitur prudentialita-  
ti: quam superabundat in expeditendo: & auaritiae  
quam deficit. & fortitudo quam opponitur audatiae:  
quam superabundat in aggrediendo: & timiditati quam  
deficit. Semper tamen uirtus plus opponitur uni ma-  
litiae: quam aliis. Sed quia difficultas est reprimere timo-  
res quam ut moderet audatias: fortitudo magis insi-  
stit ut reprimat timores quam ut moderet audatias.  
& plus repugnat & contradicit timor fortitudi-  
ni quam faciat audatia. Quia igitur non possumus pu-  
etaliter attingere medium inter audaciā & timo-  
rē: declinandum est ad audaciā quam minus repugnat  
fortitudini: quam timor: si uolumus nosipos facere  
fortes. Declarata ergo sunt illa tria quae in pri-  
cipio capituli proponebantur. Ostensum est enim quod  
est fortitudo: quia est uirtus reprimens timores:  
& moderans audacias. Rursus manifestum est cir-  
ca quod est fortitudo: quia principaliter est circa pi-  
cula bellica & in reprimendo timores: & in susti-  
nendo pugnam. Ex consequentiā autem est circa peri-  
cula alia & in moderando audacias: & in aggre-  
diendo pugnantes. Tertio declaratum sunt quomodo  
possimus facere nosipos fortis: quia maxime hoc  
faciemus declinando magis ad audaciam quam non  
tantum repugnat fortitudini sicut timor.

**Cap. xiii.**  
**Quod sunt species fortitudinis: & secundum**  
**quam fortitudinem decet reges & principes esse**  
**fortes.**

**d**icitur iste phus. iii. eth. ca. de fortitudi-  
ne. vii. spes seu. vii. maneris fortitu-  
dinis. Prima est fortitudo civilis. Se-  
cunda seruilis. Tertia militaris. Quarta furiosa.  
Quinta consuetudinalis. Sexta bestialis. Et septi-  
ma est fortitudo virtuosa. Fortitudo. n. civilis  
est quod aliquis timet ueracudiā: & uolēs honorem  
adipisci aggredit aliquod terrible. Vnde ait phus quod  
secundum hanc fortitudinem fortissimi uidentur eē apud

illas gentes: apud quas timidi in honorati sunt:  
fortes uero honorant hoc modo: ut idem phus  
ait. Hector fortis erat: qui timet increpationes po-  
limidis aggrediebat terribilia. Dicebat enim quod  
si fugeret: polimadas qui erat ex parte aduersus pri-  
mū sibi increpationes imponeret. Sic etiā ut idem  
phus recitat diomedes fortis erat hoc modo. Dice-  
bat. n. quod si non strenue bellaret. Hector laudans  
se in troyanis diceret diomedē ab eo deuistum  
esse. Reste autem haec fortitudo dicitur ciuilis: quia  
inter concives & notos quis maxime fugit ob-  
probria: & querit honores. Videmus enim aliquos  
qui sunt in ignotis partibus committere aliqua tur-  
pia: quam inter ciues & notos nullatenus attempta-  
tent. Secunda fortitudo dicitur seruilis: & haec  
peior est quam prima: ut cum aliquis non ut uiter ob-  
probria uel ut cōsequat honores: sed timore pe-  
ne: uel aliqua necessitate ductus aggreditur pu-  
gnam. Hoc modo multi troyanoꝝ timentes.  
Hectorē statuisse: quod si quis troyanoꝝ sine bello  
fugeret taliter aptare: quod non esset sufficiens fu-  
gare canes. Ad hanc fortitudinem inducunt popu-  
lum duces exercitus: statuentes pœnam fugien-  
tibus: faciendo foueas ne possit exercitus fugere  
sed quādam necessitate bellare cogatur. Hoc autem  
modo quidam dux ut dicitur exercitum suum  
coegeret ad fortitudinem. Nam cum nauigis &  
cum toto suo exercitu transiret: ne aliquis de  
suo exercitu haret materiam fugiendi omnes na-  
ues confregit. Tertia fortitudo dicitur milita-  
ris & haec est fortitudo experientiae. Milites enim  
propter experientiam quam habent de bellis multa  
aggrediuntur quam uidentur esse terribilia. Nam ut dicit  
Vegetius in libro de re militari. Nullus attē-  
ptare dubitat: quod se bene didicisse confidit. Vi-  
demus enim aliquos audientes solum strepitū  
armorum fugiunt: nescientes discernere: quam sunt  
periculosa in bellis: & quod non. Milites uero bel-  
loꝝ experti: confidentes de sua experientia: & co-  
gnoscentes bellorum picula: aggrediuntur ali-  
qua terribilia ut iudicentur esse fortis. Non tamen  
propter hoc proprie fortis sunt. Nam cum adeo  
inualescit bellum quod excedat eorum experienti-  
am in fugam conuertitur. Quarta fortitudo  
dicitur furiosa: nam aliqui propter furorem &  
passionem in qua existunt alii aggrediuntur pu-  
gnam ita ut iudicentur fortis: non tamen pro-  
prie tales fortis existunt: quia fortitudo uera ag-  
reditur pugnantur philosophus inuit: non pro-  
pter furorem: sed propter bonum ymo si ex furore que-  
pugnam aggreditur inueniens resistentiā pugnam  
non sustinet: quia quod fit intrepidus propter furorem.  
Tranquillato furore incipit timere: & non susti-  
net bellum sed arripit fugam. Quinta fortitu-  
do est consuetudinalis. Aliqui enim quia in plu-  
tibus bellis fuerunt in quibus forte bene accidit  
eis. Ex hac consuetudine assumunt quandam spē  
victoriae: & accipiunt quandam audaciam bel-  
landi. Tales ergo fortis esse uidetur: quia aggredi-  
untur pugnam: sperantes de victoria & non cre-

dentes aliquid mali pati:non tñ uere fortes sūt: quia si inueniant resistentiam & contra sperata malum aliquod patian̄ fugiūt. **C**Sexta fortitudo dicitur esse bestialis:ut cum aliquis ignorans sortitudinem aduersarii bellat:utputa cum h̄itā tes in septētrione sint fortes & audaces. In meridie uero sint debiles & timidi:aggreidentes pugnam cum septētrionalibus credentes eos esse meridionales h̄it fortitudinem bestiale. Sūt.n. tales quasi bestiae intensatae aggreidentes bellū non cognoscentes aduersarii potentia. **C**Se ptima fortitudo dicitur uirtuosa:ut cum aliquis non coactione uel furore:uel ppter experientia uel propter ignorantia aggreditur bellū:sed p̄ bonū & ex electione. Reges ergo & principes licet has maneris fortitudinū scire debeāt:ut cognoscant qualiter populus suus fortis ē & quo possunt cum aduersariis bellare. Ipsi tñ debent esse fortes fortitudine uirtuosa:ut non exponat suam gētē periculis bellicis:nisi hēant iusta bella:& nisi uideant magnum bonū patriæ uel regni quod ex tali bello consequi possit.

**C**Quid sit téperātia:& circa quæ habet esse:& quæ sunt species.& quomō nosipso possumus facere temperatos.

## Cap.xv.

Emperantia inter uirtutes cardinales ultimū gradum tenet. Prudentia enī & iustitia principaliores sunt uirtutibus moralibus & prudentia est in intellectu. Iustitia in uoluntate. **C**Virtutes uero morales sunt in appetitu sensitivo ut in irascibili & concupiscibili. Appetitus aut sensitivus deficit a uolūtate & intellectu. Ideo prudentia & iustitia sunt uirtutes principaliores. Est aut prudētia principalis or iustitia:quia ipsa est directua oīum aliaꝝ uirtutum. Fortitudo aut & téperātia licet non sint adeo principales sicut prudentia & iustitia:tn inter uirtutes principales computātur. Nā uirtutes moderantes passionē dupliciter rōni deseruiūt: put passiones dupliciter rōni obsistūt. **C**Passiones.n. uel obsistunt rōni & alliciūt nos ad id qđ rō uetat:uel ut supra dicebaꝝ obsistunt ei quia re trahūt nos ab eo qđ rō dictat. Inter cætera aut q̄ possunt nos retrahere a bono rōnis sūt timores belli & pericula mortis circa quæ est fortitudo. Sic etiam inter cætera allicētia nos ad id qđ rō uerat sūt uenerea & delectabilia scdm gustū circa q̄ est temperātia. Fortitudo ergo & téperātia inter principales uirtutes computari debent. Est aut fortitudo principalior temperantia:quia fortitudo magis ordinatur ab bonū cōe:ut ad uitationē regni & ad defensionem patriæ. Temperātia uero magis ordinat ad bonum p̄priū:ut ad moderationē sui ipsius. Bonum aut cōe diuinus est bono proprio. **C**Postq̄ ergo diximus de prudētia q̄ est principalior q̄ iustitia:& de iustitia q̄ est principalior fortitudine:& de fortitudine quæ est principalior temperantia. Restat dicere de ipsa temperantia:quæ inter uirtutes principales ultimum gradum tenet. Sciendum ergo

¶ sicut fortitudo media est inter timores & audacias:quia qui omnia timet non est fortis:nec qui omnia audet:sed qui timet timēda & audet audenda. Sic temperantia media est inter delectationes & insensibilitates. Vocamus autem insensibilem & agrestem qui omnes delectationes corporales fugit. Insensibilitas ergo ē ultra quā ratio dicit: fugere delectationes corporales sensibiles. Qui igitur omnes delectationes insequit intemperatus est. Qui autem omnes fugit: insensibilis & agrestis est. Qui uero fugit fugienda:& prosequitur prosequenda:uirtuosus & temperatus est. Contigit autem peccare non solum delectationes sensibiles prosequendo:sed etiam eas fugiendo. Nam qui adeo abstineret a cibo & potu & a lictis delectationibus:q̄ cum tali abstinentia eius natura stare non posset:quia huius contrarium recta ratio dicit:uirtuosus dici nō posset. Patet igitur quid est temperantia. Nam sicut fortitudo est reprimens timores & moderans audacias:inter quas ipsa fortitudo habet esse. Sic temperantia est reprimens delectationes sensibiles & moderans insensibilitates:inter quas hēt esse:Si ergo temperantia reprimit delectationes sensibiles:uidendū est circa quas delectationes sensibiles habet esse. Delectationū aut sensibilia. Quædam sunt fortes:q̄dam sunt debiles:q̄dam nos magis allicium:quædam mitius. Licit enim sint.v. sensus & circa sensibilia oīum sensuum contingat nos delectari:tn fortiores delectationes sūt:scdm gustum & tactū:q̄ scdm uisum auditū & odoratū:qd̄ dupliciter patet. **C**Primo quia quātō magis unimur delectationibus: tāto ardētius & seruētius delectamur. Magis aut unimur delectatiōbus gustus & tactus:q̄ delectationibus alioꝝ sensuū. Possumus.n. uidere audire & odorare distātia:sed non possumus gustare & tāgere:nisi nobis coniūcta hiis in hmōi sensibilibus ardētius & seruētius delectamur. **C**Secūdo hoc idē patet:quia sensibilia gustus & tactus magis directe & īmediate uidēnt ordinari ad cōseruationē nostrā:ut delectabilia gustus ordinātur ad cōseruationē idiuīdū. Sed delectabilia tactus:ut matrimonia ordinant ad cōseruationē spēi. Ideo forte natura tantā delectationē posuit in delectatiōbus gustus & tactus:ne periret indiuidū & ut saluaret spēs. **C**Quare si uirtus est circa bonū & delectabile: Ponēda ē p̄cipaliter téperātia circa delectationes illas:a qbus ē difficultius abstinere. Téperātia igit̄ p̄ se est circa delectationes gustus & tactus. Si aut est circa delectationes alioꝝ sensuū:hoc est p̄ accidentis:quia alii sensus p̄ accidentē p̄cipiunt delectabilia gustus & tactus. Est enī hmōi uirtus:ut uult phūs.iii.ethi. Circa delectabilia illa in qbus reliqua aialia cōīcant. Reliqua aut aialia in gustu & tactu delectātur p̄ se:in aliis uero sensibus delectant̄ per accidentēs. Propter quod in eodem titulo dicitur:q̄ canes non gaudēt odoribus leporū:sed cibatiōe. Si aut gaudēt odore eoḡ:hoc est:quia credūt

c a ii

se cibari ex illis: & leo non gaudet uoce bouis: nec uisione cerui nisi inquātū per uisum & audi tum cognoscit eos prope esse: & credit se satur ari ex eis. Est ergo tēperantia circa delectationes tactus & gustus: quia in illis hoīes ardentius de lectant: qđ ut uidetur rōnabiliter accidit. Nam delectationes nutrimētales q̄ sunt p gustū ordi nant ad conseruationē ppriæ psonæ. Sed delectationes matrimoniales q̄ sunt p tactū: ordinā tur ad procreationē filioꝝ: & ad conseruationē sp̄ei. Si ergo ut pluries dictū est: bonum cōe diuinus est q̄ ppriū: rōnabiliter uideſ egisse natu ra. Si in opibus matrimonialibus uæhemētes delectationes posuit q̄ in opibus nutrimēti. Vel forte hoc ideo natura fecit: q̄a unusq̄s magis sollicitus est de bono pprio: q̄ de bono alterius. Non igit oportuit tam uæhemētes delectationes ponere in nutrimēto qđ ordinat ad bonū ppriū & ad conseruationē indiuidui sicut in matrimonio: qđ ordinat ab bonū alterius & ad conseruationē sp̄ei. Si ergo cōtra difficilius magis bellandū est: principalius insistendū est: ut p temperatiā refrenemus delectationes uenereas q̄ sunt p tactū: q̄ nutrimentales quæ sunt p gustū: ymo in ipsis delectatiōibus nutrimētalibus magis delectamur in tactu: q̄ in gustu. Cōmedēdo enim & bibendo ut unusq̄s q̄ in seipso expitur. Delectamur in lingua ubi regnat gustus: & in gutture: ubi non est gustus: sed tactus: & ut manifeste exprimur magis delectamur cū cibus aut potus attingit guttur: q̄ cū coniūgīs liguæ. Credendū est. ii. in talibus iudicio gulosorū. Recitat aut̄ philosophus. iii. ethi. de quodam nomine philosenus: qui cū esset pultiuorax orauit: ut gut tur eius longius gruis fieret. Non. ii. orauit ut lī gua eius esset latior lingua bouis: ut magis dele ctaretur per gustum: sed ut guttur eius esset lon gius gutture gruis: ut cōmedēdo & bibēdo diu tius declaret per tactum. Ut ergo patet ex habi tis: tēperantia p̄cipitaliter est circa tactum: & ex consequenti circa gustum. per accidēs aut̄ ē circa delectabilia alioꝝ sensuū. Sp̄es aut̄ temperatiā de leui sumere possumus. Nā si spectat ad tēperantia reprimere delectationes nutrimentales & uenereas quia delectationes nutrimētales & ue nereas reprimimus si fuerimus sobrii & abstine tes. Venereas uero si fuerimus casti & pudici q̄ tuor erunt partes temperatiās siue quattuor erūt sp̄es ipsius. Videlicet: sobrietas: abstinentia: castitas & pudicitia. Nam si uolumus nutrimentales delectationes reprimere: oportet nos temperari a potu & cibo. Temperando nos a potu sumus sobrii: sicut qui excedunt in potando sunt ebrii. Temperando uero nos a cibo sumus abstinentes. Abstinentia ergo & sobrietas deseruit in repr imendo delectationes nutrimentales. Sed castitas & pudicitia uenereas delectationes refrenat. Oportet enim uere temperatū nō exercere opera uenereas q̄ gestus. Prout ergo abstinet ab operibus uenereis dicitur esse castus. Sed prout

horret etiam ipsos gestus incitantes ad uenereas: dicitur esse honestus siue pudicus. His uisis de leui patet: q̄ nos ipsos facere possumus tempe ratos. Nam temperantia & fortitudo quasi ecō/ trario se hñt. Fortitudo. n. est in aggrediēdo terribilia: sed temperantia in retrahendo se ab his q̄ sunt delectabilia. Sicut ergo fortitudo magis conuenit cum audacia: & si uolumus esse fortes debemus magis esse audaces q̄ timidis: sicut tem perantia plus conuenit cum insensibilitate. Si ergo uolumus nos ipsos facere temperatos ad illā partem declinādum ē: ut a delectationibus sen sibilibus caueamus. Melius ē. n. aliquas delectationes etiam licitas uitare q̄ aliquas illicitas inse qui. Declarata igitur sunt illa quattuor q̄ in prin cipio capituli proponebantur. Primo. n. oñde batur quid ē temperatia: quia ē uirtus reprimēs delectationes sensibiles: & moderans insensibili tates. Secundo uero declarabat circa q̄ hēt esse: quia principaliter est circa tactum ex consequen ti circa gustum: p accidens uero circa alios sensus. Tertio aut̄ manifestabat: q̄ & quot sunt sp̄es eius: quia quattuor. Duo moderates delectatio nes nutrimentales ut sobrieras & abstinentias. Et duæ refrenantes delectationes uenereas: ut casti tas & honestas siue pudicitia. Quarto uero decla ratum fuit quomodo possumus nos ipsos facere temperatos: quia hoc maxime faciemus a delectationibus abstinenēdo. Debemus enim secūdū philosophum. ii. ethi. hoc pati q̄ senes troyæ pa tiebantur ad helenam dicentes: abiiciamus eam id est non respiciamus in ipsam. Quod expro babilibus est esse imtemperatum quam timidū: & q̄ maxime decet reges & principes esse tem peratos.

Cap. xvi.

Robat phūs. iii. ethi. q̄ tuor rōnibus detestabilibus esse intēperatū q̄ timidū. Nam quāto magis aliquis uolū tarie peccat: tāto magis est increpandus. Rursus quāto aliquis facilis pōt benefacere si non bñ faciat magis est detestandus & reprehēbilis. Intē peratus uero magis est detestādus & reprehē bilis: tū quia magis uolūtarie peccat: tum etiam quia facilis est ei facere bonū & acquirere tem perantia q̄ sit acqrere fortitudinē. Qđ aut̄ ma gis uolūtarie peccat intēperatus q̄ timidus: du pliciter oñdi pōt. Prior q̄a in sequi uolūrates intē patas est delectabile. Fugere aut̄ & timere est tri stable. Magis q̄s uolūtarie agit qđ facit cū delectatione: q̄ qđ facit cū tristitia. Peccās igit p intē perantia: magis uolūtarie male agit q̄ q̄ peccat ex timore. Scđo hoc idē patet: quia ut ait phūs timor obstupefacit: & reddit naturā imobilē & attonitā qđ nō facit delectatio p intēperantia. Sed qñ aliquis est in stupore est q̄si extra se: niū uolūtarie & deliberate agit q̄ agit. Tolerabilius est igitur peccare p timore q̄ p intēperantia: cum hoc sit magis uoluntariū q̄ sit illud. Patet ergo i tēperatū duplíciter esse magis increpādū q̄ timidū: quia magis uolūtarie male agit. Sic etiam

dupliciter pōt oñdi ipsum esse magis increpāndū: quia facilius pōt bñfacere. Facilius n. pōt acquiri tēperantia q̄ fortitudo. Nā ut in p̄ceden̄ti capitulo dicebatur: temperatia acquirimus ab stinēdo & retrahendo nos a dilectionibus sensibilibus: fortitudinē uero acquirere possumus aggrediēdo terribilia & expiēdo pugnā: retrahi aut̄ a delectatiōibus pōt fieri sine oī periculo. Sed aggredi terribilia & experiri bellum sine periculo non pōt. Valde est ergo increpandus casrens tēperantia: cum eam sine pículo possit acq. rere: non aut̄ adeo increpandus ē catens fortitudine quia uirtus illa est difficilis & cum maiori pículo acquirif. Rursus facilius acquiri pōt tēpetatia q̄ fortitudo: quia multa talia experimur in uita. Multoties enim occurruunt nobis delestabilia a quibus abstinentēdo disponimur ut sim⁹ tempati. Non aut̄ sic est de fortitudine: nā non q̄libet aggressio belloꝝ facit nos fortes: nisi bella ista sint iusta. Sed forte toto tpe uitæ hois nō occurrit ei unū iustū bellū. Non ergo sic possumus assuefieri ad opa fortitudinis sicut ad opa temperantiae: quare exprobrabilitus est nos eē intēperatos q̄ non esse fortes. Si ergo regē non esse uirilē & non eē constante aīo ē exprobrabile: patet qd̄ ē exprobrabilis ipm eē intēperatū & iſecutorē passionū. Possimus tñ nouas rōnes adducere oñdetes q̄ detestabile sit regē intēpatū esse. Tāgit. n. phūs. iii. ethi. de ipa intēperatia tria: ex qbus trē rōnes lumi pñt: maxie decet reges & prīcipes tempatos esse. Est. n. intēpantia: ubi idē tāgis uiciū maxie bestiale: puerile et turpe: siue exprobrabile. Qd̄ aut̄ sit uitiū maxie bestiale patet. Nā ut supra dicebat: tempantia & intēperatia fieri hñt circa delectabilia tactus & gustus scdm q̄ delectari cōe ē nobis & brutis. Ideo iii. ethi. dicit q̄ qa tempantia & intēperatia ē circa delectatiōes qbus reliqua aīalia cōicāt iō intēperati sunt seruiles & bestiales. Bestia. n. quia deficit intellectu: naturale est quid seruile. Si ergo indecēs est regē cuius est aliis dñari esse bestiale & seruile indecēs ē ipm eē intēpatū. Scđo intēperatia ē uitiū maxie puerile. Pueri. n. quia usum rōnis nō hñt non uiuūt rōne: sed passionē. Ideo maxie uidemus eos seq̄ delectabilia & nō insecuriores passionū. Vñ phūs. iii. ethi. uim concupiscibilē: secđdū q̄ hēt esse uiciū intēpantiae assimulat puero: qa sicut puer debet regi p̄ pedagogū: sic uis cōcupiscibilis ē regēda & regulāda p̄ rōnē. Si ergo indecēs est regē esse puerum moribus & non sequi rationem sed passionem: indecēs est ipm esse intēperatū. Tertio est hoc indecēs regi quia huiusmodi uiciū maxime est turpe & contemptibile. Hoies enim intēperati quia appetūt uilia & turpia. Ideo si in principatu sint maxime contemnūt: quia quilibet indignatur regi ab eo q̄ est intēperatus: & nō sequitur rationem sed passionem. Quare si dicit personam regiam oñdere se reuerendam & honore dignam maxime indecēs est ea ē esse in

temperatam. Exemplū aut̄ huius hēmus in rege sardanapallo: qui esset totus muliebris & deitus intēperantiae: ut recitat Iustinus hystorius. libro. i. breuiationis trogi pompei: non exibat extra ut hēret colloquia cū baronibus regni sui sed oēs collocutiones eius erāt i camenis ad mulieres: & p litteras mittebat baronibus & ducebū qd̄ uellet eos facere. Accidit aut̄ q̄ cū qdā dux exercitus diu ei seruiisset: & fideliter. Rex ille uolens complacere illi duci: p̄cepit q̄ ducetur ad ipm. Dux at ille assuetus rebus bellicis uidens regē suū esse totū muliebre & bestiale: statim ipm habuit in contemptū: & indignatus de turpitudine eius uoluit eū inuadere. Rex aut̄ timens fugit & quia credebat se non posse fugere manus illius ducis clausit se i qdā domo & cū toto thesauro & oībus suppellestilibus suis se combussit. Sensibiliter enim uidemus q̄ dediti uoluptatibus sensibilibus contemnūt. Immo quia intēperati iniuriantut aliis: in psonis maxime coniūctis: ut in uxoribus & in filiabus: maxime puocant alios contra se. Et quia potissime timendū est regibus & principibus ne furor populi incitetur contra eos: maxime expedit eos temperatos esse.

Quid est liberalitas & circa q̄ habet eē & quo possumus nosipos liberales facere. Cap. xvii.

Vmerabatur superius. xii. uirtutes inter quas ut dicebatur q̄tuor erant cardinales & prīcipes: uidelicet: prudētia: iustitia: fortitudo & temperantia. Postquā ergo diximus de his q̄tuor uirtutibus: & oñdim⁹ quo reges & prīcipes illis uirtutibus decet esse ornatos: reliquū ē p̄trāsire ad uirtutes alias. Virtutes aut̄ aliæ uel respiciūt exteriora bona uel exteriora mala. Si exteriora bona illa: uel sūt bona scđm se: uel in ordine ad aliud. Prīo ergo dicemus de uirtutibus respicientibus exteriora bona scđm se. Postea determinabit̄ de uirtutibus respicientibus exteriora mala: & de respiciētibus exteriora bona in ordine ad aliud. Bona aut̄ exteriora uel sūt utilia ut pecunia & diuītiae: & omnia q̄ numismate mensurari pñt: uel sunt honesta ut honores. Primo ergo dicemus de uirtutibus respicientibus bona utilia: & postea de respiciētibus bona honesta. Incipit. n. nīa cognitio a sensu. Cū ergo bona utilia sensibilia sint honestis: prius determinādū ē de uirtutib⁹ respiciētib⁹ bona utilia. Circa aut̄ bona utilia ut determinari hēt q̄rto ethi. est duplex uirtus liberalitas & magnificētia. Hēz. n. duæ uirtutes respiciunt sumpt⁹ & pecunia: sed non eodem mō: nā liberalitas q̄ alio mō largitas nuncupat dicitur respicere sumptus mediocres. Magnificentia uero dicit̄ respicere magnos sumptus: qd̄ quo sit intelligendū in psequendo patebit. Si igitur in faciēdo sumptus conuenit deficere: qd̄ facit auaricia: & superabundare qd̄ facit p̄digalitas: quia utrūq̄ est cōtra rectā regulam rationis: oportet dare uirtutem aliquā medium inter auariciā &

prodigalitatem: hūdī aut̄ uirtus est liberalitas. Pater ergo qd est liberalitas. Nā sicut fortitudo quia est media inter timores & audacias: iō est uirtus reprimens timores: & moderās audacias. Ita liberalitas quia est media iter auaricias & p. digalitates. Iō est uirtus reprimens auaricias: & moderās pdigalitates. Consistit aut̄ hæc uirtus in recto usu pecuniae. Ad rectū aut̄ usum pecuniae tria requirunt. Primo q̄ non accipiat eā uñ non debet. Secūdo q̄ accipiat uñ debet. Tertio q̄ ex pendat pat̄ debet. Spectat aut̄ ad liberalem nō usurpare alios redditus: & custodire pprios. Nā licet liberalis nō diligat pecuniā scdm se: sed ut eam ordinet ad debitos sumptus: tñ ut possit debitos sumptus facere non debet pprios reddit⁹ inaniter dispergere. Non ergo usurpare reddit⁹ alienos: hēre debitā curā de ppriis: & ex eis debitos sumptus faceresunt illa tria circa q̄ uidet eē liberalitas. Nō aut̄ est circa hæc tria æque principaliter & primo. Nam circa expēdere & circa debitos sumptus facere: est liberalitas principaliter & primo. Circa autem pprios redditus custodiare: & circa non accipere alienos est ex consequēti. Usurpans. n. bona utilia & non accipiens ea si cut debet: nimis uidetur audius pecuniae: ppter quod phūs. iiiii. ethi. usurarios: lenones. i. uiuentes de meretricio: expoliatores mortuorum: & aleatores: dicit eē turpia lucra: & omnes tales appellat illiberales. Aleator enim & omnis lusor raxilloḡ illiberalis est. Lucratur. n. ab amicis q̄ bus oportet benefacere. Est igitur liberalitas circa non accipere uñ non debet: nō tñ ē circa hæc principaliter. Nam accipientes uñ non debent magis sunt iniusti q̄ illiberales: ut uult phūs. iii. ethi. quare non est liberalitas principaliter circa nō accipere uñ non debet: nec circa accipere uñ debet: sed est principaliter circa expendere q̄o debet. Nam pp qd unūquodq̄: & illud magis. Si. n. liberalis conseruans pprios redditus & accipiens uñ debet: hoc ideo facit: ut possit ex propriis redditibus debitos sumptus facere & expēdere sicut debet. Merito liberalitas principalius est in expendendo & in benefaciendo aliis. Ex consequenti aut̄ est circa custodire proprios redditus: & circa non usurpare alienos. Probat enī phūs. iiiii. ethi. quinq̄ rationib⁹: liberalitatē magis esse circa expendere & circa beneficiare alios quam circa pprios redditus custodire. Liberalitas enim ut dictum est esse debet circa debitum usum pecuniae. Vt aut̄ pecunia est expendere eā & tribuere eam aliis. Custodire aut̄ pprios redditus non est uti pecunia: sed magis est acquirere & generare ipsam: pp quod patet liberalitatē esse magis circa expendere & circa tribuere pecunia aliis: q̄ circa proprios redditus custodire.

Secūdo hoc idem patet quia ad uirtutē principalius spectat facere maius bonū. Maius autem bonum est benefacere quam bene pati: & bene operari q̄ turpia non operari. Qui autem debite expedit & aliis dona largitur bene facit: custo-

diens uero proprios redditus: & accipiens pecuniā a ppriis possessionibus bene patitur siue bene recipit: eo modo quo debet. Non usurpās at aliena non operas turpia. Si ergo melius est bene facere q̄ non malefacete uel q̄ bene pati: melius est bene expendere q̄ a aliena non surripere: uel q̄ ppria custodire. ¶ Tertio hoc idem: quia circa illud magis consistit uirtus circa quod cōsurgit maior laus. Maior autē laus consurgit in bene expēdendo & aliis benefaciēdo: q̄ in custodiendo ppria uel in non usurpādo aliena. Liberalitas ergo principalius consistit in debite expēdendo & benefaciendo aliis. ¶ Quarto hoc idē patet quia uirtus principalius est circa difficilius. Difficilius aut̄ est aliis dona tribuere: q̄ proprios redditus custodire: uel quam aliena nō surripe. Nam custodire: ppria scdm se non est difficile: quia unusq̄sq̄ naturaliter inclinat ut se diligat: & ut sua bona custodiat. Dare at propria bona: secundum se difficultatē habet: quia propria bona sunt aliquid ad nos priuens: & naturaliter afficiunt ad illa. Immo auari adeo afficiuntur ad ista exteriora bona: ut pecuniam quam habent reputent aliquid incorpatum sibi. Videtur enī eis quando accipitur pecunia ab eis: q̄ accipiat aliquid de proprio corpe. Quia igitur bona propria sunt nobis q̄si coniuncta. Alienā uero sunt disiuncta: non est adeo difficile non usurpe aliena ad quae non ita afficiuntur: quia non sunt nobis coniuncta. Sicut est difficile dare propria ad quae magis afficiuntur: quia nobis quodammodo coniunguntur. Quare circa debite expēdere: & circa aliis bona tribuere principalius consistit liberalitas: tanquam circa magis difficile.

¶ Quinto hoc idem patet: quia cum liberales maxime amentur: circa illud maxime consistit liberalitas q̄ quis agēdo maxime amat. Non autem maxime amatut aliquis si aliē bona nō surripiat: uel si proprios redditus custodiat. Sed maxime diligunt si ex propriis redditibus debitos sumptus faciat: & bonis: & dignis magis dona tribuat. Quare si bene expēdendo: & aliis bona tribuendo uel retribuendo principaliter liberalitas consistit. ¶ Viso quid est liberalitas: quia est reprimens auaritas: & moderans prodigalitates: & ostendo circa quae habet esse: quia principaliter est circa debitos sumptus & circa debitas rationes. ex consequenti autem est in custodiendo redditus proprios: & non usurpando alienos. Nam sicut quia fortitudo plus opponitur timori quam audacia. Facimus nos ipsos fortis declinando ad auaritiam ita q̄ potius plus audeamus quam minus. Sic quia liberalitas magis opponitur auaritiae quam prodigalitati: declinandum est magis ad prodigalitatem quam ad auaritiam & magis debemus superabundare in dando quam deficere.

¶ Dreges & pricipes quodāmō ipossible est esse pdigos: & q̄ maxie detestabile ē eos eē auaros: & q̄ potissime decet liberales eē. Cap. xviii.

Vlt. n. phūs. iiii. ethi. liberalitatem nō esse in multitudine datorum: sed in habitu. i. in facultate & uoluntate dātis. Nam ut ibidem scribis nihil, phibet minora dampnum: uel liberaliorem eē si a minoribus accipiat. Liberalitas igit̄ mensuram recipit ex pportione datorum ad possessioēs dantis. Ideo phūs ait tyranos non esse prodigos: q̄a non uidentur posse superabundare multitudine possessioēs: dationib⁹ & expensis. Quicūq; n. tot habet & tanta recipit q̄ dationes & expense multitudinem possessioēnum supare non possint: quodāmō prodigus esse pot. Reges igit̄ & principes: q̄a multitudine possessionum supabundat: non solum q̄ possint eē prodigi: sed uix possint attingere ut sint liberales. Semper ergo cogitare debent q̄ minora faciunt q̄ deceat. Ex hoc at appere pot q̄ indecēs sit eos esse auaros. Nam si regnū alicuius debet esse naturale: pportionari debet his quae uidemus in natura. In naturalibus aut̄ nihil est ociosum ut probant phīca dicta. ergo nec in regimine uitæ humanae aliqd ociosum esse debet. q̄re cum natura humana modicis contēta sit. quia uni psonae modica sufficiunt. si una aliqua psona multitudine diuitiæ superabundat: ociosæ sunt diuitiæ illæ si non ordinans ad bonum aliorū. Quanto igit̄ reges & principes pluribus diuitiis supabundant: tanto detestabilius ē eos auaros esse. Probat phūs iiii. eth. tripli cōtōne q̄ auaritia peior ē prodigalitate: pp q̄ oīo detestabile est reges & principes eē auaros: q̄a ipse sibi nequā est. Primo. n. q̄a melius est it̄rari morbo curabili q̄ incurabili. Prodigalitas aut̄ morbus est curabilis uel ab ætate. nam prodigi sunt in iuuentute: q̄a senes auariores sunt iuuenibus: cum ueniunt ad senectutē ut plurimum curat eorum prodigalitas & desinunt esse prodigi. Est. n. secundum phūm prodigalitas morb' curabilis uel ab ætate uel ab ægestate. Sed auaritia est morbus incurabilis. quia quanto quis pcedit in auaritiam: & quanto plus senescit tanto magis auarus efficit. Si ergo caput regni a quotum regnum ditigi debet indecens est ægrotare: sed mores morbo incurabili oīo detestabili est regem esse auar. Patet. n. q̄ melius est ipm esse prodigum. Secundo hoc idem patet: q̄a prodigalitas magis est propinqua uirtuti q̄ auaritia. nam liberalis non libenter recipit & libenter dat: quo rum utrū facit prodigus: neutrum tñ facit auarus. Non ergo differt prodigalitas a liberalitate: nisi quia prodigus non dat ut debet: & quibus debet & cuius gratia debet. Quare cum prodigus non sit amator pecuniae: sicut nec liberalis de leui q̄s cū sit prodigus fieri poterit liberalis. Si ergo omnino decent est regem esse uirtuosum tanto detestabilius est ipsum esse auarum q̄ prodigum: quanto auaritia plus contraria uirtuti q̄ prodigalitas. Tertio hoc est detestabilius: quia rex positus ē in regno propter salutem regni: & ut prospicit his q̄ in regno sunt. Auarus autem nulli prodest: quia etiam sibi p̄ se neq̄ ē. Prodigus autē multis p̄ dest.

Omnino ergo detestabile est regem esse auarum. Viso q̄ quasi impossibile est reges esse prodigos & q̄ omnino detestabile est eos eē auaros. Restat ostendere q̄ deceat eos esse largos liberales & cōmunicatiuos. Hæc est. n. uirtus quæ est circa sumptus per quandam similitudinem dicitur largitas: liberalitas: & cōmunicabilitas. Largitas. n. dicitur ad similitudinem vasorum. Vasa. n. habentia os artum non abunde emittūt q̄ in eis est. Abundans ergo in sumptibus & dationibus dicitur largus: quia ad modum largi uasis abunde emittit quæ continent. Cum ergo tanto deceat fortē habere os largi usq̄ ex eo plures participare debent. tanto decet regem largiorē esse: quanto influentia eius ad plures extendenda est q̄ influentia aliorum. Secundo hmoī uirtus dicitur liberalitas: quia pollentes ea sunt ad similitudinem liberorum. Auari. n. non sunt liberi. Sed sunt serui pecuniae. Quare si indecēs est reges & principes esse seruos: conueniens est eos esse liberales. Tertio hmoī uirtus dicitur cōmunicabilitas: quia per eam hoīes cōmunicant sua bona per quā cōmunicationem ab aliis potissime diliguntur. Nam liberales sunt potissime amabiles. Quare si maxime decet reges & principes: ut sint dilecti: ab his qui sunt in regno maxime decet eos liberales esse. Spectat autem ad liberalem primo respicere quantitatē dat: ut non det minus uel plus q̄ debeat. Secundo debet respicere quibus det. ut non det quibus non oportet. Tertio uidendum est cuius gratia det. ut det boni gratia: non pp aliquam aliam causam. Reges. n. & principes uix possunt deuiare a liberalitate in dando plus: quia magnitudo expensarū uix potest excedere multitudinem reddituum. Imo si contingat liberalem dare plus q̄ deceat: ut uult philosophus: moderate tristabitur. Nam magis grauat libralis si det minus q̄ debeat. uel si non expendat ubi oportet: quā si expendat ubi non oportet. Deuiant autem a liberalitate reges & principes in dando quibus non oportet. uel cuius gratia non oportet. Dant. n. ut philosophus ait. histriónibus: adulatoriis: uel aliis quibus nō oportet dare: quia magis deceret eos esse pauperes q̄ diuites. Sic etiam dant cuius gratia non oportet Nō. n. dant boni gratia: sed magis dant ut laudent: & pp inanem gloriam. uel pp aliq̄ aliam cām. Decet. igit̄ reges eē liberales: & ut liberales sint oportet eos beneficiare bonos: & boni gratia.

Quid est magnificentia: & circa quæ habet esse: & quando possumus nosipso magnificos facere.

Cap. xix.

Icebatur supra circa sumptus duplē d cem esse uirtutem. Vnam quæ respicit moderatos sumptus: quam liberalitatem uocat. Aliam quæ respicit sumptus magnos: quam magnificentiam: nominant. Sed cum magis: & minus non uideantur diversificare speciem & naturam rerum: ut

uult philosophus. i. polliticorun. Non uidetur sufficienter distingui magnificentia a liberalitate per hoc: quia haec est circa magnos sumptus: illa uero circa mediocres. **C**Sciendum ergo quod de ratione virtutis est quod sit circa bonum: & difficile. quare cum in maioribus sumptibus reperiatur specialis ratio bonitatis & difficultatis: quae non reperiuntur in mediocribus sumptibus dici potest magnanimitatem quae circa magnos sumptus esse uitutum aliam a liberalitate: quae est circa mediocres. Vel possumus dicere: quod sumptus ad duo comparari possunt uidelicet ad facultates eius qui facit sumptus: & ad opera in quae sumptus illi expenduntur. Erit. n. circa pecuniam duplex uirtus. Vna quae aequal dationes & expensas facultatibus: & haec est liberalitas. Ideo dicit esse liberalitas circa mediocres sumptus non secundum se: sed per comparisonem ad datum & ad faciem sumptus. Ideo largitor multorum posse esse auarus si illa multa non aequaliter facultatibus dantur. Dicebat. n. supra non esse liberalitatem in multitudine datar. Liberalis ergo adaequat dationes & sumptus facultatibus. Sed magnificus uult proportionare sumptus operibus. Vnde & nomen accepit. Ab ipsa. n. factio & ab ipso opere denominat magnificetia. Dicitur. n. magnificus quasi magna faciens. Inde est ergo quod quia in quaevi statu homo sit: & quascunq; facultas habeat: siue multas siue mediocres difficile est bene ut illis & bene aequaliter sumptus facultatibus. Ideo liberalitas se extendit ad mediocres sumptus. Sumptus. n. uel potest considerari secundam se: uel ut proportionatur facultatibus. Si autem considerantur sumptus secundum se: sic liberalitas est circa magnos sumptus: si facies eos multas habeat facultates: & etiam circa mediocres. Si faciens sumptus alios mediocriter facultatibus abundet. Sed si sumptus non consideratur secundum se: sed ut proportionantur facultatibus. Sic liberalitas semper est circa mediocres sumptus. Nam sicut parui sumptus sunt mediocres & proportionati pauperib;. Sic magni sunt mediocres & proportionati diuitibus. Cum ergo liberalitas non respiciat sumptus secundum se: sed ut proportionantur facultatibus non dicitur esse circa magnos & mediocres sumptus: sed circa mediocres tantum. Liberalitas igitur quae respicit sumptus proportionatos facultatibus se extendet ad quascunq; facultates. quia etiam in mediocribus facultatibus difficile est bene se habere in illis. Magnificentia uero respiciens sumptus sunt decentes operibus non respicit quascunq; opera: quia non est difficile facere decentes sumptus in quibuscumque operibus: sed in magnis. Ita magnificentia a magnis operibus sumpsit nomine. In magnis autem operibus contingit aliquos deficere. quia non intendunt quoniam magna opera faciant: sed quoniam parum expendant. Et tales uocantur paruifici. Aliqui uero etiam in magnis operibus plus expendunt quod opera illa requirat. Et ta

les uocantur consumptores. Philosophus uero uocat eos uaos. i. ignes & fornaces: quia tales sicut fornax oia consumunt. Quidam uero in magnis operibus faciunt decentes sumptus: & tales sunt uirtuosii: & uocantur magnifici. Erit igitur magnificentia media inter paruificantiam & cōsumptioem. Sicut liberalitas est media iter a ueritatem & prodigalitatem. Patet ergo quid est magnificantia. Nam sicut liberalitas est reprimens auaritias: & moderas prodigalitates. Sic magnificantia est reprimens paruificantias: & moderas consumptiones. Et sicut liberalitas est faciens sumptus: & dationes proportionatas facultatibus. Sic magnificentia est faciens sumptus decentes magnis operibus. **V**iso quid est magnificantia. Restat uidere circa quae habet esse. Homo. n. quantum ad presentis: ad quatuor potest comparari. uidelicet ad ipsum deum. ad totam communitatē. ad alias personas: & ad seipsum. Magnificus. n. circa oia ista deceter habere debet: non tamen aequaliter intendere debet circa oia ista. Nam principaliter & primo homo debet esse magnificus: circa diuina constituendo: si facultates tribuant tempora magnifica. sacrificia honorabilia. præparatioes dignas. Ideo dicitur. iii. eth. quod honorabile sumptus quos debet facere magnificus: sunt circa deum. Secundo spectat ad magnificum si assit facultas. facere decentes sumptus: circa totam communitatem. Nam ipsa bona cōia quodā modo diuina sunt. Vnde philosophus ait. quod dona cōia habent aliquid similiter donis deo sacris. Bonum. n. diuinum ualde debiliter representatur in una persona singulari. Sed in tota communitate pulchrius elucescit diuinum bonum. **T**ertio magnificus se deceter habere debet circa alias personas speciales. ut circa personas honore dignas. Nam in hoc potissimum apparet magnificentia: quando quis magna facit his qui sunt magis digni. **Q**uarto debet se decenter habere magnificus circa personam propriam. debet. n. quis magnifice se habere circa magna opera respectu personae proprie. Magna autem opera possunt dici illa: uel que durant per totam uitam cuiusmodi sunt domus & aedificia. Vel qui fuerit raro in tota uita cuiusmodi sunt nuptiae & militia. Decet. n. magnificum ut dicitur. iii. eth. habitationem præparare decenter: & magis debet intendere quomodo facere debeat admirabiles & diuturnas domus quod quomodo faciat eas sophisticae & apparetes. Sic etiam decet magnificus: nuptias & militias: & talia quae raro occurruunt magnifice facere. **P**atet ergo circa quid est magnificentia: quia est circa sumptus decentes magnis operibus. Principaliter tamen est circa magnos sumptus impensos erga diuinā: & erga totam communitatem. Ex consequenti uero est erga magnos sumptus impensos: circa personas dignas & circa seipsum. **O**steso quid est magnificantia & circa quae habet esse: de leui patet quoniam possumus nos ipsos magnificos facere. Nā

sicut liberalitas contrariatur avaritiae q̄ prodigalitati. Sicut magnificentia plus contrariae paruificantiae q̄ consumptioni. Nos ergo ipsos si facultas adsit: faciemus magnificos: declinando ad consumptionem. ut ēt in magnis operibus potius superabundent sumptus q̄ deficiant.

**C**Quod maxime detestabile est reges & principes esse paruificantos: & quod decet eos magnifica facere.

Cap. xx.

Angit aut̄ phi. iiiii. ethi. sex p̄prietates ipsius paruificanti: quæ si inessent regibus maxime derogarent regiæ maiestati.

**C**Prima p̄prietas est: quia circa oīa deficit: q̄ ex ipso noīe patet. Esse. n. paruificantum: est facere parua & defectua. **C**Secunda p̄prietas est: q̄a si contingat paruificantum & magna expendere p̄ prauo: perdit magnum bonum. Vnde & puerialiter dicitur. q̄ uiles homines nuptias & conuiuium perdunt pro denayrata piperis. Dum enim circa magnum conuiuium non faciunt decētes sumptus uolentes parcere modicæ expensæ totum conuiuium indecens redditur. **C**Tertia proprie tas est. q̄ quæcumq̄ facit paruificantus semper facit tardans. uidetur enim ei q̄ renouere a se pecuniam sit abscondere membra a proprio corpore. Ideo sicut dato q̄ necessitatem aliquem mutilari & inscidi mutilationem illam: & iſcissuram tardat & subterfugit quātum potest. Sic dato q̄ paruificantum oporteat expensas facere. tamen illos sumptus tardat & subterfugit quātum pōt. **C**Quarta est: quia paruificantus non intēdit qualiter faciat magnum opus. ut qualiter faciat debitas largitiones: uel quō faciat decentes nuptias. Sed rotata sua intētio est: quō faciat paruos sumptus. Est enim proprie tas paruificanti: ut apprecietur plus pecuniam q̄ opus. **C**Quinta proprie tas eius est. ut semper expendat cum tristitia & dolore. Dicebatur. n. q̄ paruificantus reputat exteriora bona quæ habet quasi sibi incorporata & quasi pertinentia ad substātiā suā: & quia sic afficitur ad ea & ita continuat se illis. Ideo sicut in incisiōe corporis propter diuisionem cōtinui resultat ibi tristitia & dolor. Sic in separatione pecunia q̄ fit per expensas: quia est ibi quasi quædam diuilio continuo: eo q̄ paruificantus reputat suam pecuniam q̄ si sibi incorporatam & continuatam. non potest eam expendere & ipsam a se remouere sine tristitia & dolore. Participat. n. in hoc paruificantus cum auaro: quia omnis paruificantus auarus est. sicut oīs magnificus liberalis. **C**Sexta ex quia cum paruificantus nihil faciat. uidetur tñ ei q̄ semper agat māiora q̄ debeat. Dic̄tum est. n. q̄ paruificantus plus appre ciat pecunia q̄ dationes & sumptus quæ sunt opera uirtutum. Pecuniam. n. reputat quid cage: opera uirtutum estimat quid uile & non appre ciat ea. Cum igit̄ uix possit aliquis dare ita modicum de caro. dato ēt q̄ multum recipiat de ui li: quin uideat ei plus dare q̄ debeat: non pōt paruificantus ita modicum sumptum facie: ergo quod cur: q̄ opus quin semper uideatur ei q̄ agat ma-

iora q̄ debeat. Quare si detestabile est regiā maiestatem circa oīa deficere magna bona pro modo pdere. semper tardare: & nihil prōpte face re. & nunquā intendere quō faciat magna opera uirtutum: sed quō modicum expendat. semp̄ facere sumptum cum tristitia & dolore: & cū nihil facit credere se magna opari. Quia oīa hæc ualde derogant regiæ maiestati oīo detestabile est regem esse paruificantum. **C**Quod aut̄ decebat ipsum esse magnificum: sufficiente probant superiora dicta in quibus ostēdinus circa quæ magnificantia habet esse. Dicebat. n. magnificantia principaliter esse circa opera diuina & circa cōia. ex consequenti uero circa personas dignas & circa seipsum. Cum ergo rex sit caput regni & sit persona honorabilis: reuerenda & publica: & ad ipsum pertineat distribuere bona regni. maxime decet ipsum esse magnificum. Nam q̄a est caput regni & gerit in hoc dei uestigium: qui est caput & princeps uniuersi. Maxime spectat ad ip̄m magnifice se habere circa templa sacra: & erga præparations diuinorum. Quia uero i persona publica ad quam ordinat tota ciuitas cōit as: & totum regnū. maxime spectat ad eum magnifice se habere circa bona cōia: & circa ea quæ respiciunt regnū totum. Rursus q̄a ad ipsum maxime spectat distribuere bona regni oīo decet eum magnifice se habere erga personas dignas: quibus digne competunt illa bona. **C**Amplius q̄a ut dictum ē regia persona debet ēē reuerenda & honore digna. spectat ad regem magnifice se habere erga personam p̄prium & erga personas sibi coniunctas. ut erga uxorem & filios: habendo habitationes hororabiles: faciendo nuptias decētesi exercendo militias admirabiles.

**C**Quæ sūt p̄prietates magnifici & q̄ p̄prietates illas reges & principes h̄c debent. Cap. xxi.

Hilosophus. iiiii. ethi. Capitulo de magnificantia: tagit sex p̄prietates magnifici quas habere decet reges & principes. **C**Prima proprie tas est: quia magnificus assimilatur scienti. Dicebatur. n. spectare ad magnificum in magnis operibus facere decentes sumptus. Cognoscere autem quibus magnis operibus qui sumptus sunt conuenientes ēē non potest: nisi quis polleat scientia & intellectu. **C**Se cunda p̄prietas magnifici est facere magnos sumptus: non ut ostendat seipsum sed boni gratia. Est. n. hoc cōmune cuilibet uirtuti agere non ppter fauorem uel ppter gloriam hominum: sed gratia boni. Specialiter tamen hoc dicitur esse p̄prium magnificantiae. Nam cum in operib⁹ magnificis: ut cum aliquis magnifice se habet erga cultum diuinum: & erga rempublicam: & circa personas dignas: maxime quis apparet glori sus: & maxime quis ab hominibus laudatur. Difficile est in talibus non querere humanam laude. Et q̄a uirtus est circa bonū & difficile. Iō maxime spectat ad magnificū i suis magnificis opibus & distributiōibus intēdere finaliter bonū &

non fauorem & gloriam hoīum. **T**ertia appri-  
tas magnifici. est facere sumptus & distributiōes  
delectabiliter & prompte. Nam qui prius q̄ sum-  
pt̄ faciat diu ratiocinat & oēs minutas expēlas  
inquirit: & non delectabiliter & prōpte largitur  
quaē largiri debet: non est magnificus: sed parui-  
ficus. Ideo dī. iiiii. ethi. q̄ diligentia rōciniī ē par-  
uifica. **Q**uarta est magis intendere qualiter fa-  
ciat opus optimum & decentissimū: q̄ qualiter  
& quem sumptū faciat ad opus illud. ut si debet  
magnificus aliqđ tēplum construere in honore  
diuinum. uel aliq̄ dona conferre psonis dignis:  
magis intendit quō templum illud sit admirabi-  
le & pulchrum: & quō dona illa sunt magna &  
decentia: q̄ quot & quāta nūmismata oporteat  
ipsum consumere: pp̄ hmōi opera. **Q**uinta p-  
rietas est. q̄ magnificus est excellēter liberalis.  
Idem est. n. esse magnificum q̄ esse abundanter  
liberalē. Nam ut infra patebit magnificantia ē  
quædam pfectio: & quidam ornatus liberalita-  
tis sicut magnanimitas est quædam perfectio &  
quidam ornatus oīum uirtutum. Cum. n. ille sit  
magnificus qui in magnis operibus facit decen-  
tes sumptus: si facere decentes sumptus est esse li-  
beralem. facere maximos decētes sumptus quos  
facit magnificus: est esse maxime liberalē. **S**ex-  
ta proprietas magnifici est æquali sumptu facere  
opus magis magnificum. Paruifici. n. qa semper  
intendunt quō parcant nūmo: ut supra dicebaſ:  
pro modico multum perdunt. Magnificus ergo  
cui nō est curā de ratiocinio ab æquali sumptu  
facit opus magis: magnificum: qa non parcit de-  
centibus sūptibus. Contingit. n. aliquando au-  
arum plus expendere in aliquo negocio q̄ libera-  
lem. tñ quia semper nūtis auarus aliquas decētes  
expēlas subtrahere: et si modicæ sint & parui ua-  
loris. Ideo opus ubi multum expēdit indecēter  
facit. Quare ab æquali sumptu: uel ēt aliquando  
a minori liberalis uel magnificus facit decētius  
opus q̄ paruificus & auarus. **H**as autem proprie-  
ties debere inesse Regibus & Principibus uide-  
re non est difficile. ipsi. n. maxie debent esse sciē-  
tes & cognoscentes: qui sumptus quibus operis  
bus deceant. Ad alios autem maxime spectat fa-  
cere magnas largitiones & excellentes sumptus  
boni gratia. Nam maxime debet bonum inten-  
dere: qui regnum debet in bonum dirigere. Sic  
ēt ad eos spectat delectabiliter & prompte sum-  
ptus facere. Nam ut supra dicebatur: quia modicæ  
natura contenta est: ociosæ sunt diuitiae: nisi  
ex eis fiant debitæ largitiones & decentes sum-  
ptus. **Q**uanto igitur reges & principes magis  
abundant facultatibus & diuitiis: tāto magis de-  
cet eos ampliores retributiones facere & magis  
delectabiliter & prompte expendere. Decet etiā  
Reges & principes magis intendere quomodo  
faciant excellentia opera uirtutum: q̄ quomodo  
parcant nūmis & expensis. Oportet etiam eos ēē  
excellēter liberales: & semper facere magnifica  
opera. Omnes igitur proprietates magnifici per-

amplius & perfeciūs decet ipsos reges habere.  
Vnde & phi. iiiii. ethi. uult q̄ non quilibet possit  
esse magnificus: quia non quilibet potest facere  
magno sumptus. Sed ut ibidē dicī tales oportet  
esse nobiles & glorioſos. Quare quanto est  
nobilioſ alii. Tāto decet ipsum pollere magni-  
ficentia & habere proprietates magnifici.

**Q**uid est magnanimitas & circa quaē habet  
esse: & quomodo possumus nosipos magnani-  
mos facere.

Cap. xii.

Onorum exteriorum ut supra diceba  
b tur. Quædam sunt utilia: ut pecuniae:

& uniuersaliter quicquid potest men-  
surari nūmismate. Quædam uero sunt bona ho-  
nesta: cuiusmodi honores. Sicut igitur circa ipsa  
bona utiliora: est duplex uirtus. Una respiciens  
magno sumptus. ut magnificantia: & aliqua q̄  
respicit mediocres: ut liberalitas. Sic circa ipa bo-  
na iustitia est duplex uirtus: una quaē respicit ma-  
gnos honores. ut magnanimitas. & alia quaē re-  
spicit mediocres quaē cōmuni nomine dici po-  
test honoris amatiua. **I**n magnis autem hono-  
ribus tripliciter quis se habere potest. Nam qui-  
dam in talibus deficiunt. ut pusillanimiſ. Qui-  
dam uero superabundant. ut presumptuosi. Qui-  
dam autem se habent ut decet ut magnanimi-  
**V**idemus. n. aliquos de se aptos ad magna po-  
tentias magna & ardua exercere. Q uadā tamen  
pusillanimitate ducti retrahunt se ab huiusmo-  
di magnis. Tales ergo in talibus deficiunt. Sed q̄  
dam econtrario super abundant ingerētes se ad  
aliqua quaē dignæ complere non possunt. quos  
philosophus uocat cahymos. i. famosos & uen-  
tosos. Nos autem eos presumptuosos uocare pos-  
sumus. Magnanimus uero medius inter pusilla-  
nimū & præsumptuosum: non. n. se retrahit  
ab arduis operib⁹: quaē potest digne agere ut pu-  
sillanimus: nec se ingerit ad ea quaē digne com-  
plete non potest ut præsumptuosus. Quare ma-  
nifeste patet quid sit magnanimitas. Nam sicut  
liberalitas quaē est media inter auaricias & pro-  
digalitates. Ideo est uirtus quædam reprimens  
auaricias: & moderans prodigalitates. Sic magna-  
nimitas quia est media inter pusillanimitatē &  
præsumptionem: est uirtus quædam reprimens  
pusillanimitates: & moderans præsumptiones.  
Viso quid est magnanimitas de leui patet circa  
quaē habet esse. Vide autem Philosophus. iiiii.  
ethi. uelle magnanimitatem circa honores: circa  
diuitias & principatus: & uniuersaliter circa oīa  
fortunia & infortunia: non tñ est: & que principa-  
liter circa ista. Nam magnanimitas principaliter  
est circa honores & non circa honores quoſcum  
q̄: sed honores magnos. Ex consequenti autem  
est circa diuitias & principatus: & circa fortunia  
& infortunia. Nam scdm phūm inter bona exte-  
riora maximus est honor. Diuitiae. n. & pricipa-  
tus & alia exteriora bona non sunt tñ bonum  
sicut honor: qa ut plurimum hoīes hæc ordinat  
ut consequantur honores. Sicut ergo dicebatur

de fortitudine quia principaliter erat circa picula bellica: quia illa sunt difficiliora. Ex consequenti autem erat circa picula alia: ut cum fortis est in aliis periculis decenter se habet. Sic magnanimitas principaliter est circa honores tanquam circa maxima bona exteriora. Ex consequenti autem est circa diuitias & principatus: & circa alia bona exteriora: ita quod magnanimus deceter se habet in possidendo diuitias & principatus: & in tolerando fortunam & infortuniam. magnanimitas non est sicut bonus tragedonius: qui nunquam deiicit. Si non honorat: uel si magna fortunam ei occurrit non extollit. Si autem inhonoret & magna infortunia ueniant super ipsum non deiicit. In quolibet statu nouit magnanimitus se decenter habere. Ad pusillanimenum non pertinet nescire fortunas ferre. Ideo Andronicus paripateticus ait. Opera pusillanimitatis esse quae neque honorem neque inhonorationem: neque bonam fortunam neque infortunium possit ferre. Sed honoratum quidem intumescere & patre bene fortunatum extollit. **C**Ostensio quid est magnanimitas: & circa quae habet esse. Restat ostendere quod possumus nosipso magnanimos facere. Intercantur autem quae nos ad magnanimitatem trahunt est parua praeiari exteriora bona quaecumque sint illa: siue sint honores siue principatus siue diuitiae: siue quaecumque alia hominum bona. Dicitum est. non. pusillanimente nescire fortunas ferre. Sed ex modico fortunio extollit. Ex infortunio uero deprimi: magnanimus quidem non sic. Sed ut dicebat nouit fortunas ferre: & in quolibet statu scit se deceter habere. Causa autem quare quis nescit fortunas ferre: est quia nimis appreciat exteriora bona. Ideo quoniam aliquid de hominum bonis acquisivit: uidetur ei totum acquisisse: & intumescit. Quod uero aliquid de eis bonis perdidit uidetur ei totum perdisse: & deiicit. Quare si apprincipiant opera virtutem: & non apprincipiant exteriora bona: nisi in quantum sunt organa ad uitutes: oportet erimus magnanimi & sciemus fortunas ferre. Nam si augebimur in diuitiis & in exterioribus bonis non ex tulemum: cum non reputamus talia esse simpliciter maxima bona. Et si contingat nos in fortunari circa ea quae decenter tolerabimus: cum non multum reputemus.

**C**Quae sunt proprietates magnanimi: & quod decet Reges & principes magnanimos esse. Cap. xxiii.

Ecitat autem physis. iiii. ethi. multis proprietates magnanimi: iterum quas possumus numerare sex: quas reges & principes habere debent. **C**Prima propria magnanimi est bene se habere circa picula. Bene autem se habere circa ea: est non esse amatorem periculorum: neque se expondere pro partuis periculis: sed pro magnis: ut prius ex quibus potest consurgere magna utilitas. Cum autem sicut se piculis exponit: adeo debet esse constans in suis negotiis: ut est si uiderit expeditum: parcat uitiae: ut physis ait. iiii. ethi. **C**Secundo competit magnanimo se habere bene circa retributio[n]es. Magnanimus non parum appreciat exte-

riora bona: & multum appreciat opera virtutum propriorum: quod quae plurimum retributum est agere opera virtutum conuenit magnanimo plurimum retributum ut dicitur. iiiii. ethi. **C**Tertio spectat ad ipsum esse paucorum operantium. Dicitum est. non. magnanimum esse circa magna: ut circa ea ex quibus consurgere possunt magni honores. Talia autem non multotiens occurruunt: adeo decet magnanimum esse paucorum operantium. **C**Quarto decet magnanimum esse aptum: ut sit ueridicus & manifestus oditor & amator: & magis curare de ueritate quam de opinione: ut uult Philosophus. iiiii. ethi. **C**Quinto spectat ad magnanimum: ut non sit ei curare quod laudetur: nec quod alii uituperent. Nam cum talia interiora bona computentur ipse non multum curat de eis: quia ut dicebatur: modicum appetitur exteriora bona. **C**Sexto spectat ad ipsum non esse plagiitum: neque deprecatiu[m]: & maxime non debet esse talis respectu exteriorum bonorum. Qui non conqueritur de exterioribus bonis: uel alios deprecantur ut ea acquirat quodammodo pusillanimus est: quia nimis appetiatur exteriora bona dicente Seneca: quod uel catius emitur quam quod precibus comparatur. **C**Has autem proprietates narratas a Philosopho si bene intelligantur habere decet reges & principes. Decet non reges se non expatriare pro quibuscumque periculis: nisi pro negotiis arduis: ut pro defensione fidei uel per tuitionem regni. Si uero occurrat casus adeo arduus quod rex generaliter suam uel est seipsum debeat expatriare periculis: ita debet esse constans & magnanimus: ut per bono diuino & consilii paratus sit uitam exponere. **C**Secundo decet reges & principes esse plurimum retributu[m]: quia quanto sunt in altiori gradu quam alii: & quanto plus affluunt diuitiis quam alii: tanto in opibus virtutum & in retributionibus debet alios superare. **C**Tertio decet eos esse paucorum operantium. Negotia non ardua pauca sunt respetu aliorum. Non autem decet reges & principes omnia negotia quantumcumque modica expedire per seipsum: nec decet eos oculum esse operarios: sed ut possit liberius intendere expeditioni negotiorum & magnorum quae sunt pauca debet alia minora negotia aliis committere: quae sunt multa. Quarto decet eos esse apertos: ut esse ueridicos: cum sint regula aliorum quae obliquari & falsificari non debet. Decet etiam nos esse manifestos odatores & amatores: ut manifeste odiant uicia: persequuntur malos: & non permittant maleficos uiuere: & aperte diligent bonos & honorent eos: quia hoc modo maxime inducent totum populum sibi commendum: ut sit iustus & virtuosus. **C**Quinto decet Reges & principes non curare: ut laudetur ab hominibus. Nam positi indignitatibus multos hahent adulatores & loquentes ei placentia. Si autem talibus adulatoribus credant: conuenit uel contingit eos non agere secundum legem & rationem sed secundum passionem & uoluntatem. Tanto igit reges & principes: & uniuersaliter oportet uel existentes indignitatibus: minus debent curare

de laude hominum: quanto plures habent adulatores: qui eos laudando conantur ipsos puertere. ¶ Sexto quod reges & principes debent sibi esse sufficientes in exterioribus bonis: ut declarabit in tertio libro: ubi ageret de regimine regni: non decet eos esse plangitiuos vel deprecatiuos per exterioribus bonis. Oeis ergo assignatae proprietates compete re debent regibus & principibus: quare decet eos esse magnanimos.

¶ Quod Reges & principes debet esse amatores honoris: & qualis est uirtus illa quae dicitur honoris amatua.

Cap. xxiiii.

Matores honorum aliqui uituperant: alii quoniam uero laudant: ut uult Phuis. iiii. eth. Increpamus. n. aliquos dicentes eos non curare de honore suo: & rursus quia uitupamus ambiciosos: laudamus uero curantes de honore suo. Curare igitur de proprio honore uno modo est laudabile: & alio uitupabile. Nam non curat de honore: quia non uult agere opera honore digna. uitupabile est: nobis igitur debet esse curae de honore: non quod simus ambiosi: nec quod finem nostram ponamus in honoribus: sed quod agamus opera honore digna. ¶ Opera autem honore digna duplicitate considerari possunt. Vel ut sunt proportionata nobis. Vel ut sunt digna magno honore. Sicut. n. circa sumptus sunt duas uirtutes: uidelicet liberalitas quae respicit sumptus ut sunt mediocres: & sunt proportionati nobis: & magnificentia quae respicit sumptus ut sunt magni: & ut ordinantur ad magna opera. Sic circa honores est duplex uirtus. Una quae respicit honores mediocres: & ut sunt proportionati nobis. Et haec a Philosopho dicitur honoris amatua. Alia est quae respicit magnos honores ut magnanimitas. Eadem ergo opera possunt esse alias uirtutum & magnanimitatis. Nam agens opera fortitudinis: & aggrediens pugnam: si hoc facit: quia delectat in talibus actibus: fortis est. Si uero hoc agit: quia talia opera sunt magno honore digna: magnanimus est. Sic et si agat opera castitatis: quia delectatur in eis: castus & temperatus est. Sed si hoc agat: quia sunt magno honore digna: magnanimus est. Ideo propria materia magnanimitatis non sunt picula bellica: sed talia sunt materia fortitudinis: nec delectabilia secundum sensum quia circa talia uersat temperantia. Sed propria materia magnanimitatis dicitur ergo: ut dr. iiii. ethi. est quidam ornatus oium uirtutum. Nam sicut magnificentia est quidam ornatus liberalitatis: quia magnificus opera liberalitatis facit excellentiori modo. Sic magnanimitas est quidam ornatus oium uirtutum. Nam opera oium uirtutum sunt honore digna: quod magnanimus operabitur opera singularium uirtutum. Ideo dicitur. iiii. ethi. quod non congruit magnanimo fugere cōmouentem: quod est actus prudentiae. nec facere iniusta quod pertinet ad iniustitiam. Operatur ergo magnanimus opera alias uirtutum & ea faciet

excellenter. Nam cum honor inter exteriora bona sit bonum excellens facies opera uirtutum in quantum sunt honore digna: excellētiori modo facit ea quod sit ageret talia opera: quia delectaret in illicet. Recte ergo magnanimitas dicitur oēs uirtutes maiores facere: & dicitur oēs eas perficere & ornare: quia actus oium eas per magnanimitatem facimus excellētius: ornatius: & magis perfecte. ¶ Vnde ergo quid est magnanimitas: & qualiter se habet ad uirtutes alias: de leui patet: qualis sit illa uirtus de qua nunc intendimus: qua dicitur honoris amatua. Nam sicut eadem opera possunt esse aliarum uirtutum: & magnanimitatis. Sic eadem esse possunt alias uirtutum: & honoris amatua. Opera. n. alias uirtutum ut sunt magno honore digna: pertinent ad magnanimitatem. Sed ut sunt proportionata nobis: & ut ordinantur ad mediocres honores: pertinent ad uirtutem: quae dicitur honoris amatua. Sicut ergo decet reges & principes esse magnificos & liberales. Sic decet eos esse magnanimos & honoris amatuos. Reges. n. & principes decet honores diligere modo quo dictum est: uidelicet ut diligent & cupiat facere opera quae sint honore digna. Vide. n. honoris amatua se habere ad magnanimitatem: sicut formositas corporis se habet ad pulchritudinem. Parui. n. si habent membra bene proportionata & conformia formosi sunt: non tamen pulchri quia pulchritudo non est nisi in magno corpore. Sic facientes opera mediocri honore digna dicuntur honoris amatui: tamen tunc proprie sunt magnanimi: quoniam agunt opera magno honore digna. Ut igitur Reges & principes nec in negotiis arduis. nec in mediocribus faciant aliquid turpe. Sed ut semper agant opera honore digna. bene dictum est. quod decet eos esse magnanimos: & honoris amatuos. ¶ Quod humilitas dici debet honoris amatua: & quod omnis magnanimus est humilis.

Cap. xxv.

Hilosophus. iiii. ethi. mediocriter se interpretant honoribus: non se appellat magnanimus: sed temperatum. Cum igitur habere temperantiam in honoribus sit idem: quod habet humilitatem. Virtus. n. illa moderatio nem animi: & quedam humilitatem animi importat: de qua loquitur Philosophus: quā appellat honoris amatiam: quā tēdit in mediocres honores quedam humilitas dici potest. Sed si sic dicimus quedam dubietates insurgunt. Nam omnis magnanimus est honoris amatius. Sicut omnis magnificus est liberalis. Quare si honoris amatua est quedam humilitas: omnis magnanimus est liberalis. Quare si honoris amatua est quod uideatur esse oppositum in obiecto: quia humilis alios reueret. Magnanimus uero ut dicitur. iiii. ethi. alios despicit. Scindunt igitur quod nisi omnis magnanimus est humilis non dedissemus principibus congruum documentum: quia docuissimus eos esse sine uirtutibus: cū absq; humilitate uirtutes haberi non possint. Ad plenam igitur declarationē ueritatis ostendū est: quod sine humilitate nullus potest esse ma-

gnanimus. Magnanimitas autem & humilitas & homini uirtutes morales: eē habet circa animi passiones. In tantum enim dicitur uirtutes sunt bonum secundum ratione: quia moderant passiones nostras: ne deuiciemus a bono rationis: sed quia passiones dividunt nos faciant a bono secundum ratione ut supra dicebatur: dupliciter potest contingere. Primo prout passiones nos inclinant ad ea quae ratione uerat. Secundo prout nos retrahit ab eo quod ratio dicit: quare cum passiones nos inclinant ad aliquid contra rationem indigemus uirtute retrahente nos: ut patet in experientia: per quam retrahimur a delectationibus sensibilibus. Sed cum passiones nos retrahunt ab eo quod ratio dicit: non indigemus uirtute retrahentes: sed magis impellente: ut patet in fortitudine: quod magis nos impellit ad pericula bellica: quod retrahit nos ab illis. Cum ergo retrahent & impellere sint quodammodo apposita: & formaliter differat aequum principaliter & per se non est eadem uirtus retrahens & impellens: nec est eadem uirtus principaliter moderans passiones: & impellens nos ab eo quod ratione uerat. Inde ergo quod si unum & idem aliter & aliter acceptum nos retrahit & impellit: oportet ergo circa illud dare duas uirtutes unam impellentem: & aliam retrahentem. Videmus autem quod magnanimitas est circa magnos honores. Magnus autem honor est quodammodo magnum bonum. Magnum autem bonum ratione quam magnum est nos retrahit: ne prosequamur illud ratione difficultatis: prout uero bonum est nos allicit ut tendamus in ipsum: ergo circa magnos honores & circa magna bona dupliciter continet peccare. Primo si ultra quam ratio dicit: prosequamur ea in qua bona sunt. Secundo si infra quam ratio dicit retrahamus nos ab illis: eo quod ardua & difficultia sunt. Quare circa talia dupli uirtute indigemus. Una impellente nos ne retrahamur per difficultatem: & haec est magnanimitas & alia retrahente nos: ne ultra rationem tendamus in illa ratione bonitatis: & haec est humilitas. Omni ergo magnanimus humilis est: nam cum impossibile sit esse magnanimum non existente bonum: ut probat Philosophus. iv. ethi. Nullus autem bonum sit: si ultra quam ratione dicit prosequamur honores de necessitate: cum magnanimitas impellit nos in aliqua magna bona: ne retrahamur ratione difficultatis: oportet quod ei sit annexa humilitas: ne ultra quam ratione dicit tendat in ea ratione bonitatis: aliter enim esset nicias. Tendere igitur in magnos honores & ad magna bona eē potest a magnanimitate & ab humilitate: non tamen secundum rationem eadem. Nam prout tendendo in illa bona non retrahimur ratione difficultatis sumus magnanimi: sed prout ea non prosequimur ultra quam ratione dicit: ratione bonitatis sumus humiles. Differt ergo magnanimitas ab humilitate in duobus. Primo quia magnanimitas principaliter impellit: & ex consequenti retrahit. Ideo magnanimitas dicitur alios despicer: non quod aliis nicias iniungitur: sed quia est ratio cordis: & sic impellit

a uirtute: ut potius despiciat opera & uerba hominum quam uelit per ea desistere ab operibus uirtutis. Humilitas autem ex contrario principaliter retrahit: ex consequenti impellit: ideo humilis dicitur reuereri: quia si considerans proprios defectus in rebus licitis & honestis alios reuereret. Secundo differt haec ab illa: quia magnanimitas principaliter moderat desperationem: ne aliquis ratio difficultatis desperet: ne tardat in opa magno honore digna. Humilitas uero principaliter moderat ipsam spem: ne aliquis nimis sperans de ipso bono ultra rationem prosequatur magnos honores. Erit igitur oī magnanimus humilis modo quo dictum est. Et humilitas quodammodo est idem: quod mediocris honoris amatiua: quia ille dicunt humilis qui moderans spem ipsam ad adipiscendum honores magnos mediocriter tendit in honores illos. Vtrum autem humilitas sit idem simpliciter quod diligere mediocres honores. Vel utrum sit idem simpliciter cum uirtute illa quam prius distinguens a magnanimitate appellat eam honoris amatiua: non est praesentis speculatoris. Sed si in moralibus contingenter nos ultera componere ostendemus uirtutem de qua loquitur prius: non esse per oī modū idem cum humilitate: quia illa de quod philosophus loquitur (quae ut dictum est) tendit in mediocres honores: magis est in appetitu sensituo. Humilitas uero magis est in intellectu.

**Quid est humilitas: & circa quod habet esse: & quod decet reges & principes eē humiles.**

Ca. xxvi.

Atis est per habita manifestum humilitate a magnanimitate differre. Nam licet una & eadem uirtus reprimet superabundantias & moderet defectus nunquam tamen aequum principaliter. Haec duo eidem uirtuti competere possunt. Spectat igitur ad magnanimitatem reprimere desperationem: ne desperemus de bonis arduis: & spectat ad ipsam moderare spem ne ultra quam ratione dicit tendamus in illa. non tamen aequum principaliter operatur utrumque. nam cum magnanimi sit tendere in magnum. Magnanimitas magis est uirtus impellens in magna: quam retrahens nos ab illis. Principalius ergo magnanimitas reprimit desperationem: ne retrahamur ab arduis: & ex consequenti moderat spem: ne præter rationem tendamus in illa. Humilitas ex contrario se habet ut supra diffusius dicebatur: quare cum distincta sit uirtus haec ab illa: uidendum est quid sit huiusmodi uirtus: quam humilitatem uocamus. Sciendum igitur quod sicut circa magnanimitatem conuenit habundare & deficere: sic & circa humilitatem esse habet. nam ut patet ex dictis: magnanimitas est uirtus nos impellens ne ratione difficultatis retrahamur ut non prosequamur opera magno honore digna. Quia igitur in hoc: aliqui superabundant: ut presumptuosi prosequentes ardua magis quam debeant. Quidam uero deficiunt: ut pusillanimes. Ideo magnanimitas est media inter presumptiores & pusillanimates. Sic et ex dictis

d

patet q̄ humilitas ē uirtus nos retrahēs ne ratiōe bonitatis & delectabilitatis q̄ est i rebus honori fīcis prosequamur ea ultra q̄ ratio dicit. In hoc ergo aliqui superabundant ut supbi: p̄sequētes excellentias & honores ultra q̄ debeant. Aliqui uero deficiunt: qui se deiiciunt ultra q̄ debeant: ut illi qui nec quārunt honores nec q̄runt opa honore digna: quod non est humilitatis: sed magis est uilitatis & miseriæ. Erit ergo humilitas media inter superbiā & deiectionem. Sicut magnanimitas est media inter pr̄sumptionem & pusillanimitatem. ¶ Viso igitur quid est humilitas: de leui uideri potest circa q̄ habet esse. Intē dit. n. humilis reprimere superbias & moderare deiectiones. Erit ergo humilitas circa superbias & deiectiones. Non tamē est circa hāc æque principaliter. Nam humilitas principaliter intendit reprimere superbias: ex consequenti uero moderate deiectiones. Est enim hoc notabiliter attendendum: q̄ cum uirtus magis ē retrahens q̄ impellens: principaliter opponitur superbias: ex consequenti defectui per quem retrahimur. Sed cum uirtus magis est impellens q̄ retrahens econtrario se hēt: quia tunc principalius opponitur defectui per quem retrahimur. Ex consequenti uero opponitur excellentiae per quam impellimur. Magnanimitas ergo quia est uirtus impellens inādua bona: magis opposit⁹ pusillanimitati q̄ est defectus nos retrahens a talibus bonis q̄ opponatur pr̄sumptioni: quae est excellentia ipellens nos in illa. Sed humilitas econtrario: quia est uirtus retrahens: ne ultra rationem prosequamur excellentias & honores: principalius opponitur superbia: q̄ superabundat in talibus: ex consequenti uero contrariatur deiectioni. Inquitendo enim opera honore digna nō solum contingit peccare per superbiam: sed etiam per deiectionem. Nā si quid ultra q̄ suus status requiret: p̄ter ratiōem & notabiliter se deiiceret uel esset uilis deiectus ut bestia: quia suum statum nō cognosceret: uel esset superbis & iactator. Nam aliqui ex hoc q̄runt excellentiam & iactantiam: deiiciēdo se ultra q̄ deceat. Vnde Philosophus. iii. ethi. quādā gentem grācā Lathonenses. s. iactatores & superbos appellat: quia ultra q̄ eorum status requireret uilius induebantur: credentes ex hoc in quēdam honorem & in quandam excellentiam cōsurgere. Vnde ibidem scribitur: q̄ superabundā tia ualde defectus est quid iactatiū. ¶ Viso circa quae est humilitas: quia principaliter est circa repræssionem superbiae: ex consequenti uero circa moderationem deiectionis. Restat uidere q̄ decet reges & principes esse humiles: quod dupli uia probare possumus prima sumit ex parte magnanimitatis. Secunda uero ex parte operum fiēdorum. Dicebatur. n. supra quia nullus est uere magnanimus: nisi sit bonus & humilis: & q̄ semper magnanimitati est annexa humilitas: quare si decet reges & principes esse magnanimos de-

cer eos esse humiles. Debent enī Reges sic quae rere opera honore digna: nō ultra q̄ ratio dicit: sed ut decet eorum statum q̄ faciunt humiles: q̄ tamē suam felicitatem non ponat in excellētia & honore: q̄ faciunt superbis. Debent enī agere bona opera & honore digna boni gratia: nō ut ostendant se & ut uideantur excellere. ¶ Secundo decet eos esse humiles ratione operum fiēdorum. Nam superbis quārēns suā excellētiā ultra q̄ debeat: ut plurimum tendit ad ea quae p̄ p̄tias uires excellunt. Ideo decet hoīes esse humiles: ut considerato proprio defectu uel propria factate non tendant in ardua ultra q̄ debeat. Ut plurimum enī superbis & ultra rōnem excellētiā q̄rentes se & alios exponunt periculis: non ualentēs adimplere q̄ inchoant. Tanto ergo reges & principes debent a se superbiam remouere: quāto peius est cōia bona periculis exponere. Superbus enī dominus ut plurimū periclitator efficitur populorum.

¶ Quid est mansuetudo: & circa q̄ hēt esse. & q̄ decet reges & principes esse māsuetos. Cap. xxvii.

Ostquām determinauimus de uirtutib⁹ bus respiciētib⁹ exteriora bona: & ostēdimus quō reges & principes decet ornari uirtutibus illis. Restat dicere de māsuetudine quae respicit exteriora mala. Dicebatur enim supra q̄ circa quacūq̄ cōtingit peccare uel bene agere oportet uel cōtingit habundare & deficere: oportet ibi dare uirtutē aliquā p̄ quam dirigamus ad bene agēdum reperimentem defectus & moderatē supfluitates. In uindicādo autē exteriora mala ab aliis facta: Aliqui supabūdant ut iracūdi nimis: faciētes uindictā. Nā ex hoc ira p̄uenit q̄ appetimus uindictā. Qui. n. pp mala aliqua illata uindictam aut punitionē appetit: dum hoc uehāmēter desiderat: accendit eius sanguis circa cor: quo accenso irascit. Quidā ergo sūc irascibiles & supabūdant incipiēdo uindictā. Qui dam autē sunt irascibiles oēm iniuriā dissimilantes: quoram neutrū bonū ē. Irasci. n. cuilibet: & semp: & de quolibet uindictā exposce p̄ faciūt iracundi: uituperabile ē. Rursum nūq̄ irasci: & in nullo modo uelle aliquē puniri nō est laudabile q̄a est agere p̄ter ordinē rōnis. Ratio. n. dictat punitiones aliquas esse faciēdas & q̄ est irascēdū: cui debet: & q̄n: & quō. Irasci. n. loco & tēpore ē uirtutis opus: q̄te si in passionibus irā: & i appetēdo punitiones & uindictas cōtingit supabundare & deficere. Oportet ibi dat uirtutē aliq̄ repermētem supabūdantias: & moderatē defectus. Hāc autē ē mansuetudo: q̄a sicut fortitudo est media i ter timores & audacias. Sic mansuetudo est media iter itam: p̄ q̄ cupimus uindictam & irascibilitatē: p̄ q̄ cōdonam⁹ mala nobis illata. ille uero mitis ē q̄ nec de oībus cupit uindictam: nec i tātū deficit a punitione q̄ nullo mō uelit alios puniri: sed ē cōdonat⁹ & puniti⁹: secūdū ordinē rōnis. Quare sicut fortitudo reprimit timores & moderat audacias. sic mansuetudo reprimit iras: &

moderat irascibilitates. Viso quid est mansuetudo: de leui patet circa quae habet esse. Est. n. ut iam dictum est circa iras & circa oppositum irae: ut circa irascibilitatem. Principalius tamen eē circa iras. Mā suetudo. n. principaliter & primo intendit reprimere iras. ex consequenti autē intendit moderare passiones oppositas irae. Nā naturale ē nobis ex malis nobis illatis appetamus punitionem & uī dictam. Rursus quia malum proprium uix potest esse ita modicum: quin uideatur nobis multum non solum naturaliter inclinamus: ut uelimus puniri inferentes nobis aliqua mala. Sed etiam quodāmodo naturale ē nobis appetere punitionem ultra cōignum. Nam quia malum nobis illatum uidetur nobis maius esse q̄ sit iniuriatus. res nō plus puniri uolumus q̄ puniēdi sint. Difficile est ergo ualde reprimere iras: & nō appetere punitiones iniuriarum ultra q̄ distet ratio. Plures ergo peccant in appetendo plus: pauci uero delinquent in appetendo minus. pp. quod si uitius est circa bonum & difficile. mansuetudo principaliter opponitur irae: & intendit iras reprimere. ex consequenti autem opponitur irascibilitati & intendit eam moderare quod ipm nōm designat. Si. n. uim nominis consideremus mansuetudo nominat temperamentum irae. Quod autē deceat reges & principes eē mansuetos: ostendere nō est difficile. Nam cum ira peruerat iudicium rationis: non decet reges & principes esse iracundos. cum in eis maxime uigere debeat rō & intellectus. Sicut. n. uidemus q̄ lingua infecta per coleram uel per alios humores non recte iudicamus de saporibus. Sic infecto appetitu p̄ immoderata iram: uel per alias immoderatas passiones perueritur nostrum iudicium rōnis. Si igitur inconueniens est regulā pueri & obliquari. Rex qui debet esse quasi speculum & forma. uiuedi. & qui debet esse regula agendorum: in cōueniens est q̄ sit iracūdus. ne per iram perueratur & obliquatur. Sic etiam si nullo modo esset irascibilis: & nullo modo commoueretur ad punitionem faciendam: indecens esset. quia si punitiones non fierent in regno: homines fierent iniuriatores aliorum & policia durare non posset. Nullus igitur debet irasci per odium: nec debet punitiones appetere pp̄ odium: sed pp̄ter amorem & zelum est irascendum: & sunt punitiones appetendae. Appetenda est. n. punitio pp̄ amorem & zelum iustitiae: uel propter aniore reipubli. quia sine ea res publica durare non posset. Quare si quis in tātum esset mitis q̄ poti uellet iustitiam perire q̄ iustitiam exposcere uirtuosus non esset. Tanto ergo magis decet reges & principes moueri ad punitionem faciendam: quanto magis spectat ad ipsos esse custodes iustitiae & conseruatores reipublicae. quare si reges non debent esse iracundi: & debent moueri secundum ordinem rōnis: ut siant punitiones & vindictae: cum hoc faciat mansuetudo decet eos mansuetos esse.

**T**Quid est amicabilitas: & circa quae habet esse: & quomodo reges & principes decet esse amicabiles. Cap. xxviii.

**T**Postulat præsens negotium: sufficienter diximus de uirtutib⁹ respiciētibus bona secundum se: & de respiciētibus exteriora mala. Restat dicere de uirtutib⁹ respiciētibus bona exteriora: ut cōicam⁹ cum aliis. Cōicamus. n. cum aliis uerbis & operibus uerba autē & opera i quibus cōicamus: ad tria nobis deseruiūt: uidelicet ad amicabilitatē: ad ueritatem: & ad iocosas delectationes. Nam put uerbis & operibus debite conuersamur cū aliis honorando eos & recipiendo ipsos ut debemus: sumus amicabiles & affabiles. Nihil est ergo aliud amicabilitas siue affabilitas d̄ q̄ hic determinare intendimus nisi recte conseruari cum hoībus: & ordinare opera & uerba nostra ad debitam conuersationem. Secūdo uerba & opera nostra deseruiūt nobis ad ueritatem: quia p̄ ea iudicamur q̄les sum⁹. Veritas. n. de q̄ hic determinare intēdimus non est aliud nisi q̄ homo nō sit iactator: q̄ de se uerbis aut factis maiora ostendat q̄ sint: nec sit irritor & despector: ut operibus aut uerbis ultra q̄ ratio dicitur: se contemptibile offendat: sed sit aptus: & uerax & talē se ostendat q̄lis ē. Tertio uerba & opera ordinari p̄nt ad iocosas delectationes: ut homo sit debite iocundus. Igitur ut supra dicebatur: circa uerba & opera in q̄bus cum aliis cōicamus hēt esse triplex uirtus uidelicet amicabilitas q̄ alio noie affabilitas dici potest. ueritas q̄ apertio nūcupatur: & debita iocūditas: q̄ eutrapelia uocat. Cōicando igitur cum aliis: si bñ conuersari uolumus: debemus eē debite iocundi: ueraces: & amicabiles: de q̄bus oībus est dicendū. Sed primo d̄ amicabilitate. Videmus. n. q̄ conuersando cum aliis: aliqui supabundant: q̄ se ostendunt nimis amicabiles cuiusmōi sūt blanditores & placidi. hii. n. adeo se ostendunt cōicabiles & sociales ut nullum contristari uelint sed oīa dicta & facta aliorum laudant. Aliqui uero econtrario ab hac conuersatione nimis deficiunt. Sūt. n. discoli & agrestes non ualentes cum aliis conuersari. Vt ergo at a recta ratione deficiunt: quia nec qui se debet tātum aliis ostendere sociale: ut uideatur placidus & blanditor. nec se debet tantum a societate subtrahere: ut uideatur discolus & religiosus. Cum igitur uirtus sit quid medium inter superfluum & diminutum: in conuersatione hominū circa q̄ contingit abundare & deficere. oportet dare uirtutem aliq̄ reprimēt superabundantias & moderatē defectus. Huiusmodi autem amicabilitas siue affabilitas est. Nihil. n. est aliud affabilitas ut est uirtus: q̄ medio modo se h̄re in conuersatione hominum. ut non superabundemus in hmōi conuersatione q̄ faciunt adulatores: nec deficiamus q̄ faciunt litigiosi & discoli. **V**Iso quid est amicabilitas: ut hic de ea loquimur: quia est uirtus reprimēt litigia: & moderans blanditias: ut p̄t h̄i ex phō. ii. & .iii. ethi.

de leui apparere potest circa quæ habet esse: quia est circa opera & uerba ut ordinantur ad debitā conuersationem in uita. Si n. homo est naturaliter animal sociale. ut probari habet. i. poli. oportet circa uerba & opera in quibus cōmunicat cū aliis dare uirtutem aliquam per quam debite cōuerteretur. Quare cum iusta ratio dicit: qd secundum diuersitatem personarū diuersimode sit cōuersandum licet omnes homines uolentes uiue re politice debeant esse amicabiles & affabiles. non tamen omnes eodem modo amicabiles debent esse. Nam quia nimia familiaritas contemptum parit reges & principes: ut in reuerētia habeantur & ne dignitas regia uilescat maturius se habere debent quam alii. Vnde philosophus. v. politicorū. dando cautelas regum & principum ait qd decet reges & principes apparere psonas reverendas ne contemptibiles habeantur. Sicut. n. in sumptione & in aliis recta ratio dicit: ut secundum diuersitatem personarum diuersimode fiat quia aliquis cibus esset multus infirmo qui esset modicus sano. sic in conuersatione hominum. Aliquando. n. familiaritas reputatur regi ad uirtutem & dicitur ex hoc amicabilis esse. qd si aliquis una cōmuni persona non plus de familiaritate participaret: reputaretur ei ad uitium non ad uirtutem. & non diceref amicabilis sed filuestris.

**C**Quid est ueritas & circa quæ habet esse quod decet reges & principes esse ueraces. Cap. xxix.

Icur circa conuersationem in uita consistit supabūdare & desiceā. Sic circa uirtutem cōtigit supabūdare & desiceā. Veritas. n. ī qdā: adæquatiōē cōsistit. Qui uero plus dicit quam sit a ueritate recedit ratione abundatiae. qui uero quæ sunt negat & minora confitent a ueritate recedit ratione defectus. Quare cū me datum sit per se fugiendum. ut dicitur. iii. ethi. qui non sunt ueraces nec aperti: nec ostendūt se tales quales sunt. reprahēsibiles existunt. Quid n. aliud est mentiri nisi non esse apertū. & nō ostendere se talem qualis est ab hac ergo ueritate per quam quis reddit se ueracem & manifestū. Aliqui deuiant per superabundantiam ostendentes de se uerbis aut factis maiora quæ sint & tales uocantur iactatores: aliqui uero ab hac ueritate declinant per defectum: fingentes de se aliqua uilia quæ in ipsis non sunt. quos phūs uocat yrōes i. irrisores & despectores. oportet ergo dare aliquis uirtutem medium per quā moderetur diminuta & reprimetur superflua. Hæc autē communis nomine ueritas nuncupatur. **C**Patet ergo quid est uirtus: quia est uirtus moderans despectiones & reprimens iactantias. **C**Viso quid est uirtus: Restat uidere circa quæ habet esse. Sciendum ergo qd licet affirmare in se esse quod non est. uel negare quod est. sit mentiri: tamen non dicere totū quod est absq; mendatio fieri potest. Volēs igit̄ esse uerax non debet de se fingere habere bonitatem quam non habet: nec debet concedere in se esse malitiam quam sibi inuicem non credit. Nō

tamē oportet qd de dicat totam bonitatem quā sibi inesse cognoscit: quia licet nullus mētiri debeat: non tamen semper & ubiq; quæ licet ueritas est dominanda. loco. n. & tempore secundū dictamen rationis possumus uirtutē tacere. Est igitur ueritas circa repressionem iactantiarum: & circa moderationem despectionum: non tamen est circa hæc æque principaliter. Sed principaliter ueritas opponitur iactantiae: & intendit iactatias reprimere. Ex consequenti autem opponitur despectioni & intendit despectiones moderare. **I**o philosophus. iii. ethi. ca. de ueritate ait. qd declinare ad minus & dicere de se minora quam sint est opus prudentis. Spectat igitur ad ueracem nullo modo dicere de se maiora quam sint: qd multi faciunt. Concedunt. n. de se aliqui magnas bonitates. cum tamē illis careant: & promittūt amicis & notis magna bona & magna auxilia de quibus modicū aut nihil opere implent. Tales at patet eē iactatores: & alios nō apertos & ueraces nullo modo in talibus ē excedendū in plus: sed magis declinandū in minus. dum tamen sine mandato fiat & nū notabiliter recedat a medio: quia si notabiliter a medio recederet non in hoc apparet uerax: sed derisor: ut si aliquis adeo cēt fortis & strenuus qd constaret aliis qd contra cēt bellare posset: ille non plus de se concederet: nisi qd cōtra unicum & debilem bellaret: omnes intra se cognoscerent qd derisorie loqueret. Inde igitur sumptum est nomē ironiæ & derisionis: quando aliquis notabiliter de se minora cōcedit quam sint. Ad uirtutem ergo spectat mode rare huiusmodi derisiones & reprimere iactantias. Principalius tamē spectat ad ipsum iactantias reprimere quam derisiones moderari. quia ut dictum est in talibus magis est declinandū ī minus: dominando de se minora quam sint quā sit extendendū in plus afferēdo de se minora. **C**Possumus autem duplicem causam assignare quare in talibus semper ē declinandū in minus. Prima sumitur ex parte sui. Secunda ex parte aliorum. Quilibet. n. ita naturaliter afficitur ad propriū bonum: ut ipsum semp plus credat esse quam sit. Ideo cōmuniter homines decipiuntur de se ipsis plus credētes se plus ualere quam ualeant. In rando ergo propria bona semp declinando ē in minus: quia estimare debemus qd affecti ad propria bona uident nobis illa eē maiora quā sint. Hæc autem rationē tangit philosophus in autoritate præacta cum ait. qd prudentis est declinare in minus. Nam magnæ prudētiae est cognoscēre seipsum & scire qd propria bona semp existimātur maiora quam sint. **C**Secunda ratio sumitur ex parte aliorum. Nam non declinantes in min' sunt laudatores sui: iactantes de se bonis qd habēt: & qd hoies cōmuniter horret laudātes seipsoſ. **I**o ē ex parte aliorum decet in talibus declinari ī minus: ne hoies sint aliis honerosi. Hæc at ratio nem tangit phūs in eodē. iii. ethi. dices declinandum eē in minus pp honerosos eē supabundan-

tias. Oñlo quid ē ueritas: de q̄ loqmur: & circa q̄ habet eē: de leui patet q̄ decet reges & principes esse ueraces. Nam declinantes nobiliter in min⁹ & dicentes de se notabiliter minorū & uiliora: q̄ sint uident eē derisores & contemptibiles. Excedentes uero in plus: & dicentes maiora q̄ sint: uident eē iactatores & honerosi. Quare si reges decet eē nō contemptibiles: sed reuerendos: nec honerosos: sed gratiosos & amabiles: decet eos non esse iactatores uel derisores: sed apertos & ueraces non ostendendo uel iactando de se maiora q̄ sint uel p̄mittendo aliis maiora q̄ faciant. ymo tanto magis decet reges & principes caueri iactantiā: quanto plures h̄nt incitātes ipsos ad iactantiā: & de plurib⁹ se iactā possent.

**C** Quid ē iocūditas & circa q̄ hēt esse & q̄o decet reges & principes eē iocundos. Cap. xxx.

Redūt. n. aliq̄ oīa uerba uel facta deser-

c uientia locis eē ociosa. Non tñ sic se habet. Nā ociosum est illud qđ caret debito fine. Quicquid ergo de se est ordinabile ad debitū finem non est ociosum. Ludus at si sit liberalis: honestus: & modestus. Ordinari hēt in bonum finē. Quia est quodamō necessari⁹ i uita. Iō dī. iiiii. ethi. q̄ uideſ requies & lud⁹ esse aliquid necessariū i uita. Sicut ergo sensus corporales ut uisus & auditus. Quia laborat in sentiēdo: natūra ordinavit sumū: pp̄ eorū requiē: & est necessarius somnus in uita. Sic quia studēdo uel negotiis regni iſſistendo uel alia faciēdo cōtinue labo ram⁹. Aliquæ delectatōes si sint ociosæ: si sint moderatæ: & honestæ: nō ociosæ: iterponuntur cutis & laboribus nřis. Quare cū in talibus cōtingat peccare & bñ facere: oportet circa ipsos iocos dare uirtutē aliquā: per quam debite nos habeam⁹ ad ludos. In ipsis. n. iocis qdam superabundant desideratēs oīno risum faceſ. De qb⁹. iiiii. ethi. dicit q̄ magis cōatur risum facere q̄ decora diceſ. Huiusmōi aut̄ sunt hystriones quos phūs appellat bomolotos. Phūs. n. tales assimilat auibus ratiētibus p̄dam sacrificatā i templis gētiliō. Sicut n. aues illæ nō curabāt qualitētūq̄ possēt aliquid de illa p̄da capeſ. Sic uolētes oīno facere risum: & puocare alios ad cachinnū: nō curat q̄literūq̄ possint cape dicta uel facta alioḡ & cōuerteſ ea i ludū & cachinnū. Hui ergo supabūdant ludis. **C** Aliq̄ uero ecōtrario deficiūt: & hii uocantur & agrestes. Huiusmodi aut̄ sunt nō sustinētes aliquē ludū: nec dicentes aliquid ridiculū. ymo dicentibus sunt molesti. **C** Patet ergo quid ē iocunditas uel eutrapelia. prout est uirtus: & ut hic de ea loqmur. quia ē reprimens supfluitates ludū & moderat̄ duritias. Huiusmōi aut̄ uirtus hēt eē tam circa moderationem duritiae: q̄ circa rep̄fisiō nem supfluitatū in ludo. nō est tñ circa haec æq̄ principaliter. q̄a uirtus sp̄ est p̄cipali⁹ circa diffi- cilius. Reprimeſ aut̄ supfluitates ludū & diffi- cilius q̄ moderare defectus. Hēt. n. ipſe lud⁹ quādam delectationē annexam pp̄ quam magis in clinamur. ut feqmur delectationes iocosas. q̄ ut

fugiam⁹ illās. **C** Viso qđ est eutrapelia siue iocūditas & circa q̄ hēt esse: quia p̄cipalius est in reprimendo superfluitates ludi ex cōsequēti circa moderationem defectū. Restat ergo uidere q̄o reges & principes decet esse iocūdos. ut. n. ex habitis patere potest semper extrema uituperantur medium autem laudatur. Huius autem medium quod est in uirtutibus reprimētibus passiones & motus non est accipiendum secundū rem: sed quo ad nos. Nam ut in præcedentibus capitulis dicebat aliquid eē superfluum uni q̄ ē modicū alteri: & econuerſo. **C** Si igitur decet omnes homines reprimere superfluitates ludorum. magis hoc decet reges & principes: ymo oportet adeo moderate uti iocis: & iocosis delectationibus: q̄ si hoc facerent personæ cōmunes uiderentur eē duræ & agrestes. Non ergo intelligendum est reges principes nō debere recreare aliqbus solatis uel aliquib⁹ iocis. Sed quia ludi quibus uti debemus: secundum philosophum. iiiii. ethi. Debēt esse liberales & honesti: illis debent reges & principes adeo moderate uti ut semper uideant maturi & nullo nō appareant pueriles. Ab ipsa. n. i. fantia connaturale uideſ eē pueris delectati ioci. quare ludus si nō sit moderat⁹ & honest⁹: aliquā puerilitatem uideſ habere annexam. Tanto igit decet reges & principes moderate uti delectatio nib⁹ ludorum: quanto detestabilius ā eos eē pueriles. Amplius ut patet ex habitis: ex hoc iocosa delectatio non est ociosa: & ordinatur in bonū finem. quia interposita nostris curis quādā recreationē accipimus: ratione cui⁹ ardēti⁹ insurgim⁹ ut sistamus bonis operib⁹ quorū curam habere debem⁹. Quare cum ioc⁹ immoderat⁹ uel in honest⁹ distrahat nos a bonis opib⁹ & a dībitis curis tanto detestabili⁹ est reges & principes: i modera te: uel in honeste uti delectationibus ludorum. q̄to cura boni conūmuniſ q̄ spectat ad p̄cipiē excelsiōtior ē quam sit cura alicui⁹ p̄ticularis bōi. Nō ergo omnino phibēda sunt uerba uel facta iocosa si sint honesta & moderata & hoc magis & min⁹ prout requirit diuersitas psonarum.

**C** Qud maxime decet reges & principes oēs uirtutes habere: & quod si una careant nullam habent.

Cap. xxxi.

Am sancti q̄ phī i hāc sciam cōuenerūt  
t q̄ oportet uirtutes cōnexas eē dixerūt. n. q̄ q̄ unam uirtutē hēt oēs habet & qui una caret oīb⁹ caret. Cū ergo oīno māife. stū sit q̄ decet reges & p̄cipes aliq̄s uirtutes habēr: q̄a ut plane patet. Oportet oēs esse prudētes & iustos oīno manifestū eē debet: q̄ omnes uirtutes hēt debent: quia prudētia & iustitia sine uirtutibus aliis h̄t non p̄nt. ymo nūquā est aliqua una uirtus quae sine aliis uirtutibus oībus pfecte possit h̄t. Sic ēt tractatores ueritatis senserunt dicētes: uirtutes connexas eē. Ad sensum tñ uidet̄ apparere contrarium. Videmus enim aliquos liberales non existentes tēperatos: sed dantes operam uenereis gestibus. Aliquos uero qui econ-

d iii

trario sunt casti: & tantum avaritiae student. Nō ergo qui unam uirtutem habent omnes habent nec oportet. Si aliquæ virtutes sint necessariae regib' q̄ omnes uirtutes sint eis necessariae. Rursus uidemus aliquos esse liberales qui tamē nō possunt esse non possunt esse magnifici quia nequæ sunt magna facere: eo q̄ non habeant magnos sūpius. Sciendum igitur philosophū circa finē. vi. ethi. manifeste probā uirtutes cōnexas esse. Sed ut soluat huiusmodi obiectiones ait. q̄ uirtutes duplicititer considerari possunt. Vel ut sunt naturales & imperfectæ: uel ut sunt principales & cōpletæ. Virtutes autē naturales & imperfectæ nō oportet esse connexas. Videmus. n. aliquos naturaliter habere quandam industriæ & quandam subtilitatem mentis propter quod habent quādam prudentiam imperfectā. hii tamē nec sunt casti nec liberales: nec habēt uirtutes morales alias. Sic etiā ex ipsa pueritia uidem⁹ aliquos mox inclinari ad opera largitatis: qui nō sunt casti nec liberales existunt. Aliqui uero econtrario habēt quandam naturalē pudicitiam: non tñ liberales existunt. Si ergo uirtutes nō connectuntur. Sed uirtutes quæ dicuntur eē principales & perfectæ uel i se uel in quadam ualde propinqua dispositione de necessitate habent eē connexum. Dicimus at in propinqua dispositione: quia pauperes pp carantiam exteriorum bonorum secūdum phūm non debēt dici magnifici. At tñ si pauperes secūdum suam facultatem sunt ueræ & perfectæ liberales. propinquissimum est ut sint magnifici: quia si bonis exterioribus abundantent: statim magnificientia ficerent. ¶ Declarandum est ergo ad plenam intelligentiam dictorum q̄uo nulla uirtus pōt haberi pfecte: nisi omnes uirtutes aliae habeantur. ¶ Notandum ergo ad hoc nos indigere uirtutibus: ut proponentes nobis bonos fines recte & debite tendamus in fines recte & debite tendamus in fines illos. Dupliciter ergo in talibus peccare contingit. Primo si proponamus nobis malum finem ut uitiosi faciunt. Auari. n. proponunt sibi ut finem studere avaritiae. Intemperati uero uenerea: & sic de aliis. Secundo in talibus peccare contingit: si non debite tendamus in bonum finem. Volunt. n. aliqui eē distributores bonorū & proponunt sibi ut finem opera largitatis: at tñ non curant. undecūq̄ accipiant. dum possint aliis dona aliqua elargiri: aliquādo per furtū. aliquādo per manifestam oppræssionē alios deprædatūt ut exerceant opera largitatis. Hii ergo licet p̄ponunt sibi bonum finem: non tñ recte tendunt in finem illum. non ergo peccant i termino: nec in intentione: sed peccant in uia & in modo adi p̄scendi finem intentum. propter quod tales & si aliquo modo sunt liberales: non tñ perfecte liberales dici debent: quia ad perfectam uirtutem spectat non solum proponere bonum finem: sed etiam debite tendere in illum finem. Indigemus ergo uirtutib' moralibus: quia per eas nobis proponimus bonum finem. Indigemus ēt prudens/

tia: quia per ipsam recte rōcinamur de his q̄ sunt ad finem. Virtutes ergo morales per se & primo rectificant finem: quia sicut qualis est lingua talis sapor noster. ut si lingua est multum infecta colera: uidetur amara. Si uero sit multum infecta flegmate dulciori: uidetur participare quandam dulcedinem. Sic quales sumus secundum uolūtatem & appetitum talem finem nobis imponimus: ut intemperatus proponit sibi ut finem uenerea: temperatus casta. liberalis expendere. auarus conseruare. quare uirtutes morales pfecte appetitum rectificant finē: quia habentes appetitum hcnū p uirtutes illas: proponimus nobis bonum finē. Prudentia uero p se & primo: rectificat ea q̄ sunt ad finē. Nam proponētes nobis bonā finem p uirtutes morales. Prudētiam bñ ratiocinari ut de his quæ sunt ad finē & eligim⁹ nobis rectam uiam ut debite tēdamus ad finē illum. Iō dī. vi. ethi. q̄ uirtutes morales rectificant finē. Prudētia uero facit operari recte ea quæ sūt ad finē. Loquēdo ergo p̄cipitaliter & p̄io uirt⁹ moralis rectificant terminū. prudētia uero rectificant uiam. Sed cū nō sit pfecta materia nisi ordinet i bonū finē & terminū: nūq̄ h̄i prudētia pōt. nisi coniuncta uirtutib' moralib'. p̄ quas proponam⁹ nobis bonū terminum & bonum finē. Sic ēt quia nūq̄ debite & pfecte habēt bonus finis: nisi itendam⁹ i ipsum p̄ bonam uiam: nunquam pfecte habebi mus aliquā uirtutē moralē nisi si coniuncta prudētia. Talē ergo rōnem intēdit facere phūs circa finem. vi. ethi.. Habens perfecte aliquam uirtutē moralē: hēt pfectam prudētiā. Sed habens pfectā prudētiam hēt oēm uirtutē. ergo habens aliquā uirtutē hēt oēm uirtutē. Sic ergo uirtutes & prudentia sunt cōnexæ: qa nullus ē bonus p̄ uirtutes morales nisi sit prudēs. Nā cū uirtus moralis sit habit⁹ bon⁹ & electiu⁹ & pfectat habentē & op⁹ suum bonum reddat. cū ad bñ eligere & ad bonum op⁹ sufficiat p̄ponere bonū finē nisi p̄ bonā uia eat in finē illū. uirtus moralis p̄ quā nobis p̄ponim⁹ bonū finē: nō pōt esse sine prudētia: p̄ quā recte tendimus i finē illū. Sic & prudētia eē non pōt sine uirtute moralī. Differt. n. prudentia & iustitia q̄ phūs appellat demosticā. Ille. n. dī demos & industris qui p̄posito quoq̄ q̄ fine inueniat uias ut citius consequatur finem illum: pp quem tēperati & uiciosi p̄nt industres & demostes dici. si sciant excogitare uias p̄ quas consequantur uenerea & turpia. quæ sibi proponunt ut fines: Prudentēs tamen nullus dī nisi ad bonū finē inueniat bonas uias. non ē ergo prudentia quæ iuenit bonas uias: ad bonum finem sine uirtutibus moralibus: per quas nobis proponimus bonum finem. ¶ Sed dicer aliquis uirtutem moralem non posse esse sine prudentia. nec econuerso. ita q̄ oīs bonus est prudens: & econuerso. non tamē oportet q̄ habens perfecte una uirtutē moralē: habeat oēs uirtutes morales. Pōt. n. qs habere perfecte temperantia & habere prudentiam ut deseruit temperantia: non tamē

habebit uirtutes alias: nec habebit prudentiam ut deseruit uirtutibus illis. Exit ergo ille perfecte temperatus: non tamē erit fortis sed timidus. nec erit largus: sed avarus. Sed hoc stare non potest. nullus. n. potest esse perfecte temperatus: nisi sit fortis & largus: & nisi habeat uirtutes alias: non potest aliquis hīc aliquam uirtutem: nisi habeat omnes uirtutes. Nam ille est temperatus perfecte qui nullo modo præter rationem operatur uenerea. quare si ille sit timidus licet forte non placerent sibi uenerea secundum se: tamen ut fageret uerberationem uel mutilatioem. uel mortem eligeret uenerea operari. Sic etiā si esset auros: quia finem suum poneret in habendo pecuniam. licet forte secundum se ei displicerent uenerea: tamen si posset lucrari pecuniam quam in tenderet ut finem: non curaret mechati. Incomplete ergo & imperfecte potest hīc una uirtus sine aliis. Sed complete & perfecte nullatenus fieri potest. Quare sic decet reges & principes esse q̄ si sēideos & hīc uirtutes perfectas. decet eos hīc oēs uirtutes. quia perfecte una uirtus sine aliis habeti non potest. ymo expedit Regibus & principibus: cum non possint se excusare per defectum exteriorum bonorum: hīc oēs uirtutes: non solū in propinqua dispositioe: sed et simpliciter & secundum se. Potest enim pauper aliquis esse perfectus: si non operetur magnifica: & magnos sumptus: quia non habet unde faciat magnos sumptus. Rex autem nūquam perfectus esse potest: si non operetur magnifica: & nisi in omnibus uirtutibus polleat.

**C**Quod diuersi sunt gradus bonorum & malorum: & in quo gradu Reges & principes esse decet.

Cap. xxxii.

I uerba philosophi in. vii. ethi. diligenter considerentur: distinguere possimus. ii. i. gradus malorum: & q̄tuor bonorum. Mali. n. hoīes sunt in quadruplici gradu. Quidam sunt molles: quidam incōtinentes quidam intēperati: quidam bestiales. Sic etiā & boni sunt in quadruplici gradu: quia quidam sunt perseverantes: quidam continentes: quidam temperati: quidam uero diuini. Molles autem dicuntur illi qui modica passione: uel parua temptatione ruunt: q̄ ipm nomen designat. Nam secundum phūm in de generatioe: molle est illud quod de facili cedit. Dicūtur ergo molles secundum Philosophum qui nolunt laborare: & sunt nimis delicati. Nā ut in. vii. ethi. scribif. Delicia qdā mollices ē: tales ergo nihil difficile sustine re uolentes: statim cum passionant uel cum temptantur cadunt. **C**In alio gradu dicuntur esse incōtinentes. Hui aut̄ differunt a primis. Nam molles nullam pugnam: nec aliquid difficile sustine re possunt. Incōtinentes uero pugnā sustinent: sed in sustinendo deficiunt. Continere enim: ut ipsum nomē designat hoc est: cōtra aliud se tenere. Incōtinere ergo est aggredi pugnā: & in pugna non posse se tenere: sed deficere. **C**In tertio

gradu sunt. intēperati. Intēperatus .n. tūc dici tur aliquis. qñ non solum passionatus cadit & temptationes deicit: sed delectabile est ei male. facere. Incōtinentes ergo & molles nō delectant in malefacere. ymo aliud eligunt & aliud agūt. Existentes. n. extra passiones tam incōtinentes: q̄ molles eligunt bñfacere: & pponunt optimas leges: passionati uero cadunt: & nullam de illis legibus obseruant. Tales autem phūs assimilat paraliticis: qui eligentes ire in dextrā: pp dissolu tionem corporis: & non ualētes corpus regere: uadunt in sinistram. Sic molles & incōtinentes pponunt benefacere & eligunt ire in dextram. Tamē quia habēt potētias aīæ dissolutas: nec ha bent eas bene regulatas & ordinatas: secūdū ordinē rōnis: non uadunt in dextrā: sed cadunt & tendunt i sinistram. Aliter nū cadūt molles. Aliter incōtinentes. Quia molles modica pugna ruūt. Incōtinentes uero maiori pugna succubunt. Intēperati. ergo peiores sunt q̄ incōtinentes & molles: qa sūt adeo habituati in malo: q̄ delectabile est eis mala facere. **C**In q̄to gradu autem sūt bestiales. Hui autē peiores sunt q̄ intēperati. Illi enī bestiales esse dicunt: qui ultra modū hoīum maleficiunt. Sunt autē bestiales operates: ea q̄ ipsa natura horret. Sicut sunt qdam barbari cōmedētes carnes humanas: bibētes humanū sanguinē. Talia enī non nisi a bestialitate puenire possunt. **C**Narrat aut̄ philosophus. vii. eth. multas hīmōi bestialitates. Dicit. n. q̄ cū qdam pgnās eēt: & n̄ potuisset parere: ex hoc tātum dolorem cōcepit: & sic in bestialitatem ecōuersa ē: ut oēs prægnātes residerēt: qa ergo ipsa parere nō poterat: uolebat ut nulla de cātero parturit et. Sic etiā ut ait circa quādam insulam maris ut circa pōtum exstebant tunc temporis qdam gentes oīno bestiales cōmedētes carnes crudas: deuorantes carnes humanas: & q̄ peius est: præstabant sibi filios in conuiuum. Cum enī quis alios conuiuare uolebat: si filius suis domi non erat a uicino suo mutantabat filium & ipsum parabat in conuiuum spōdens enim q̄ quando uellet conuiuum facere: ei suum filiū retribueret. Sic etiā circa phalarim ut ait: quādam gentes bestiales morabant facientes matres proprias: commedētes epata hominum. Illi ergo sunt bestiales: qui ultra modū hoīum male agunt. **C**Dicto de quattuor generibus malorum. Restat dicere de quattuor generibus bonorum. Nam sicut quidā mali sunt molles: qui modica passione ruunt. Sic quidā boni dicūtur esse perseverantes. Huiusmodi autem sunt. qui stant & non modica temperatioe cadūt. Loquēdo ergo de perseverantia ut phūs loquif: nihil ē aliud: q̄ quādā bona dispositio opposita molliciē: ergo in primo gradu dicunt esse perseverantes. **C**In secūdo uera sunt continentes. Cōtinere. n. est plus q̄ pseuerare. Nā si qs etiā nō tēptatus: uel modicū tēptatus n̄ ruat dicif pseuerare. sed non dicif cōtinere: nisi fortiter passionatus passionēs il las uincat. Nā nullus cōtinet: nisi cōtra passionēs

se teneat. Ideo vii. ethi. dicitur: q̄ continētia ele  
gibilior est q̄ perseverantia. In tertio autē gra  
du bonorum sūt temperati. Illi enim temperati  
esse dicuntur: qui non solum modicum passio  
ti perseverant: q̄ faciunt p̄seuerantes: uel contra  
fortes passiones se tenent: q̄ faciunt continētes.  
Sed sunt ita casti in appetitu & habent tam mo  
deratas passiones: & quasi pugnam non sentiūt:  
& delectabile est eis benefacere. Sicut ergo per  
seuerantes opponuntur mollibus: & continētes  
incontinentibus. Sic temperati opponuntur in  
temperatis. Nam sicut delectabile est intempera  
ris mala facere: sic delectabile est temperatis bo  
na operai. In quarto & in supremo gradu bo  
norū sunt homines diuini. Nam sicut aliqui  
homines sunt bestiales: & sunt mali ultra modū  
hominum. Sic aliqui sunt quasi diuini: & sūt bo  
ni ultra modum humanū. Vnde & philosophus  
circa p̄cipium. vii. ethi. dicit q̄ Homerus refert  
de Hectore: q̄ Rex Priamus pater suus dicebat  
de ipso: q̄ erat ualde bonus: propter quod non  
uidebatur existere puer uiri moralis: sed dei. Vir  
tus autem illa per quam quis deber eē bonus ul  
tra modum humanum: appellatur a philosopho  
heroyca. i. principans & dominatiua. Ex hoc  
ergo manifeste pater: q̄ reges & principes si de  
bet recte dominari: non sufficit eos fugere om  
nes gradus malorum: & q̄ non sint: nec molles:  
nec incontinentes: nec intemperati: nec bestia  
les: sed oportet eos esse in summo gradu bono  
rum: quia enim aliis dominari principari deside  
rant: oportet q̄ habeant uirtutem illam: quæ est  
dominans & principans respectu aliarum: q̄ ha  
bentes sunt boni ultra modum aliorum: & sunt  
quasi homines diuini. In hoc gradu debent esse  
reges & principes: & si in tali gradu esse decet bo  
nos & perfectos principes seculares: quales esse  
debeant: ecclesiastice principantes prudentis iu  
dicio relinquatur.

**C**Q uod sunt gradus uirtutis: & cuiusmodi uir  
tutes h̄e debeat reges & princi. Cap. xxxiii.

Istinguūt tam Macrobius q̄ Plotinus  
**d** quattuor gradus uirtutum. Nam quæ  
dam sunt politicæ: quædam purgato  
riæ: quædam purgati ai: quædam exēplares. Di  
cunt autem quidam uirtutes exemplares esse in  
ipso deo. Virtutes autem politicas esse uirtutes  
acquisitas: per quas hoies bene se habēt in rebus  
humanis. Sed uirtutes purgatorias & purgati ai  
dicunt esse uirtutes infusas: per quas qui bene se  
hēt ad diuina. Circa diuina autem aiunt: est du  
plex gradus. Nam aliqui sunt tendētes & existē  
tes in diuina similitudine. Et tales dicuntur h̄e  
uirtutes purgatorias. Aliqui uero sunt quodam  
modo iam aſsecuti similitudinem illam: & tales  
h̄e dicuntur uirtutes purgati ai. Sed hii licet se  
cundum se uera dicant: non tamē uidentur ac  
cedere ad intentionem eorum qui hoc modo d  
uirtutibus sunt locuti. Nam philosophi non lo  
quebantur nisi de uirtutibus acquisitis. Virtutes

autem infusas non posuerunt: oēm ergo uirtutē  
quam ponebant dicebant esse acquilitam. Sectā  
do ergo philosophorū uiam dicere possumus:  
q̄ sicut est dare diuersos gradus bonorum: sic est  
dare diuersa uirtutum ḡna: ita q̄ secūdum q̄ ali  
quis excellentius bonus & excellētiorem gradū  
uirtutum hēt: sicut ergo phūs innuit q̄ttuor ḡna  
bonorum: ut patet ex capitulo p̄æcedenti: quia  
ait aliquos esse perseverantes: aliquos continē  
tes: aliquos temperatos: aliquos uero diuios. Sic  
possumus distingue quattuor ordines uirtutū:  
ita q̄ cuilibet generi bonorum demus suum or  
dinem uirtutum. Dicemus ergo q̄ perseveran  
tes habent uirtutes politicas: continentēs purga  
torias: tēperati uero h̄nt uirtutes purgati ai. Sed  
diuini h̄nt uirtutes exemplares: ppter quod sicut  
diuini melioras sunt tēperatis: tēperati cōtinē  
tibus: continentēs p̄seuerantibus: sic uirtutes exē  
plares excellūt uirtutes purgati animi. Virtutes  
uero purgati ai excellunt purgatorias & purga  
toriæ politicas. Q uod autē h̄ec genera uirtutū  
adaptari debeat p̄dictis generibus bonoꝝ: patet  
p Plotinū dicente: q̄ primæ uirtutes. s. politicæ  
molliunt. i. ad medium reducūt. Secundæ. s. pur  
gatoriæ auferūt. Tertiæ q̄ sunt purgati ai obliuī  
scunt: sed quartis. s. exemplaribus nefas est turpe  
aliquid noiari: quare bene dictū est q̄ p̄seuerant  
ibus cōpetunt uirtutes politicas: q̄ p̄seueratēs  
ut dicebat opponunt mollibꝫ: & sufficit ad hoc  
q̄ aliquis p̄seueret: q̄ teneat se ē medio. Virtutes  
ergo politicæ q̄ molliunt. i. disponunt aīum ad  
benefaciendū: & reducunt ip̄m ad mediū cōpe  
tunt p̄seueratibus. Sunt autē h̄mōi uirtutes mi  
nimæ inter uirtutes alias & p̄seueratēs loquēdo  
de p̄seuerantia ut de ea phūs loquit̄: tenent infi  
mū gradū i genere bonorū. Cōgrue ergo h̄mōi  
uirtutes cōpetunt p̄seueratibꝫ: sed purgatoriæ cō  
petūt continentētibus. Nā ex hoc aliq̄s est cōtinens  
qa tenet se & abstinet se a delectationibus sensibili  
bus. Continentes. n. sunt eentes in passionibus  
& pugnant cōtra ipsas. Modus autē uincēdi eas ē  
auferre & remouere se de eis. Ideo continentibꝫ  
dicunt competere uirtutes purgatoriæ quorum  
officiū est auferre & abstinere nos a passionibus  
imoderatis. Virtutes uero purgati ai cōpetunt tē  
peratis: nā istæ nō auferūt sed obliuiscunt. Tēpe  
rat̄. n. h̄t sic appetitū castigatū: qa q̄li pugnā nō  
sentit sed obliuisci passionū imoderatarum: &  
quodāmodo delectabile est ei benefacere. Meri  
to ergo talis dici h̄e uirtutes purgati ai faciē  
tes ip̄m obliuisci passiones illas crebras: qa iam  
h̄t aīum purgatū & castigatū: ut non sit ei cura  
de talibus passionibus. Quartæ uero uirtutes ui  
delicet exēplares adaptari possunt hoībus diuis  
tis: tales q̄ eni pfestī adeō debēt esse: ut sint alio  
rum data regula & exēplar. Declaratū ē ergo  
primū q̄ in principio capituli pponebas: uidelicet  
diuersos eē gradū uirtutū. Declarat̄ uero scdm &  
ōndere cuiuimodi uirtutes regibus & principibꝫ  
cōpetere debeat. Si intelligant p̄habita nullam

difficultatem habent. Dicebatur supra reges & principes: non sufficit esse perseverantes: continentates: & tempores: sed decet eos quodammodo esse diuinos. Virtutes uero competentes eis possunt exemplares dici: quia ipsi aliorum debent esse regula exemplaris. Tantæ enim bonitatis debet esse princeps: ut quilibet suus subditus accipiat inde formam uiuendi: & cognoscat defectum suum uidens uitam & perfectionem principatis. Quare apud reges & principes non solum detestabile esse decet eos turpia operari: sed etiam nominare & audire turpia nefas esse debet. Bene ergo eis conservent exemplares virtutes: quibus secundum Plotinum nefas est turpia noiarum: sed cum tate bonitatis nullus esse possit absq; dei gratia & eius auxilio: quanto reges & principes alios excellere debent: tanto ardentius decet eos diuinam gratiam postulare. In hoc ergo eliditur philosophorum elatio. uolentium q; ex putis naturalib; possemus oia mala uitare: & perfectam bonitatē acquirere. Quod bonarum dispositiōum: quædam sunt virtutes: quædam supra virtutes: quædam annexæ virtutibus: quædam dispositiæ ad virtutem.

Cap. xxxiiii.


**d**icebatur enim supra q; licet largo modo accipiēdo virtutes: omnis bona dispositio mentis possit duci quædam uirtus: attamen bonarum dispositiōum magis sunt annexæ & amminiculatæ virtutibus: & disponentes ad virtutem: q; sint virtutes. Sic etiam quædam dispositiōes bonæ magis debet dici supra virtutes q; uirtus. Sed quō hoc esset non probabatur: quia nondum declarata erant ea per q; hæc omnia innotescunt. Sed uisis præhabitib; oñdere quō hæc sic se habent: non est difficile Nā embulia & silensis sine consiliatiua & iudicatiua virtutes sunt accipiēdo virtutem large. Vnde & phūs. vii. ethi. eas virtutes appellat. Accipiēdo virtutem tamen ut hic de virtute loquimur: aliquo modo deficiunt a ratione virtutis. Nam ut dicitur. ii. ethi. q; ad virtutē pertinet prior sciēs: deinde eligens: & tertio firme & imobiliter operi: quare cum embulia consilief. sinensis iudicet. Prudentia präcipiat firmiter & imobiliter operi secundum consiliata & iudicata. Prudentia quæ immediatus se tenet ex parte operis est posterior: & magis hæc rationem virtutis q; consiliatiua & iudicatiua: ille ergo magis sunt adminiculantes & deseruiētes virtuti q; sint virtutes. Bene ergo dictum est q; bonarum dispositiōum: quædam sunt adminiculantes: & annexæ virtutibus sed quædam sunt disponentes ad virtutē: ut perseverantia & continentia. Continentia. n. non proprie est virtus quia virtuoso delectabile est benefacere. Continenſ enim licet non sequatur passionem sed rationem: ramen quia non est continens: nisi quia contra passiones se tenet: rōne pugnæ q; sentit: non est ei delectabile benefacere: q; diu ergo aliquis est continens: & q; diu hæc passiones fortes: non hæc perfectum usum rōnis

& uirtutis. Attamen uincendo passiones illas disponitur ut sit virtuosus: quare continentia licet possit dici uirtus large accepta uirtute. Magis tamen uidetur esse dispositio ad uirtutem q; uirtus. Sed cum continentia potior sit q; perseverantia: accipiendo perseverantiam ut de ea loquitur pūs: deficit a ratione uirtutis: propter quod non ē uirtus. Sed uel est dispositio ad uirtutem: uel est quædam conditio sequens uirtutem. Declarare ergo quō perseverantia est dispositio ad uirtutē & quō est conditio sequens uirtutem: non ē pūtis speculationis. Sufficit autem ad pūs scire q; loquendo de perseverantia ut superius dicebat: & ut de ea loquitur phūs: est quædam dispositio ad uirtutem. Virtus aut heroyca: quam diuinam uocare possumus: magis est supra uirtutem q; sit uirtus. CVN phūs. vii. ethi. loquens de hæc uirtute ait: q; nō est uirtus sed quid honorabilis uirtute. Cum ergo prudentia: iustitia & alia: de quibus superius tractauimus: sint uirtutes. Consiliatiua & iudicatiua sint annexæ uirtutibus: q; a sunt adminiculantes annexæ prudentiæ. Continentia uero & perseverantia sint dispositiones ad uirtutem. Heroyca sit supra uirtutem: bene dictum ē: q; bonarum dispositiōum q;dam sunt virtutes: quædam annexæ uirtutibus: quædam disponentes ad uirtutes: quædam uero sunt supra uirtutes. Ut ergo reges & principes possint bonas dispositiōes mentis habere decet eos hæc genera dispositiōum cognoscere.

Incipit tertia pars primi libri de regimine principum.

Quot sunt passiones animæ: & quomodo accipiendus est eorum numerus.

Cap. i.



Xpeditis duabus partibus huius operis: quia ostēsum est in quo reges & principes suū finem ponere debeant: & quomodo oportet eos virtuosos esse. Restat exeq; de tertia parte huius primi libri ostendēdo quas passiones & quos motus aī reges & principes debeat imitari. Sed cū hoc sciti non possit nisi prius sciuemus: quot sunt hīc passiones & quæ illæ sunt magis pincipales: & quæ sunt laudabiles: & quæ uituperabiles. Ideo de hiis primo tractabimus accipiēdo autem numerū passionum. Sic dicere possumus q; sunt duodecim passiones. uidelicet: amor odium: desiderium: abhōatio: delectatio: tristitia: spes: despatio: timor: audacia: ira: & māsuetudo. Computabat. n. supra māsuetudo iter virtutes sed hoc est ppter uocabulorū penuriā: ut ait phūs. iiiii. ethi. Māsuetudo enī ppter noiarū uidet passionē oppositā irā. Sed cū sit quædam uirtus inter irā & māsuetudinem: q; a uirtutē illā ppter noie noiarē nescimus: noiam? eā noie māsuetudinis: eo q; illa uirtus pl̄ cōicat cū māsuetu die q; cū ira. Erit māsuetudo æquocū ad uirtutē:

& ad passionē oppositā irā. Si quis autem labo  
rare uellet cuilibet posset inuenire nomen p̄pri-  
um. Sed cum constat de re: de uerbis minime est  
curandum. ¶ Enumeratis ergo passionibus sic  
potest accipi eorum numerus: quia passiones p̄prie  
esse non habent nisi in appetitu sensitivo. Appeti-  
tus enim intellectivus quia non est uirtus in cor-  
pore: siue non est uirtus affixa organo: ab huius/  
modi passionibus ē semotus: erit ergo oīs passio-  
nū de passione loquimur in appetitu sensitivo. Sē-  
sitū autē appetitus ut supra diffusus diximus:  
diuiditur in irascibilem & concupiscibilem. Præ-  
dictae ergo passiones sic distinguuntur: quia pri-  
rerum uidelicet: amor odium: desiderium: ab/  
hominatio delectatio: & tristitia: pertinet ad cō-  
cupiscibilem reliquæ uero sex ad irascibile spectat:  
Numerus autem passionum concupiscibilis sic  
accipi potest: quia omnis passio & omnis motus  
animæ pertinens ad cōcupiscibilem: uel sumuntur  
respectu boni uel respectu mali. Si respectu boni  
hoc est tripliciter. Nam erga bonū per cōcupisci-  
bile tripliter passionamur. Nam bonum appre-  
hensum primo nobis placet: secundo tendimus  
in ipsum: tertio adepto quietamur in eo. Prout  
ergo nobis bonum aliquod placet: est in nobis  
amor: sed prout tēdimus in ipsum hēt esse in no-  
bis desiderium: prout uero quietamur in eo exi-  
stit in nobis gaudium & delectatio. Amor ergo  
desiderium & delectatio sumuntur respectu bo-  
ni. Odium uero abhominatio & tristitia: sumūt  
respectu mali. Nā prout malum nobis displicet  
est odium prout uero ipsum fugim⁹: est abhomi-  
natio: sed prout eo adepto dolemus hēt esse tristi-  
tia. ¶ Vito quomodo accipiunt passiones cōcu-  
piscibiles. Restat uidere quomō sumendæ sunt  
passiones irascibiles. Differūt autē heæ passiones  
ab illis: quia passiones cōcupiscibiles respiciunt  
bonum & malū absolute sumptū. Sed passiones  
irascibiles respiciunt bonum & malum in eo q̄  
arduum. Huiusmodi ergo passiones uel sumun-  
tur respectu boni uel respectu mali. Si respectu  
boni: hoc est dupliciter: quia uel ut in ipsum ten-  
dimus: & sic ē spes: nihil est enim aliud spes quā  
rendere in aliquod bonum arduum. Circa enim  
bona absolute sumpta potest esse amor: uel desi-  
derium: uel delectatio: non tamen ē spes circa ali-  
qua bona: nisi habeat rationem ardui: quare si tē-  
dimus in bonum arduum dicitur esse spes: sed si  
a tali bono deficimus: habet ē desperatio. Spes  
ergo & desperatio sumūt respectu boni. Aliæ  
uero passiones irascibiles sumuntur respectu ma-  
li. Nam malū dupliciter potest cōsiderari: uel ut  
futurum: uel ut præsens. Si consideretur ut futu-  
rum hoc ē dupliciter: uel ut ipsum aggredimur:  
ut sic est audacia: uel ut ab eo refugimus: & sic est  
timor. Si uero malum sit præsens hoc etiam est  
dupliciter: quia uel ex hoc consurgimus ad faci-  
endam uindictam: & sic est ira: uel a tali uindicta  
deficimus: & sic est mansuetudo. Cum ergo non  
possint pluribus modis variari. Nostri. n. motus

& nostræ affectiones i uniuerso duodecim erūt  
passiones: sex pertinentes ad concupiscibilem: &  
sex ad irascibilem. De quibus omnib⁹ in Retho-  
ricis diffusi⁹ diximus. Hæc autem sufficient sup-  
ficialiter pertransire.

¶ Quæ p̄dictarum passionum sunt priores: & q̄  
postiores: & quem ordinem habent ad inuis-  
cem.

Cap. ii.

Via null⁹ bñ seipsum rege⁹ pōt: nisi sci-  
at q̄ passiōes fugiēdæ & q̄ psequēdæ.  
Sed i hoc primo libro determinare in-  
tēdim⁹ de regime sui. Vidēdū est quot sunt pas-  
siōes & quē ordinē hñt adiūcē: & q̄ sunt magis  
principales: & q̄ min⁹: & q̄ uia passio reducitur  
ad aliā: quia ex oībus aliis magis innotescit nobis  
natura i pax passiōnū: q̄ inspecta cognosce⁹ pos-  
sum⁹ q̄ sunt laudabiles: & q̄ sūt uitupabiles: & q̄  
sunt sequēdæ. & q̄ sunt fugiendæ. ¶ Vito ergo  
quot sunt passiōes & q̄o accipit eāz numerus  
uidendū ē quē ordinē habeat ad se iuicē. Ordo  
at eāz dupliciter pōt accipi uel singulatiter: uel p  
combinationē. Accipiendo ergo hñm̄ ordinē  
secundū combinationē: dice⁹ possumus primas  
passiones ēē amor & odiū. In secundo uero gra-  
du sunt desideriū & abhominatio. In tertio uero  
spes & desperatio. In quarto at timor & audacia.  
In quinto at ira & māsuetudo. Ultimæ at passiōes  
sunt delectatio & tristitia. Delectatio enī & tristi-  
tia consequunt ad oēs alias passiones. Nā quacū  
q̄ passiōe q̄a passionet & uel delectat: uel tristat.  
Ideo hæc duæ passiōes post omnes alias collocā-  
de sunt. Amor autē & odium sunt simpliciter pas-  
siōes primæ: Nā sicut delectatio tristitia ad oēs  
alias passiōes consequunt: quia omnes aliae passiōes  
uel terminat ad delectationē uel ad tristitiā.  
Sicut amor & odium alias passiones pcedunt: q̄  
re oēs aliae passiones: sumūt originē: uel ex amo-  
re: uel ex odio. quicūq̄. n. passionat aliq̄ passiōe:  
uel sic passionat: quia amat. uel q̄a odit. Post amo-  
rem at & odiū esse habet desideriū & abhomin-  
atio. Nam desideriū īmediate innitit amori. cū. n.  
amamus aliquid uel desideram⁹ i p̄m habere: uel  
si i p̄m habeam⁹ desideramus conseruari i haben-  
do i p̄m: abhōiatio uero īmediate īnitit odio q̄a  
statim cum odimus aliqd abhominamur illud:  
quare sicut amor & odium sunt passiōes primæ:  
sic desiderium & abhominatio sunt passiones  
secundæ. In tertio autem loco ponēdæ sunt spes  
& desperatio. Nam spes & desperatio cum sumā-  
tur respectu boni: pcedunt timorem & audaci-  
am: iram & mansuetudinem. quæ sumuntur re-  
spectu mali. Timor autem & audacia pcedunt  
iram & mansuetudinem. Nam cum aliquid pri-  
us sit futurum quam præsens: timor & audacia  
q̄ sumuntur respectu mali futuri pcedunt irā &  
māsuetudinem: quæ sumuntur respectu præsen-  
tis. ¶ Plane ergo patet: quem ordinem habent  
dictæ passiones si sumantur binæ & binæ. Acce-  
ptæ uero singulariter sic ordinari debent: quia  
amor est prior odio: desiderium abhominatio:

**spes desperatione: timor audacia: ira mansuetudine: delectatio: tristitia.** **C** Amorem est prior odio quia semper passio sumpta respectu boni secundum quod huiusmodi prior est passione sumpta respectu mali. Nam appetitus per se & primo tedit bonum. Si autem refugit malum: hoc est ex consequenti inquit fugere malum habet rationem boni. Amor ergo est omnino prius motus & prima passio. Nam ipsum odium ex amore sumit originem: nisi amorem aliquid nihil abominaremur uel habemus odio. Nam quia diligimus bonum & iustitiam odimus & abominamur fures & iniustos. Desiderium autem quod innititur amore praecedit abominationem quae innitis odio spes uero pcedit desperationem. Nam si primum uolitum est bonum: & quid est uolitum est uolitum sub ratione boni: passio quae magis coniungit nos bono secundum quod huiusmodi pcedit alias passiones: & quia tendere in bonum est magis coniungi bono quam deficere ab ipso: spes per quam tedi mus in bonum praecedit desperationem quam deficimus ab ipso: timor autem praecedit audacia. Nam sicut quia appetitus per se & primo intendit coniungi bono. Ilo passio quae tedit in bonum est prior passionem quae deficit ab ipso. Sic quia refugere malum habet ratione boni: uero timor per quem refugimus malum: prior est audacia per quam aggredimur ipsum. Ira autem in genere passionum est prior mansuetudine. Nam mansuetudo proprie non est passio: sed magis est deficere a passione: illo in genere passionum ira mansuetudinem praecedit. **V**trum autem secundum aliquem alium modum mansuetudo pcedit iram inuestigare non est presentis negotii. Delectatio autem quae est respectu boni prior est tristitia quae est respectu mali: quia ergo uisum est quod sunt passiones: & quod ordinant ad inuidem: ex his quod dicta sunt aliquo modo figuraliter & typo inotescit in nobis natura ipsorum: quod cognita cognoscere possumus quod sint plequedae: & quod uitadæ passiones praedictæ. Quod scire tanto magis decet reges & principes: quanto per passiones ipsorum maius ualeat idu ci malum & potest bonum excellentius impediri. De hoc tamen infra diffusius tractabitur.

**Quomodo decet reges & principes se haberi ad odium & ad amorem.**

### Cap. iii.

**A**ffiones tamen quia diuersificat regnum & uitam nostram: ideo necessarium est ostendere quomodo nos habere debeamus ad illas oportebat ergo enumerare omnes passiones ut sciremus numerum passionum de quibus determinare debemus: oportebat etiam ostendere ordinem eas ut sciremus quo ordine determinaremus de illis: quod cum amor & odium sint passiones primæ: prius uidentur est quod deceat reges & principes esse amatiuos & oditiuos: & ut ostendamus nomine amoris: si solu ut est passio proprie sumpta: sed est ut repetitur in appetitu sensitivo & itellectivo. Dicere possumus quod semper obiectum amoris est bonum. ubi ergo repetitur magis ratio bonitatis ibi esse debet magis principialis magis intensus amor. In bonis autem

uidelicet quos mores debeat imitari. Mores autem dupliciter diuersificari possunt ab aetate: & fortuna. Ab aetate quidem: quia alios mores habent iuuenes: alios senes. Alios illi qui sunt in statu fortunae. Etiam mores fortuæ diuersificati dicuntur. Nam bona fortunæ cuiusmodi sunt bona exteriora: ut nobilitas: potentia: & diuitiae: non modum cum more diuersificata. nam ut plurimum alios mores habent nobiles. qui ignobiles: & alios potentes qui impotentes: & alios diuites qui pauperes. De omnibus autem his moribus dicemus. Sed primo de moribus iuueni quorum mores. Quidam sunt laudabiles. quidam uituperabiles. Inter alia quidem quæ tangit physis de iuuenibus. ii. retho. tangit sex mores laudabiles: & sex uituperabiles. Primo. n. sunt iuuenes moris laudabiles: quia sunt liberales. Secundo quia animosi & bonæ spei. Tertio quia sunt magnanimi. Quartu[m]o quia sunt maligni moris. Quinto quia sunt de facili miseratiui. Sexto & ultimo quia sunt uerecundi erubescitui. Sunt. n. iuuenes liberales. qui non sunt expti indigentiae: & bona quæ habent non acquisuerunt proprio labore. Nam quilibet cum maiori diligentia retinet facultates suas: quando propter indigentiam passus est aliqua mala. uel quæ facultates illas acquisiuit propria industria & proprio labore. Nam quod cum labore acquiritur: diligentius retinet. Imo adeo quilibet delectatur in proprio operare: quæ quicquid sua industria acquirit: carius possidet. Secundo. iuuenes sunt bonæ spei. quod triplici ratione contingit. ut probat physis. ii. retho. Sunt. n. iuuenes animosi & bonæ spei. Primo: quia paucorum experientia. non in multis sunt passi repulsæ. Ideo credunt oia obtinere. Sunt etiam bonæ spei. quia in eis multum abundat calor. Corde autem & aliis membris inflamatis ex calore existente in ipsis iuuenibus: sicut iuuenes bonæ spei & animosi: ut oia audiant. Rursus iuuenes parum uixerunt in praeterito: & secundum cursum naturalem debet multum uiuere in futuro. Cum ergo memoria sit respectu præteriorum: & spes respectu futurorum iuuenes parum uiuunt memoria: & multum uiuunt spe. Non. n. multum delectant iuuenes. in his quæ fecerunt quia memoratur se modica fuisse. Sed multum delectant in cogitando: quæ facturi sunt. Sperant. n. se magna facere: quæ contingit eos animosos esse & bonæ spei. Tertio contingit eos esse magnanimos: cuius causa ex præcedentibus assignatur. Nam ex hoc est quis magnanimus: quia dignificat se magnis: & ingerit se ad faciendum magna. Iuuenes ergo: cum sint liberales: & cum sint animosi & bonæ spei: non habent unde retrahatur: quin sint magnanimi. Posset etiam ad hoc specialis ratio assignari. Nam cum iuuenes sint percalidi: & calidi sit superferri. iuuenes semper uolunt superferri. & excellere. Sic. n. uideamus in ordine uniuersi: quæ semper calida elemeta ut ignis & aer: superferuntur frigidis. uidelicet terra & aquæ. Cum ergo inter cetera per quæ

quis uidetur superferri & excelleat sit honor & gloria. iuuenes quia sunt percalidi & cupiunt excelletere maxime desiderant gloriam & honorem & perconsequens aliquo modo sunt magnanimi. cuius propria materia uidetur esse honor. De quanto iuuenes sunt laudabiles: quia non sunt maligni moris: quia non credunt alios esse malos. Sed ut plurimum credunt omnes homines esse bonos. Cuius ratio est. quia inexperti de factis aliorum: non iudicant de factis hominum secundum ea quæ uiderunt. sed secundum quæ uidetur in seipsis sic creditur eis in aliis. Ideo dicitur. ii. retho. quæ pueri sua innocentia alios mensurant. Sicut enim ipsi sunt innocentes. sic credunt alios innocentes esse. De quanto iuuenes sunt de facili miseratiui. quia ut supra dicebatur: ex hac misericordia maxime consurgit. si credamus alios indigne pati. Quare si iuuenes sua innocentia alios mensurant & credunt alios indigne pati de facili mouentur ad misericordiam. Sexto iuuenes sunt erubescitui & uerecudi. nam quilibet timet perdere quod nimis affectat. Erubescitua autem & uerecundia ut dicebatur: est timor inglorificationis. Cum ergo iuuenes qui percalidi nimis affectent excelleant: timet inglorificari. quare de facili erubescunt. Philosophus tamen secundo retho. aliam causam uidetur tangere quare iuuenes sunt naturaliter uerecudi. nam ut ipse ait: nihil nouerunt nisi quia sunt docti a lege. Appellat. n. ibi doctrinam legum monitiones paternas: uel maternas. per quæ instruuntur pueri. Cum ergo matres semper monent suos filios ad honestam. quia honestum id est quæ honoris status. Iuuenes multum affectant ea quæ importare uidentur honoris statum. & per locum ab oppositis multum timent: quæ important ignominiam & inhonorationem: & quæ erubescitua est timor inglorificationis: iuuenes de facili erubescunt. Vizo qui mores sunt laudabiles de iuuenibus. de leui patere potest quomodo reges & principes se debeant habere ad illos. Nam non quicquid est laudabile in hoc est laudabile simpliciter. Videmus. n. quæ esse furibundum est laudabile in cane. Non tamen est laudabile in homine. Sic licet uerecundari sit laudabile in iuuenibus. Quia ratione aetatis se contineat non possunt: quin committant aliqua turpia: de quibus decet eos uerecundari. Reges autem & principes quos decet esse quasi semideos non solum quæ turpia committant. sed abominabile eis esse debet quæ audiant turpia nominari. quia corrupti bonos mores colloquia prava. Non ergo sunt in statu quæ debeant uerecundari. Non ergo decet eos uerecundari: nisi ex suppositione: quia si contingat eos operari turpia: uerecundari deberent et plus quam alii. eo quæ magis indecerter se gererent. Prima ergo quæ quæ diximus laudabilia in iuuenibus: adaptare possumus regibus & principibus. quia decet eos esse liberales: bonæ spei: non maligni moris: magnanimos: & miseratiuos. Sextum autem uideli-

cet esse uerecundos: non deceat simpliciter competrere regibus & principibus. Decet. n. reges & principes esse liberales. quia contra naturam agentes: si multitudinem diuitiarum qua possunt nisi multiplicarent in debitos & pios usus. ut supra in tractatu de liberalitate sufficienter tetigimus. Decet et eos tanto magis esse bona spei quam alios: quanto facta contra circa quae insudare debent: sunt digniora quam alia. Rursus decet eos esse magnanimos: quia ut dicebatur in quodam capitulo de magnanimitate. Maxime magnanimitas competit regibus & principibus. quia eos maxime magna decet opari & in ardua tendere. Sic et congruum est eos non esse maligni moris: sicut non de quibus libert habeant opinionem malam. Nam si acta subditorum semper interpretaretur in malam partem: contingere eos esse tyrannos & esse uastatores generum. Sic et decet eos esse miseratiuos. Nam ut ait philosophus. ii. retho. homines ut plurimum mala faciunt. Ipsa ergo humana fragilitas ueniam postulat pro delictis. quare reges & principes: secundum quod iuditium fit legis latio: quia infligunt pœnae: decet miseratiuos esse. Esse autem uerecudos non deceat eos simpliciter ut superius dicebas.

**C**Quot mores iuueniuntur sunt uituperabiles: & quo reges & principes ad huiusmodi mores debent se habere.

Cap. ii.

Iicut supra enumerauimus ipsorum iuueniuntur sex mores laudabiles. Sic enumerare possumus sex uituperabiles. Quas et tangit philosophus. ii. retho. Primo. n. iuuenes sunt passionum insecuri. Secundo sunt de facili uertibiles. Tertio sunt nimis crediti. Quarto sunt contumeliosi. Quinto sunt medaces oia quodammodo ptinaciter asserentes. Sexto in actionibus non habent nodum. sed oia faciunt ualde. Sunt. n. primo iuuenes insecuri passionum. & maxime insequuntur concupiscentias circa corpus. Sunt. n. incotinentes & insecuri uenereorum. quod dupli de causa contingit. Nam cum iuuenes sint percalidi & corpore calefacti uenereorum appetitus. naturalis dispositio corporis incitat iuuenes ad concupiscentias uenereorum. Rursus hoc idem couenit. quia quasi in oibus actionibus nostris. Vel sequimur passionem uel rationem. Et quanto minus uiget ratio in nobis. tanto magis passio uigoratur. Iuuenes ergo quia sunt inexerti & non uigent intellectu & prudetia: magis reguntur passione quam ratione. quae ut plurimum sunt passionum insecuri. Se cundo sunt de facili uertibiles. nam aia sequitur complexiones corporis. Sicut ergo in corporibus iuueniuntur: humores sunt in magno motu. Sic ipsi habent uoluntates & concupiscentias ualde uertibiles. Ideo dicitur. ii. retho. Quod iuuenes acutae concupiscunt. Sed cito saturantur. uehementer uolunt: sed de facili pmutantur. Tertio sunt nimis crediti. quod ut ad praesens spectat dupli de causa contingit. Primo quia non sunt maligni moris. non putant alios esse malos: sed sua

innocentia alios mensurant. Cum ergo naturale sit quodque de facili credat ei quem credit esse bonum: & quem non cogitat ex malitia loqui iuuenes credendo omnes esse innocentes: omnibus de facili credunt. Rursus hoc idem contingit ex in experientia. Nam ex multis sermonibus induti existentium: existentes ad pauca respicientes iudicant facile. Vnde & proverbialiter dicitur: quodmodum nouit cito iudicat. Iuuenes ergo quae non sunt multorum experti: statim cum eis aliis quod proponit negocium non ualent ad multa respicere. eo quod sint multorum ignorari statim de illo negocio iudicant & credunt sic esse ut eis proponitur. Si. n. multa cognoscerent conditio nes hominum considerare scirent: non statim absentient corde oibus his quae eis dicuntur. sed diligenter inspicerent utrum illa essent credenda. Quarto sunt contumeliosi. Nam ut supra dicebat: iuuenes maxime appetunt excellere. Quia ergo uidetur eis: quod excellant contumelias inferunt de facili sunt contumeliosi. Quinto sunt mendaces & quodammodo oia pertinaciter asserunt. Nam quia sunt inexperti: ignorant scipios & oia scire putant. Ideo de omnibus respondet & uolunt uideri omnia scire: & omnia affirmat ut omnia scire uideantur. Et quia affirmat quae ignorant de facili mentiuntur. Postquam autem metiri fuerunt appetentes gloriam sunt ptinaces in mendacio. Contingant. n. se esse ingloriosos si appareat non sic esse ut dicunt. Sexto in suis actionibus non habent modum. sed omnia faciunt ualde. Vnde dicitur. ii. retho. quod amant ualde. odiunt ualde. & oia faciunt ualde. Hoc autem ideo contingit. quia sunt acute irae. habent uehementes concupiscentias. Nam irae & concupiscentiae: semper uehementes. nisi per rationem moderentur. Iuuenes niendaces sunt: nisi per rationem moderentur. Iuuenes igitur: quia magis uiuunt passione quam ratione: non habent concupiscentias moderatas sed omnia faciunt ualde. Viso qui sunt mores iugenum uituperabiles. de facili uideri potest quo reges & principes ad hmoi mores debeat se habere. Nam si talia sunt uituperabilia in iuueniibus: multo magis sunt uituperabilia in adultis. & adhuc multo maxime uituperabilia sunt in regibus & principibus: qui debent esse caput & regula aliorum. Indecens. n. est reges & principes esse passionum insecuri: & uenereorum habere concupiscentias uehementes. quia in eis maxime dominari habet ratio & iter lectus. Qui autem sic se habent non uiuunt ratione sed passionem. Rursus detestabile est eos esse pmutabiles & uertibiles. Nam cum inconueniens sit regulare eē obliquam reges & principes qui debent esse forma uiuendi & regula aliorum: incoveniens est quod de facili puertantur: ymmo decet eos esse firmos & stabiles. Tertio indecens est: eos esse nimis crediti. Nam cum multos habent adulatores & plurimi sint in eorum auribus susurrantes: cum maxima diligentia. cogitare

debent qui sunt qui loquuntur: utrum sint sapientes vel ignorantes. utrum virtuosos vel viciosos. quia credendum est magis sapientibus & bonis quam in scipientibus & malis. **C**uarto indecens est eos esse iniuriatores & contumeliosos. Nam poenas inferre debent non iniuriam vel contumeliam vel nequitam: sed propter iustitiam & propter cōe bonum. **C**inquo maxime a regibus & principibus: & universaliter ab omnibus dominantibus: est medacium fugiendum. ne seipso contemptibiles reddant. si. n. mendacium reddit hoies contemptibiles quanto magis indecens est regiam maiestatem contemptibilem esse. tanto maiori cautela studere debent ut inherent ueritati. **C**in sexto indecens est eos non habere modum inactionibus suis. quia cum alia sint moderanda per measuram. maxime decet mensuram & regulam moderatā esse reges & principes ergo quia aliorum debet esse regula & mensura potissimum eos decet moderatos esse.

**C**in quo mores senum sunt uituperabiles. & quomodo reges & principes uitare debeant hos mores.

Numeratis moribus iuueniū: & ostēso quō ad mores illos reges & principes se debeant habere. Restat uidere quā sunt mores senum & quō reges & principes se debeant habere ad mores illos. Senum autem quidam mores sunt laudabiles quidam uituperabiles. Philosophus aur. ii. retho. Inter alios mores quos tāgit de senibus: enumerat sex uitupabiles mores. Prīo. n. senes sunt nimis increduli. Secūdo sunt ualde suspiciosi. Tertio sunt timidi & pusillanimi. Quarto sunt illiberales. Quinto sunt diffisili spei: uel sunt malae spei. Sexto non uerecundantur sed sunt inerubescitui. **C**Sunt. n. primo senes increduli quā experientia contingit. Nam quia in multis expti sunt cognoscunt hoies in multis mentiri non de facili sit eis fides: sed credunt oēs alios esse deceptores. Ideo dī. ii. retho. Quod senes multis annis uixerunt: & in pluribus decepti sunt. ergo propter hanc experientiam contingit ipsos incredulos esse. **C**Scđo senes sunt suspiciosi. Quācūq. n. uidentur plurimum suspicatur malum & referunt ea in deteriorem partem. Videntur. n. senes ecōtrario disponi in iuueniū. Pueri. n. quia non multa mala fecerunt & innocētes sunt sua innocentia alios measurant: & oīa referunt in meliorem partem. Credūt. n. oēs bonos esse. Senes uero econtrario: quia multis annis uixerunt: & in multis peccauerunt: measurant facta aliōg: secundum ea quā gesserunt in seipisis: propter quod ut plurimum credunt alios esse. & in p̄tiorē partem referunt eorum opa. Vnde dī. ii. retho. Quod quia senes uixerūt multis annis esse non potest: quin in multis peccauerunt. Ideo sunt male suspiciosi: & omnia in deterius existimant.

**C**in tertio senes sunt pusillanimi & timidi. Pusillanimi. n. sunt quia sunt humiliati a uita. Propter. n. multum uiuere sunt humiliati & defec-

runt. Sicut ergo deficiunt in eis humores & uita. sic deficit in eis cor: & sunt pusillanimi. Sunt et timidi. quia ut dicitur. ii. retho. Infrigidatio præparat uiam formidini. Nam secundū phūm: Quicūq naturaliter sic disponit prout disponitur existens in aliqua passione naturaliter passio nae passione illa. Cum ergo timidi efficiantur frigidi. Quicūq est naturaliter frigidus sequit̄ q̄ sit naturaliter aliter formidolosus. Sequit̄ ergo senes esse naturaliter timidos: quia deficit in eis naturalis calor & habet membra naturaliter frigida. **C**uarto sunt illiberales: quod tripliciter contingit. Primo ex defectu uite. Secūdo ex experientia temporis. Tertio eo quā non uiuit spe: sed memoria. Anima. n. ut plurimum sequitur complexiones corporis. Sicut ergo senes in propriis corporibus deficiunt: in humoribus & in uita. Sic uidetur ipsis quā oīa eis deficiant. Timentes ergo defectū pati sunt illiberales: & non audent expendere imo uidentes sic se deficere: nō confidunt de propriis uitibus. sed solū confidunt de his quā habent. Ponentes ergo in eis suam spē & confidentiā: non audēt expēfas facere. **C**Rur sus illiberales sunt ex experientia temporis. Quia n. multis annis uixerunt: credibile est eosuisse passos indigentias multas. Timentes ergo indigentiam pati: illiberales sunt. Contingit et eos illiberales esse. quia magis uiuunt memoria quā spe. Cogitat. n. se multum uixisse in p̄terito & parum uicturos in futuro. Ideo quia memoria est p̄teritorum: & spes est futurorum: non uiuunt spe: nec confidunt de his quā debent acquirere in futuro. sed uiuunt memoria: & confidunt de his quā acquisuerunt in p̄terito quā non confidentes de acquirendis sunt illiberales: & aquisita non de facili tribuunt. **C**in quinto sunt malae spei. Nihil. n. bene sperat: sed circa diā deficere credunt. Causa autem hīmōi assignata est in p̄cedentibus. Nam si spes ē futurorum: & memoria p̄teritorum: & senes multum uixerunt in p̄terito & parum credunt se uiuere in futuro: senes in sperando deficiunt: & modica se cogitationes facturos. Non. n. uiuunt nec delectantur in sperando: sed in memorando. Huiusmodi autem si gnum ē: quia quilibet libenter tractat ea in quibus delectatur. Videmus autem quā cum senes ad inuicem congregantur semper recitant res gestas: quas fecerunt. Non autem delectantur in recitando res fiēdas: quas sunt facturi. eo quā uideat se multa fecisse: & cogitat se pauca facturos. Sunt ergo difficilis spei. quia in sperando deficiunt: & pauca se facere sperant. **C**Sexto senes sunt in uerecundi & in erubescitui. Nam senes quia illiberales sunt magis curant de utili quā de honesto. Magis. n. student ad utilitatem quā ad ea quā requirit honoris status. ut uult philosohpus. ii. retho. Verecundia ergo cum sit timor in honora tionis. nō competit senibus. quia magis curant de utili quā de honore. Tota. n. causa quare quā est uerecundus. ut uult phūs est. quia uult haberi in

honore & uult reputari. Senes autem sicut deficiunt in uita & in humoribus & in calore naturali. sic deficiunt in aio & non curant reputari. q̄ re cōtingit eos esse iuvercundos. Posset autem una cā assignari quæ quasi cōis est ad omnia taeta. Dicunt est. n. senes eē frigidos. Frigidus. n. oia constipat & constringit: & constringēdo ea reddit ipsa grauiora & facit ea appetere inferiorem locum. Videmus. n. q̄ elementa frigida & grauias in inferiori loco collocant. Calida uero & leuia in superiori. Senes ergo quia frigidū sūt ex frigiditate constipantur & retrahunt in seip̄iss: & reddunt imobiles ut nihil audeant uel credant: nihil sperant: & ut non curent excellere: ne curent reputari. quia frigidū nō appetere locum superiore rem sed inferiorem. ¶ Viso qui sunt mores senum uitupabiles. de leui patere potest: quō reges & principes. ad hmōi se debeant h̄re. Nam cōstat q̄ licet reges & principes non debeant eē in oībus de facili creditu ut pueri. Non tñ decet eos eē incredulos: sed consideratis conditiōibus psonarum debet adhibere fidem his quæ eis dicunt secundū dictamen & ordinem rōnis. ¶ Secūdo non decet eos esse suspicioſos: ut oia referant in deterio rem partem. quia ex hoc continget eos esse ſeueros & imiferatiuos & incurerent maliuolentiam subditorum. ¶ Tertio nō decet eos esse timidos & pusillanimes. ino fortes & magnanimos. quia cum negocia respiciētia totum regnum circa quæ reges & principes insudare debet sint magna & ardua oportet eos esse fortes & magnanimos. ¶ Quarto detestabile est ipſos esse illiberales. nam supra cum de uitutibus tractabat: ſufficienter oīſum fuit q̄ non ſolū decet reges & principes esse liberales faciendo mediocres ſumptus. Sed etiam congruit eos esse magnificos magnifica faciendo. ¶ Quinto oportet eos esse bonæ ſpei quia ſi in oībus ſe crederent deficere nihil attemptarent & periclitare tur regnum. ¶ Sexto non decet eos esse iuvercundos eo modo quo ſenes existunt: ut q̄ nō curen de honoris ſtatū. & q̄ magis ſtudeant circa utilia q̄ opera honore digna. nō decet tamē eos uerecundiari. quia indecens eſt ipſos operari turpia: ex quibus uerecundia conſurgit. idon shis  
¶ Quod mores ſenum ſint laudabiles: & q̄ ſunt mores eoꝝ q̄ ſunt in ſtatu: & q̄ h̄ter reges & principes ad hmōi mores debeat ſe h̄re. Cap. iiiii.  
Ositis moribus ſenum uituperabilis.  
Restat enumerare mores ipſorum laudabiles. Videtur aut̄ philosophus ii. retho. Circa ſenes tangere quatuor mores: qui poſſunt eſſe laudabiles. Primo. n. ſenes habent concupiſcentias remiſſas tēperatas. Secūdo ſunt miſeratiui. Tertio dubia non pertinaciter aſſerunt. Quarto nihil agunt ualde. Concupiſcentiae. n. ſenum: & maxime circa uenerea ſunt moderatae & temperatae: quia ut ſuperius dicebat. Corpore exiſtent calefacto fit incitatio uenereoꝝ & concupiſcentiae: ergo p̄ locum ab oppositis corpore

existente inſtrigidato fit remiſſio uenereorum & concupiſcentiarum. Conſtat. n. q̄ concupiſcens uenerea per appetitum: in alia ſe extendunt. Hoc autem eſt contra rationem frigidi. Nam frigidi ſecundum q̄ hmōi non pprie ſe extendit in alia ſed magis conſtringitur in ſeipſo. Senes ergo ratione frigiditatis conſtringuntur in ſeipſis ut habeant concupiſcentias remiſſas. & moderatas. ¶ Ex hoc autem apparere potest quomodo ſenes ſunt illiberales. Nam cū p̄ illiberalitatē contingit peccare dupliciter. Primo ſi ultra q̄ ratio diſtet teneat quod habet. Secundo ſi præter rationem concupiſcat habere quod nō habet. Senes magis peccant per illiberalitatem in retinēdo quæ habent. q̄ in concupiſcendo indebitē q̄ non habent. Quia per frigiditatē magis conſtringuntur in ſeipſis q̄ ſe extendat ad aliam. Cum n. nulla ſit actio animæ in qua nō utatur aliquo modo organo corporeo. Sicut in opere artificia li uariato organo fit uariatio opis. Sic & in actio nībus animæ corporæ trāmutatio anima ſequitur complexiones corporis & fit uariatio actio num eius. Corpore igitur iſtrigidato anima per appetitum inclinatur ut ſequatur modum frigi di. Et quia frigidum reſtrigif & condensatur: & remittitur in ſeipſo: Ideo ſenes ratione frigiditatis cōcupiſcentias habet remiſſas. Ut uult philoſophus. ii. ethi. ¶ Secundo ſenes ſunt miſeratiui. Sed uult philoſophus ait. Non propter eam causam miſeratiui ſunt ſenes & iuuenes. Iuuenes. n. miſeratiui ſunt propter amicitiam. ſenes autem propter imbecillitatem. Quilibet. n. miſeretur ſup amico & ſuper eo quem credit in digne pati. Iuuenes ergo quia ſunt amatores amicitiarum: & quia ſua innocentia alios mensurāt exiſtimant omnes bonos eſſe. Quare ſi patiente putant eos indigne pati. Propter quod de facili miſerentur. Senes uero ſunt miſeratiui. Quia credant alios bonos eſſe. Vel quia ſint amatiui amicitiarum. Sed quia quilibet cum eſt in imbecillitate uel in defectu deſiderat ut alii compatiuant ei: & miſerentur eius: propter quod & ipſi de facili inclinanſur: ut miſerantur & compatiātur aliis. Senes ergo propter imbecillitatem: quia tiellent ſibi alios compati & miſererit: de facili compariuntur & miſerentur aliis. ¶ Tertio nihil dubium pertinaciter affirmat. Nam ut ait philosophus. ii. ethi. Quia ſenes uixerunt multis annis: & uiderunt q̄ ſaſe ſunt decepti: non audēt pertinaciter aliiquid aſſerere. Timentes ne intra res ſe habeat & decipiāntur. Ideo philoſophus ait: q̄ ſenes omnia dubie ſententiant & ſe per apponunt ibi: quia uel forte. Et nihil fixe pronunciant. Cum enim ab eis queritur de ali quo negocio dicunt forte ſic eſt. Vel quodam modo ira erat. Timentes enim decipi nihil firme ſententiant. ¶ Quarto nihil agunt ualde: ſed in omnibus operibus ſuis uidentur eſſe tempeſti. Nam ſicut iuuenes quia in eis abundant concupiſcentiae & paſſiones in omnibus

tenent extremum: & oia agunt ualde. Sic senes quia habent passiones & concupiscentias remisas ut plurimum agunt oia moderate. ¶ Viso q̄ sunt mores iuuenum & seruum. de leui apparere pōt: qui sunt mores eorum: qui sunt in statu. Nā illi qui sunt i statu & sunt medii inter senes & iuuenes: ut uult phūs. ii. reho. Habet quicquid laudabilitatis est in senibus uel in iuuenib⁹. Nam ipsi qui nec sunt nimis percalidi: ut iuuenes. nec infringidati: ut senes. nec sunt sic animosi & praeuolantes. Non sunt sic timidi & pusillanimi: ut senes. Sed timentes medium inter utrosq; sunt timidi. Vbi est timendum. & audaces: ubi est audiendum. Sic etiam quia nec sunt oio inexperti ut iuuenes. Nec sunt in tot decepti. ut senes. Nec oībus credunt q̄ faciunt iuuenes pp inexperientiam. Nec oio discredunt quod faciunt senes. eo q̄ sint in multis decepti: sed habet se medio modo. Ideo dicitur. ii. reho. q̄ qui sunt in statu: nec sunt oībus credentes: nec oībus discredentes. Sed iudicantes magis secundum uirtutem. Amplius quia sunt medii inter senes & iuuenes. Nec sunt in temperati: ut iuuenes: nec sunt formidolosi & inuiriles: ut senes: sed ut dicitur. ii. reho. Sunt uiriles cum temperantia & temperati cum uirilitate. Ut ergo sit ad unum dicere quicquid laudabilitatis: & in senibus uel in iuuenib⁹: totum reperitur in hiis qui sunt in statu. Et quicqd uituperabilitatis est in eis totum remouetur ab illis. Nam ut supra pluries dicebatur: semper extrema sunt uituperabilia & medium est laudabile. Si ergo in senibus uel in iuuenib⁹ est aliquid laudabile: hoc est: quia non omnino recedunt a medio. Si autem est in eis aliquid uituperabile. hoc est: prout esse habent in extremo. Quare si quicqd medii est in senibus uel in iuuenib⁹ totum per amplius & perfectius reperitur in his qui sunt in statu: quicquid laudabilitatis est in eis: totum reperiri debet in hiis qui sunt in statu. Rursum q̄a quicquid extremitatis est in eis: remouet ab eis qui sunt in statu. Et quicquid uituperabilitatis est in illis: remouet ab hiis q̄ sunt in statu. Sic ergo loquenduni est de moribus hominum. nō tñ intelligenda sunt talia omnino necessitatem habentia: ut q̄ senes nō possint esse liberales & magnanimi. & q̄ iuuenes non possunt esse temerari & stabiles. Sed intelligenda sunt secundū quādam pronitatem & inclinationē quia secundum cursum naturalem & secundum ordinem quem uidemus iuuenes & senes: & illi qui sunt i statu quādam pronitatem & inclinationē habent ad mores eis convenientes: ut est p habitu manifestum. ¶ Hiis uisis: de leui patere pōt quo reges & principes ad homini mores debeant se habere. Nam mores laudabiles seruum: secundum q̄ homini sunt eos habere decet. Nam cum reges & principes magis debeant uiuere ratione q̄ passione. decet eos habere concupiscentias temperatas. quia ut supra dicebatur: concupiscentiae si uehementes sint rationem percutiūt. Decet etiam

eos esse miseratiuos non pp defectum. uel ppter imbecillitatem. sed pp bonum regni: & ut magis amentur ab hiis qui in regno sunt. Nam totum regnum ad dilectionem regis prouocatur si uiderit ipsum esse clementem & misericordem. ¶ Tertio non decet reges & prin. dubia pertinaciter in alteram partem asserere: ne per hoc iudicent leues & indiscreti. ¶ Quarto in suis actionibus debet habere moderationem & temperamentum. quia ut dictum ē. ipsi esse debent forma uiuēdi & regula aliorum. Seruum ergo & iuuenum aliqui mores sunt imitandi. aliqui fugiēdi. Sed eorum qui sunt in statu quodammodo oēs mores sunt imitandi. Dicimus autē quāda modo. quia sicut senes & iuuenes habent quāda pronitatem naturalem & inclinationem ad mores uituperabiles. possunt tñ contra illam pronitatem facere consequi laudabiles mores. Sic & illi q̄ sunt in statu. & si de se pronitatem habet ad mores laudabiles: possunt tñ cōtra istam pronitatem facere. ut per corruptionem appetitus se quantur uituperabiles mores. quare si dignum est dominari rationi & intellectui. decet reges & principes qui aliis dominātur. sequi mores laudabiles: secundum dictamen & ordinem rōnis. ¶ Qui sunt mores nobilium: & quomodo reges & principes se habere debeant ad illos mores.

Cap. v.

Rout ad præsens spectat dicere possimus ipsorum nobilium esse quatuor mores laudabiles. Primo enī sunt magnanimi. Secundo magnifici. Tertio dociles & industres. Quarto sunt pollutici & affabiles. Sūt enim nobiles magnanimi. Nam nobilitas ut dicitur secundo reho. idem est q̄ uirtus generis. Ex hoc enim aliqui dicuntur esse nobiles. quia pcesserunt ex genere nobili. Genus autem honorabile dicitur: ut uult philosophus secūdo reho. Si ab antiqua ex illo genere proceſſerunt multi præsides: & multi insignes. Virtus autem generis quam dicit philosophus nobilitatem esse. nihil ē aliud q̄ esse ex aliquo genere: uel ex aliqua prosperitate: in qua etiam ab antiquo fuere multi principantes & multi insignes. Sic ergo sentiēdum est de nobilitate. uerum quia secundum cōmūnem opinionem hominum oia mēsurantur nū mismate. & diuīciae uidentur esse precium rei cui iūlibet. ex hoc q̄ aliqui sunt diuites reputantur digni principari: & eo ipso credunt esse insignes & honore digni. quia ergo sic est nobilitas secūdum cōmūnem acceptiōnem hominum nihil est aliud q̄ antiquatæ diuīciae: quia ergo nobiles ex antiquo fuerūt præsides: & in suo genere fuerunt multi insignes & diuites: eleuator cor nobilium ex exemplo parentum ut tēdant in magna & sint magnanimi. Naturale est enim q̄ semper effectus uult assimiliari causæ: cum filii sint quādam effectus parentum. Naturale est filios imitari parentes. Nobiles ergo aduententes q̄ in eorum genere fuerunt multi insignes & tendentes

in ardua: ut imitent parentes affectant magna & contingit eos esse magnanimos. Secundo nobiles non solum sunt magnanimi & magni cordis: sed etiam si ad sit facultas sunt magnifici & facientes magna. Nam cæteris paribus semp filii sunt nobiliores parentibus. Nam ut dictum est nobilitas idem est secundum communē acceptationem q̄ antiquat̄ diuitiæ uel q̄ uirū & honorabilitas generis. Genus autem alicui⁹ maxime reputatur honorabile: si ab antiquo affluebat diuitiis: cum ergo semper fit dare initium: i quo genitores alicuius ditari incooperunt: quā magis proceditur procreationem filiorum: tanto minus est memoria genitores suos fuisse parentes: ideo semper augmentatur nobilitas: & s̄q̄ sunt magis antiquat̄ diuitiæ in filiis quā in parentibus: quare cum nobilitas semp inclinet animum nobilium ut faciat magna sequitur nobilis esse magnificos: etiam magis quam parentes: quia quodammodo sunt nobiliores illis. Ideo nobiles non solum sunt magnifici: sed etiam nuntur maiora facere quam parentes. Vnde Philosoph⁹ quarto Rethoricorum ait. Quod magnanimos & magnificos decet esse nobiles & gloriosos. Vult. n. ibidem q̄ nobiles ex sua nobilitate incitantur ut sint magnanimi & magnifici. Tertio nobiles sunt dociles: & industres: quia duplii de causa cōtingit. Una sumitur ex nutrimento & ex custodia corporis. Alia uero ex conuersatione & societate quadam aliorū. Cū enim nobiles cum magna diligentia nutritur: & cum magna cura p̄petuum corpus custodiāt. Rationabile est eos habere corpus bene dispositum & bene complexionatum. Cum ergo molles carne: aptos mēte dicamus: ut uult philosophus secundo de anima: contigit nobiles habent mentem aptam: & esse dociles & industres: q̄ i eis uiget carnis mollices: & bonitas complexio nis. Rursus hoc idem contingit ex conuersatione & societate aliorū. Nobiles. n. quia multos habent respicientes ad eos: & sic considerantes eos facta incitantur ut sint uiri meditati qui subtiter inuestigātes: quod decet eos facere: ne opa eorum quā multi desiderant repræhensibilia uideant: quare contingit eos ex diligenti consideratione suorum agibilium esse dociles & industres. Ex hoc autem apparere pōt: quanto odierunt sunt adulatores: oīa eorum facta cōmēdātes. Cum. n. nobiles non repræhendunt: sed ab adulatoribus etiam eoꝝ mala facta cōmendantur: disponunt: ut seipsoſ ignorent: & sequant uoluptatem: nō rōnē. Maxime ergo nobiles sunt dociles & industres si timentes repræhēsibilia face re: diligenter considerent: quid agendū. Quar to nobiles contingit eē polliticos: & affabiles. Nam quia ut plurimum in curis nobilium cotuerit esse magna societas: quia ut plurimum in societate uixerunt. Sicut. n. rustici quia quasi solitarii uiuūt: sunt rudes & silueſtres. Sic nobiles econtrario: quia sociali uiuentes sunt sociales &

affabiles. Hos autem mores qui possunt esse boni & laudabiles: q̄uo h̄c oporteat reges & principes in ante habitis sufficienter est dictū. Di ximus enī supra cum de uirtute tractauim⁹: q̄uo decet reges & principes esse magnanimos: q̄uo magnificos: quomodo prudentes & dociles: & quomodo affabiles & sociales. Viso qui mores nobilium sunt laudabiles. Videre restat qui mores sunt uituperabiles: Narrat autem phūs secundo rethoricō. Duos mores uituperabiles quos dicit competere ipsis nobilib⁹. Nobiles. n. sunt nimis honoris appetitiui. Secundo sunt p̄ genitorum despectores. Naturale est enī q̄ qui libet uult accumulate ad id quod h̄et. Iō qui incipiunt ditari uolunt fieri ditiiores. Et q̄ sunt honorabiles: uolunt esse honorabiliōres. Nobiles ergo: quia ex suo genere uidentur esse honorabiles: ideo uolunt accumulare ad id quod habet: uolunt fieri honorabiliōres: ideo sunt nimis honoris appetitiui. Secundo sunt elati & despectores progenitorum: ut plurimum enī nobiles maiores se reputant quā patres suos: quod ideo contingit: quia semper nobilitas longe facta est maior quam propinquā: quia semper est magis antiqua. Esse autē elatos & despicer suos p̄genitores: & nimis esse honoris cupidi: uidetur eē mali moris. non enim debemus appetere ipsos honores ī se: quia hoc faciūt elati & superbis: sed debemus appetere opera honore digna: quod faciunt uitiosi & magnanimi. Reges ergo & principes cūm non possint naturaliter dominari: nisi sint boni & uirtuosī: decet eos seq̄ bonos mores nobilium: ut sint magnanimi & magnifici. Prudētes & affabiles: & fugere malos mores ut non sint elati alios despicientes.

Quod sunt mores diuitum: & quomodo Reges & principes debeant se habere ad mores illos.

Capi. vi.

Arrat autem philosophus secundo rhetoricon: quinq̄ malos mores ipsorum diuitum. Diuites enim primo sunt elati. Secundo cōtumeliosi. Tertio sunt molles & intemperati. Quarto sunt iactatores alios despicientes. Quinto autem reputat se dignos principari. Sunt enim diuites clari. Nam ut philosophus ait. Ideo sic disponuntur: quia habēdo diuitias aliquas credūt se acquisuisse oīa bona. Vnde & secundo rhetoricon dicitur q̄ diuitiae sunt q̄si quoddam preciſ & quandā dignitas aliorum. Videtur enim esse in communi opinione uulgarium omnia mensurari nummis mate. & omnia eē appreciabilia p̄cio de nari rum. Habentes ergo numismata: estimant se habere omnia bona: eo quod reputent pecunia ē esse dignitatem & precium omnium aliorum quare in cordib⁹ suis efficiūt supbi & elati: credētes oīb⁹ excellētores eē. Scđo diuites sunt cōtumeliosi. Nā si sunt elati & uolūt uideri esse excellētes cū ex hoc qs excellēt uideat: si pōt alii cōtumelias iferre. Diuites ut uideat aliis p̄ferri.

f

& ut appareat eos esse excellentiores illis: mouētur in aliis contumelias inferant. ¶ Tertio diuites sunt molles & intemperati: quod eis contingit ex deliciis uiuēdi. Assueti. n. sunt uiueri adeo delicate: q̄ non possunt aliquas molestias sufferre. Ideo statim compassionātūr: ruūt & fiunt cōfécutores passionum: non valentes passionibus resistere: quia assueti sunt uiuere delicate: & sine molestia: quare non sunt viriles & tēperati: sed magis sunt muliebres: siue molles: & iſecutores passionum. ¶ Quarto diuites sunt iactatores & despectatores aliorum. Nam ut innuit philosophus secundo rethori. maximum incitamentū habent: ut sint tales. Nam quia etiam sapientes contingit indigere bonis diuitium. Cōtingit ut diuites in suis cordibus eleuentur: despicientes alios: & credentes se esse super eos: eo q̄ uideant illos indigere bonis eorū. Recitat enim philosophus secundo rethori. q̄ cum quesitum fuisset a muliere quadam. utrum esset melius fieri diuite quam sapiētem. Respondit q̄ magis uidebat sapientes frequentare ianuas diuitium: quam diuites ianuas sapiētū. Diuitiae ergo eo q̄ sint magis sensibile bonū: a uulgaribus qui non cognoscunt: nisi bona sensibilia: reputatur bonum excellens & maximum ita ut diuitias bonis aliis: p̄ferant. ¶ Quinto diuites reputat se dignos principari. Nam ut philosophus ait. Habete enī putant id q̄ quis efficitur dignus principari. Credit enim q̄ dignitas principatus sint diuitiae. Videtur enim eis diuitias esse tantum bonum: quod quicunq̄ hoc bono affluit dignus sit principari. Omnes ergo hii mali mores diuitibus cōpetunt: eo q̄ decipientur circa diuitias: credētes eas esse maius bonum quam sint. ¶ Decet ergo reges & principes hos malos mores fugere. Nā si diuitiis affluūt: non debēt propter hoc extoli. Nec propter hoc credere debēt se esse dignos principari. Nam dignitas principatus principa liter innititur uirtutibus & prudentiæ: quæ sunt bona interiora. Non autem principaliter innititur diuitiis: quæ sunt bona exteriora. Diuitiae ergo si ordinentur ad opera uirtuosa: deseruiunt fœlicitati nostræ & sunt organa ad ipsam: & faciunt ad quandam eius claritatem. Sed si ordinentur ad iactantiam: uel ad contume liam uel ad intemperantiam: uel ad alia opera uiciose: tunc magis reddunt hominem infœlicem quā fœlicem. Reputatur ergo quis dignus principari: si sit bonus & prudens non si diuitis affluat: q̄ re Reges & principes non sunt digni principari nisi fugiant malos mores ipsorum diuitiū: & nisi suas diuitias ordinēt ad bonum: & ad opera uirtuosa. ¶ Viso qui sunt mores diuitium: & q̄ de- cer reges & principes fugere tales mores: uide restat: qui sunt boni mores eorum. Philosophus autem secundo rhetoriconum: solum unum bonum morem uidetur diuitibus attribuere: uide licet q̄ bene se habent circa diuina. Diuitiae enī quia uidentur esse bona fortunæ: non uidentur

sufficere industria humana: ad hoc q̄ aliquis fiat diues. Videmus autem aliquando homines magis industres minus ditari: quia ergo sic ē ac quilitio diuitiarum: ut dicitur secundo rhetoriconum. Attribuenda est fato & ordinationi diuinæ: magis quam sagacitati humanæ. Digne ergo diues circa diuina bene se habere debent. Hoc ergo est quod dicitur secundo rhetorico. Quod unus optim⁹ mos assequit̄ diuites: quādo bene se habent circa diuina: credentes aliqui ter per fata: id est per ordinationem diuinam habere huiusmodi bona. Hoc autem dictum philosophicum diligenter est considerandum. Nā diuitias & quæcunq̄ bona habemus magis habem⁹ referre i diuinum ordinem & diuinam p̄uidentiam quam in propriam industriam q̄ si hoc bene attenderent diuites faciendo magnificā circa diuina non crederent se deo dona largiri: sed magis cogitarent q̄ ei reddunt quod ab ipso accipiunt: hunc autem bonum mōrem: uidelicet bene se habere circa diuina: tanto magis decet reges & principes quāto summo deo iudici de pluribus debent reddere rationem. ¶ Qui sūt mores potētiū: & quomodo ad mores illos reges principes debeant se h̄e. cap. vii. Obilitas diuitiae: & ciuilis potētia in- ter bona exteriora computantur: nō dicant unum & idem bonum: continget enim aliquos esse nobiles: quia processerūt ex aliquo nobili genere: qui tamē non sunt diuites. Sic etiam contingit aliquos esse diuites q̄ non sunt nobiles: quia non processerunt ex honorabili genere: sed sunt nuper ditati. Differūt ergo nobilem & esse diuitem. Differit etiam esse nobilem & esse diuitem ab esse potentem. Nam dicitur aliquis esse potēs quia est in aliquo principatu: & habet multos sub suo domino: quare cum multos nobiles uideamus esse impotētes: & non posse principari: non est idem esse nobilem & esse potentem. Rursus videmus aliquos abūdere argento & auro: & in agris & uineis q̄ tamen deficiunt in ciuili potentia: quia nulli reguntur sub eius imperio: quare non est idem esse diuitem: & esse potētē. Viso ergo qui sunt mores nobilium & qui diuitum. Restat uidere qui sunt mores potentum. Potentes autem ut uult philosophus. ii. retho. omnino habēt meliores mores quam diuites. Narrat autē philosophus tria in quib⁹ mores potentum excedunt mores diuitium. Primo enim potentes sunt magis studiosi & magis boni potentes quam diuites: q̄ secundum philosophum coacti sunt intendere in ea quæ sunt circa potentatum. Nam qui est in aliquo potentatu uel in aliquo principatu quia est persona communis & publica: ad quam multi respiciunt. Verecundantur omnino declinā a medio: & nō agere opera uirtuosa. Ipse ergo principatus quodammodo inducit hoīem ad honestatē & ad iustitiam. Studiosiores igit̄ sunt potētes q̄ diuites q̄a coacti sunt intēdere circa ope-

ra potestatus: quae debent esse bona & studio-  
sa. Secundo potentes sunt magis temperati quam  
diuites. Nam cum quis dat se exercitio retrahit  
ab ocio: & cum dat se uni operi retrahit ab alio.  
Diuites ergo si non habudent in ciuili poten-  
tia & non cogantur intendere operibus iustitiae  
vacant ocio: & de leui inclinantur ut det opera  
rebus uenereis: & sicut intemperati. ¶ Potentes  
uero & principantes: quia oportet eos intendere  
exterioribus curis retrahuntur: ut non omnino  
possint uacare uenereis: quare contingit poten-  
tes magis esse temperatos quam diuites. Tertio  
potentes minus contumeliosi sunt quam diuites.  
Ideo scribitur secundo rethoricorum. Quod si po-  
tentest iniuriantur: non iniuriatur in paruis: sed  
in magnis potentest & existimantes in principa-  
tu: quia sunt in loco magno honore digni: no[n]  
tendunt nisi in & in ardua. Ideo si contingat eos  
aliis iniuriari: non iniuriabuntur in paruis: sed in  
magnis. Non enim curabunt facere paruam of-  
fensam: sed uel in nullo alio damnificabunt alios  
uel inferunt magnum damnum. Minus igitur sunt  
contumeliosi potentest quam diuites: quia qua-  
libet contumeliam inferre non curant: sed solu-  
modo contumeliosi in magnis. Mores diuitum  
omnino peiores quam mores potentum uel  
nobilium. Ideo diuitiae si eas non concomitent  
potentatus & nobilitas ut plurimum magis red-  
dunt hominem felicem quam fœlicem. Qui  
enim sic diues est: q[uia] nec est nobilis: nec est in ali-  
quo potentatus: ut plurimum: est intemperatus:  
& insensatus fœlicius: uel est insensatus fortunatus.  
Diues enim si non sit nobilis: & no[n] processerit ex  
quodam genere antiquo & honorabili. Sed si nu-  
per ditatus dicitur esse insensatus fœlicius: quia ne-  
scit uti diuitiis quae sunt organa ad fœlicitatem  
uel dicitur insensatus fortunatus: quia nescit for-  
tunas ferre: uel nescit debite se habere in diuitiis  
qua sunt bona fortuna. Ideo dicitur. ii. rethori.  
q[uia] nuper ditatum esse est in eruditio diuitiarum:  
qui enim nuper ditati sunt no[n] sunt eruditi quo  
possunt uti diuitiis: propter quod in eodem. ii. retho-  
scribitur q[uia] mores diuitiarum ut in summa sit di-  
cere sunt mores insensati fœlicis. ¶ Nobilitas er-  
go bene associatur diuitiis: quia qui sic est diues  
q[uia] tamen est nobilis: & ab antiquo sui progeni-  
tores diuites extiterunt: melius nouit diuitias su-  
portare & propter eas non tam extollunt. Vi-  
dentur enim bona sensibilia omnino esse contra-  
ria scientiis & uirtutibus. Nam diuitiae & sensibi-  
lia bona prius quam habeantur reputantur ma-  
iora quam sibi habita uero uilescunt. Scientiae  
uero & uirtutes modo contrario se habere uidetur.  
Nam prius quam habeantur non reputantur  
tam magna sicut postquam habita sunt: qui eni[m]  
gustare incipit de suauitate uirtutum & dulcedie  
ne scientiarum statim percipit ea esse maiora bo-  
na quam crederent: bona ergo sensibilia quanto  
magis habentur minus reputantur: quare cum di-  
tati ab antiquo magis assueti sunt in diuitiis & ma-

gis assueti eas quam nuper ditati: no[n] tantum re-  
putant diuitias: nec si extolluntur propter illas.  
sicut qui de nouo: diuitias suscepereunt: ne igitur  
quis sit insensatus fœlicius & nesciat fortunas ferre  
expedit ut diuitias concomitetur nobilitas. Di-  
uites enim nobilis est ab antiquo in omnibus scit  
melius se habere quam rusticus ex nouo ditat.  
Bene ergo dictum est q[uia] ne diutes sit insensatus fœ-  
licius: requiritur ut sit nobilis: sed ne sit intempera-  
tus requiritur ut sit potens quia ut dicebatur re-  
ges potentes: quia diuersis curis intendunt pro-  
pter principatum: non ita possunt uacare uenere-  
is: reges ergo & præcipes quia ut plurimum hiis  
tribus exterioribus affluunt: uidelicet diuitiis: no-  
bilitate: potentia: decet eos esse eruditos & tem-  
peratos. Nam per nobilitatem eo q[uia] ab antiquo  
abundauerunt diuitiis sicut magis fortunas fer-  
re & circa diuitias sciunt magis erudite se habe-  
re. Rursus quia pollut principatu & potentia:  
& oportet eos diuersis curis intendere retrahun-  
tur a uenereis & inducuntur ut sint temperati. Sic  
ergo sentiendum est de moribus: quia senes iu-  
uenes & illi qui sunt in statu potentes: nobiles &  
diuites: tales mores habent quales diximus non  
q[uia] o[mn]es uniuersaliter tales sint: & q[uia] necesse sit eos  
tales esse sed ut plurimum diuitiis nobilius & aliorum  
sunt tales mores q[uia]les superius dicebam. Rursus  
licet non sit necessarium eos tales mores habere: cu[m]  
mul-  
tu inclinatur & magna primitate habet ut sequatur p[ro]di-  
ctos mores. Iuuenes ergo uel senes non indignentur  
si aliquos malos mores de ipsis narrauimus quia  
nulla eis per h[ab]itu[m] mores necessitatibus iponimus quia  
possent o[mn]es malos mores uitare: & sequi ordinem  
r[ati]onis. Sic et nec nobiles uel diuites indignari dent  
si ipsorum narrauimus aliquos malos mores: q[uia] non  
oportet o[mn]es esse tales: sed sufficienter reperi illud  
in pluribus primitatem quādam & non necessari-  
tatem per huiusmodi mores: quos in eis pone[re] ite debamus. ¶ Narratis ergo moribus laudabili-  
bus & uituperabilibus secundum diuersas aetates:  
& secundum diuersos status: decet omnes homi-  
nes sequi mores laudabiles: & fugere uituperabi-  
les. Sed tanto magis hoc decet Reges & præci-  
pes: quanto in altiori gradu existunt. Ipsi non ut su-  
perius dicebatur debent esse exemplar & regula  
aliorum & forma uiuendi quicquid ergo lauda-  
bilitatis est in moribus singulorum: totum debet  
in ipsis per amplius & perfectius reperi.

¶ Explicit primus liber de regimine principum.

¶ Incipit. i. ps secundi libri: de regimine principi.

¶ Q[uia] naturale est homini uiuere in societate: &

q[uia] hoc decet reges & præcipes diligenter aduertere

Rimi libri est digesta mate-  
ria: quia ostensum est: in quo  
reges & præcipes debeant  
suam fœlicitatem ponere quas  
uirtutes habere: quas passio-  
nes sequi: & quos mores de-  
beant imitari. Per haec enim  
quattuor sufficienter habe-

tur qualiter q̄libet debeat seipsum regere & q̄lis  
debeat in seipso fore. Restat ergo dicere de regi  
mine familiæ: siue de regimie ipsius dom⁹. Non  
enī sufficit: q̄ Reges & príceps sint boni i seip  
sis: nisi sint boni quo ad alios: & nisi sciant alios  
gubernare: nec sufficit q̄ reges debite seipso re  
gant: nisi regere sciant domū: ciuitatē: & regnū.  
¶ In hoc ergo secundo libro determinabit de re  
gimie dom⁹: sed cū familia dom⁹ sit cōitas qdā:  
& sit cōitas. naturalis si de domio determinari uo  
lum⁹: uidendū est q̄uo se hēat hō ad se cōicatiū  
& sociale. ¶ Sciédum igit̄ q̄ hō ultra alia aialia  
quattuor idigere uidet: ex qb̄ q̄druplici uia ue  
nari possum⁹ ipsum eē cōicatiū & sociale. Prīa  
uia sumit ex uictu quo hō idiget. Secunda ex ue  
stitu quo tegif. Tertia ex remotiōe prohibentiū  
p̄ quā ab hostibus liberef. Quarta ex disciplina  
& significatione p̄ quā instruimur. Sic. n. ymagi  
nari debem⁹ q̄ natura nihil facit fructa: ei ergo  
qd̄ naturaliter fit: naturalia sunt: & ea sine quib⁹  
non pōt bñ conseruari in esse. Fructa enī natura  
ageret: si res naturales nullo mō conseruaren⁹ i  
esse: sed statī postq̄ essent factae esse desinerēt: q̄re  
cum uiuere sit hoī naturale: oia illa q̄ faciunt ad  
ad bñ uiuere: & sine qbus non pōt sibi in uita suf  
ficere: sunt hoī naturaliter alia at q̄ faciūt ad. suf  
ficiētiā uitæ humanæ: & societas: naturaliter er  
go hō ē animal sociabile. Qd̄ aut̄ societas ma  
xime faciat ad: sufficiētiā uitæ humanæ: patere  
pōt ex hiis q̄ttuor supra enūeratis: quib⁹ hō ali  
ter q̄ cætera aialia idigere uidet. Prīa uia sumi  
tur ex ipso uictu quo idiget. Nā hō inter cætera  
aialia hēt eē meliorē tactū & meliorē cōplexio  
nē. Ideo iter oia animalia idiger cibo diligēter  
& artificialiter p̄parato: natura. n. aialib⁹ aliis q̄si  
sufficiēter ministrat cibū: ut aialibus non uiuen  
tibus ex rapina. cuiusmōi sunt oues boues & cæ  
tera talia ministrat herbas & fructus: quib⁹ absq̄  
alia p̄paratione sufficiunt ad nutrimentū. Aialib⁹  
& cæteris talibus administrat nutrimētū ex cæ  
teris aialibus q̄ naturaliter p̄ducunt. quodāmō  
ergo oībus animalibus aliis natura sufficiēter p̄  
parat nutrimētū. Nā quia non h̄nt complexio  
nem ita puram & ita redactā ad medium: ut ho  
mo non indigēt cibo ita deputato: ut ipse quasi  
cibaria alioḡ animaliū sufficiūt eis ad uitam: p̄  
ut sūt p̄parata a natura absq̄ alia artificiali deco  
ftione uel p̄paratione: homo uero quia ma  
gis hēt complexionē purā & redactā: ad mediū  
indiget alimento p̄parato & depurato. Frumen  
tum ergo quod a natura pdicitur & si esset suffi  
ciens cibus aialibus aliis. Homini aut̄ nō suffici  
ens cibus nisi p̄paretur & depuref. Ideo mollit  
depuratū fit idē: panis & coquī: ut sit hoīum cō  
gruus cibus: & quia ad hēc oia una sola p̄sona  
non bñ sufficit. Ideo ut hō ratione uict⁹ sufficiat  
sibi in uita: indiget societas: ut unusq̄ supple  
at alterius defectum & qd̄ dictū est de frumento  
intelligēdū est de cibariis aliis nūquā. n. hō exi

stens solus sufficit sibi ad habēdū congrua ciba  
ria: quæ requirunt ad uitam. Bñ ergo dictū ē q̄  
ex pte uictus quo indigem⁹ homo ē naturaliter  
animal sociale. ¶ Secunda uia ad inuestigandū  
hoc idē sumitur ex pte indumento: quibus te  
gimur. Nam sicut non sufficienter aliis aialibus  
puidere uidet in uictu. Sic uide q̄ quis eis suffi  
cienter puidet in uestitu. Bestiæ. n. & aues qua  
si naturale indumentū hēt uidēt lanā uel pēnas.  
Homini aut̄ non sufficienter puidet natura i ue  
stitu. Cū. n. homo sit nobilitatis cōplexionis q̄  
animalia alia frigiditate & ab intempie tépotis  
magis hēt offendit q̄ illa. quare cum hēt uictum  
& uestitum congruat ad uitam humanā nullus  
sibi sufficiat sine societate alteri⁹. sequit q̄ hō na  
turalem impetū habeat ut sit aial sociale. necessa  
ria fuit cōmunitas dom⁹: & cōitates aliæ. cuius  
modi sunt cōmunitas ciuitatis & regni. ad hoc  
q̄ hoīes pfecte sibi in uita sufficiant. Sed si hēc  
sunt necessaria ad cōseruanda hoīs naturalē ui  
tam: uiuere in cōitate & in societate: est quodā  
modo homini naturale. ¶ Tertia uia ad inuesti  
gandū hoc idem sumit ex réotione phibentiū  
prout ab amicis & ab hostibus defendimur. Na  
tura. n. aliquibus aialibus ad sui tuitionē dedit  
cornua ut bubalis & bob⁹. Aliquib⁹ uero dedit  
dentes: ut lupis & canib⁹. Aliquibus dedit un  
guies: ut ursis & leonibus. Aliquibus aut̄ corpo  
ris agilitatem. ut leporibus & capreis. Sicut. n. ca  
prea & lepores q̄ non p̄ aliam uia p̄nt euadere  
mortis picula nisi per corporis agilitatē & p̄ fu  
gam. Ideo statim cum audiūt strepitū fugā arri  
piunt. Sed natura hoī tāquā excellētiōi aialū  
Q̄si instrumētū animæ. sicut ergo quia martelus est instrumentum fabri. debilitato martello debilitant actiōes fabriles. sic debilitato cerebro & aliis mēbris nobilib⁹ impedīt a rationis usu: ut non possit sufficienter considerare. Vnde & supra per auctoritatē philosophi probabatur q̄ talia si uehāmentia sint rationem percūtiunt. ¶ Tertio h̄mōi usus nimis macula appetitum & reddit coniuges intemperatas. nam q̄to plus datur opa uenereis actibus tanto plus incitatur appetitus ut sit intemperatus & ut uenerea operet. ut uult ph̄s .vii. ethi. propter quod eliditur quo rūdam brutalis cogitatio dicentium. Satissimā nūc concupiscentiæ & postea de cætero abstinebo. Nam quilibet usus carnalis copulæ icitat ad ulteriorē usum: & q̄to quis plus ea uititur. tanto magis incitatur ad utendum & semper intemperator reddit. Decet ergo omnes ciues uti moderate coniugali copula. & tanto magis hoc decet reges & principes: q̄to incidentius est eos ppter h̄mōi actus habere corpus debilitatum: mē tem depræfam & intemperatum appetitum. nec sufficit eos tali copula uti temperatæ: nisi utant ea discrete. Nam in omnibus operibus disceptio est adhibenda ut fiant tempore debito. loco conuenienti: & modo congruo. Sunt. n. aliqua tempora incongrua prædictis operib⁹. Nam temporibus quibus est orationibus uacandum: decet a talibus abstinere. Sic etiam temporibus quibus posset insurgere nocumentum proli. decet abstineret a tali copula est ergo obseruādum tempus debitum. Sic etiam obseruandus est locus congruus: & modus conueniens: ut sit inter coniuges nō solum amicitia delectabilis sed honesta. ¶ Viso q̄uo decet uiros suis uxoribus moderate uti & discrete. Restat uidere q̄uo eas debeant honorifice pertractare. Quemlibet. n. uitum secundum possibilēm facultatem decet suam uxorem honorifice retinere indebito apparatu ei necessaria debita tribuendo. Nam cum uxor sit persona ualde coniuncta: honor qui uxor exhibet redundat in persona ipsius uiri. ymo cum ostensum sit supra uxorem nō se habet ad uitum quasi seruā: sed quasi sociam decet quemlibet secūdum suū statum uxorem ppriam honorifice pertractare. ¶ Ostendo q̄uo decet uiros suis uxoribus moderate & discrete uti. & q̄uo debent eas honorifice retinere. Restat ostendere qualiter cum eis debent conuersari. Tunc aut̄ uiri ad uxorem est conuersatio congrua: si ei ostendit debita amicitiæ & si eas p debitas monitiones instruat. ¶ Declara rare aut̄ quæ sunt signa amicitiæ debita & quæ sunt monitiones congrue fieri non potest nisi inspecta diuersitate statuum: & consideratis conditionibus psonarum. Debent. n. uiri diligenter ad uertere utrum uxores sint supbæ uel humiles. utrum sint prudentes aut fatuæ: nam sic conuersando est cum uxoribus q̄ plura signa amicitiæ ostendenda sunt eis. si sint humiles q̄ si sint superbae. Superbae. n. adeo sunt elatae: si eis multa ami-

citia ostendatur ut uelint ēt uiris propriis domi nari. Rursus sic conuersandum est cum eis: q̄ aliter instruendæ sunt prudētes: aliter fatuæ. Nam prudentibus ad correptionē leuia uerba & blanda sufficiunt. Fatuæ uero est asperior increpatio adhibenda. Decet ergo quoslibet uiros confiderato proprio statu: & inspectis conditionibus psonarum: suis uxoribus ostendere debita amicitiæ signa & eas ut expedit per debitas monitiones instruere.

¶ Quomodo foeminæ coniugatae circa ornatum corporis debeant se habere. Cap. xxi.

Ecet reges & prípces & uniuersaliter omnes ciues scitæ q̄uo circa ornatum corporis deceat suas coniuges debite se habere. nam cum uir suam uxorem regere debet eam dirigendo ad actiones honestas & ad opera virtuosa: expedīt quoslibet uiros in his in quibus ut plurimum delinquunt foeminæ diligenter aduertere. quæ sunt ibi licita & quæ illicita. Cum ergo mulieres ut plurimū appetunt uideri pulchræ: potissime delinquunt circa ornatum corporis. quare decet uiros cognoscēt quis mulierum ornatus: sit licitus & quis illicitus. Nam nunquā uxores virtuosæ existunt: nisi appetant illicita fugere. ¶ Quantum autem malum incuerant ciuitates & regna ex foemis nō uirtuosis nō appetentibus licita sed illicita: ostendit philosphus primo retho. qui loquens lacedæmoniis ait eos esse ifsclices secundum dimidium: eo q̄ uxoribus suis illicita permittebant. Ne ergo dominus principis uel cuiuscunq; ciuis secūdum medium sit infelix quātum ad ornatum & etiam quātum ad omnia alia circa q̄ foeminæ consueuerunt delinquere. debent eas debite admone re. ¶ Sciēdum ergo ornatum foemineum i duo bus consistere. quorum unus potest dici fictitius alias nō fictitius. Fictitius autem ornatus dicitur fucatio. ut apposito coloris albi uel rubri. quib⁹ per quædam figmēta ostendunt se foeminæ rubicūdiōres uel albiores: uel alio modo pulchritores q̄ sint. Talia autem quæ sunt fictitia & sophistica sunt illicita & prohibenda. Alius autem ē ornatus non fictitius qui consistit in debitibus indumentis. & in aliis ornamentis: quæ si confiderato proprio statu & conditionibus personarū debite & ordinate fiāt: sunt licita & honesta. Debet enim uiros secundum suum statum suis uxoribus in debitibus ornamentis & aliis ornamentis quæ si considerato proprio statu & conditionibus debite prouidere. Vnde & ualerius maxim⁹ ciues romanos cōmendat: qui suis uxoribus in pulchris indumentis: & in aliis ornamentis debite prouidebant. Sic ergo cēlendum est de ornatu. ¶ Sed ut uxores ipsas magis specialiter instruamus: qualiter circa indumenta & circa alia corporis ornamenta debeant se habere. Aduentum q̄ circa ornamentum uestimentorum contingit dupliciter peccare. Primo ex supabundantia. Secundo ex defectu. ¶ Superabundantia:

verò ut uidetur opòrteret ibi triplicem uitutem conuertere: quam tangit ardamicus peripateti cussi libello quem fecit de uitute huius triplex uitus est: humilitas: moderantia: & simplicitas. Tunc enim mulieres circa ornatum corporis sunt humiles quando non propter uanam gloriam se ornant: sed agunt: ut suis uiris placentes: eos a fornicatione retrahant. Tunc vero sunt moderatae quando considerato suo statu non superflua uestimenta querunt. ¶ Decet enim uxorem militis: magis esse ornatam uestibus: q̄ uxorem ciuis simplicis. Adhuc autem uxorem principis uel etiam regis decet magis ornatam esse. Dato igitur q̄ uxor alicuius uiri esset humili: non ornata se propter uanam gloriam: posset delinquare in ornatum si non esset moderata ultra q̄ suum statutus requireret appeteret ornamēta. ¶ Tertio decet foeminas circa ornatum corporis esse similes: ut non nimia sollicitudine ornamenta regrant. Nam & si foemina non propter uanam gloriam se ornaret: nec ultra suum statum ornamēta appeteret: posset delinqueret si nimis esset solita circa ipsa. ¶ His ergo .iii. modis contingit delinquere circa superfluitatem ornamentorum. Sed duobus modis ut cōmuniter ponitur cōtinuit delinquere circa defectum. Primo si hoc fiat ex pigritia. Nam aliquæ adeo sūt pigræ q̄ ex sola negligentia obnittunt solicitari circa debita indumenta. ¶ Secundo in talibus delinquit: si ex ipso defectu queratur laus & gloria. Contingit enim aliquando aliquem efferrī & superbiri ex ipsa miseria quam sustinet. Nam sicut i ipsi claudis & in ipsis infirmis existētibus apud ianas ecclesiarum ut plurimum accidit: q̄ infirmior magis gloriatur: quia credit q̄ in eum plures aspiciant & expectat se plures elemosinas accepturum. Sic aliquando qui uilior est in habitu magis superb' efficitur: si credat ex hoc ab hominibus cōmendari. Delinquunt igitur mulieres si ex uilitate habit' & ex defectu uestium gloriam querant. unde & philosophus .iii. ethi. uituperet latonios qui infra suum statum uestimenta querentes ex hoc in elationem & iactantiam mouebant. Hoc ergo modo regendae sunt coniuges quātum ad ornatum corporis. ut circa illa sex quæ tetigimus diligenter instruantes & moueātur. Primo ergo mouēdæ sunt ne sint sophisticæ: querentes fucum & figmentum. Secundo ut sunt humiles: ne propter uanam gloriam nimium se ornent. Tertio ut sint moderatae ne ultra eorum statum uestimenta requirat. Quarto ut sint simplices ne circa ornamenta nimia sollicitudine uexētur. Quinto ne sint negligentes ne totaliter infra eorum statum pp. pigratiam deficiant erga ornamentum corporis. Sexto ne uilitate habitus sint supsticiose ut ex ipso defectu uestium laudem & gloriam cupiant. ¶ Quod non decet reges & principes & uniuersaliter omnes ciues erga suas coniuges nimis cōzelotipes.

Cap. xxii.

Vlti uitrorum in hoc uidentur delinquentes: quia circa uxores proprias sunt nimis zelotipi. sed qđ nimis zelus nō sit laudabilis: triplici uia ostendere possum'. Nam cū quis erga suam coniugē est nimis zelotipus ex nimio zelo quem erga illam gerit omnia spicantur in peius. Multotiens uxores bene uiuentes & debite se gerentes increpantur a uiris: si contingat eos nimis esse zelotipos. eo q̄ ipsi zelotipi bene apta suspicari in peius. Ex suspicione autem ipsius zelotipi: si nimis sit eius zelus tria mala consurgunt ex quibus tres rationes sumi possunt ostendētes nimis zelotipos non eē laudandos. Primum ē quia uiti in seipsis nimia turbatio ueuantur. Secundum quia ex hoc ipsae uxores incitantur ad malum. Tertium uero quia ut plurimum ex tali zelo consurgit in domo litigium & perturbatio. ¶ Prima uia sic patet. Nam si uiri i nimio zelo mouētūr circa uxores proprias quasi semper sunt in suspicione & p. consequēs semper sunt in anxietate cordis. quare cum una cura impedit aliam. oportet sic zelantes retrahi a debitibus curis & a ciuilibus operibus. Decet ergo omnes ciues non esse nimis zelotipos de suis coniugibus. & tanto magis hoc decet reges & principes quanto maius præiudicium potest surgere regno si reges sint i anxiitate cordis & retrahantur: a debita cura regni. ¶ Secunda uia ad inuestigandum hoc idem: sumitur ex eo q̄ uxores incitan̄ ad malum. si contingat suos viros esse nimis zelotipos. Cōmune est enim q̄ semper prohibitio auget concupiscētiā. Nam ut dicitur .ii. retho. Concupiscentia est eius q̄ ab est. Ideo probatur ibi q̄ sine magis desiderant uiuere ultima die q̄ præcedentibus diebus: eo q̄ tunc magis deficit eis uita. Semper ergo magis concupiscentur quod abest: & qđ uidemus nobis deficere. Sed si res est nobis prohibita eo ipso q̄ prohibetur uidetur abesse & deficere. ex hoc ipso magis desideratur & concupiscitur. Sequitur ergo uxores zelotipum magis incitari ad malum. Quia agetur in eis concupiscentia ex inordinato zelo uitrorum: & ex ipsis inordinata prohibitiōe. ¶ Tertia uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex lite & iuracio: quod in donio consurgit. Nam cum uidetur uxoribus q̄ sine cā calūnientur: & q̄ earum uiri sine culpa suspicent de ipsis mala: quæ faciunt uiri zelotipi: nō possunt patiēter sufferre. Propter quod in domo illa ut plurimum oriunt lites & iurgia. Non ergo decet viros de suis coniugib' esse nimis zelotipos. Nec ē decet eos circa ianas coniuges nullam habere custodiam & nullum habere zelum. sed consideratis conditionibus psonarum: & inspectis consuetudinibus patriæ q̄ libet circa propria coniugem debet debitam curam & debitam diligētiā adhibere. Sic etiam decet uitrum quēlibet erga suam coniugem ornatum habere zelum. ut sit inter eos amicitia naturalis: delectabilis: & honesta.

**C**Quale sit consilium mulierum: & quod earum consilio non est utendum simpliciter: sed in casu.

Cap. xxiii.

**O**nus illum mulierum. ut dicitur. i. polis est in ualidum. nam sicut puer habet consiliū imperfectum: quia deficit a pfectione uiri. Sic n. fœmia habet inuallidum consilium. quia habet complexiorē inuallidam: & deficit a ualitudine uiri. Quod autem fœmia nō sunt robustae corpore: non ē ex bonitate complexiōis: sed ex malitia. Mollicies. n. carnis in ipsis magis arguit abudantiam flegmatis quod bonitatem complexionis. quia ergo sic est: oportet fœminas deficere a ratione & hinc consilium inuallidum. Nam quantum corporis est melius complexionatum: tanto est magis proportionatum aīa: per quod magis obsequitur ei. & aīa existens in cali corpore liberius ut in opibus propriis: & expeditius habet rationis usum. Primum igitur quod est attendendum in consilio mulierum est: quia inuallidum. Secundum uero quod est attendendum: ē quia est uelox & citus. Nam ut uult phūs in de aīalibus oīa minora & debilita citius uenient ad suum cōplementum. Consilium ergo mulieres quia est debilius & inuallidius quod consiliū uirile. citius uenit ad suum cōplementum. Ceteris ergo paribus si quis statim operari deberet nec posset ad illud negotium sufficientem deliberationem habere: eligibilius ēē cōsilium muliebre quod uirile. Natura. n. cum moueat ab intelligentiis & a deo: in quo ēē suprema prudēter. Prudentis est. n. cito se expedire: & modicum tempus apponere in rebus uirilioribus: de quibus ēē minus curandum. Vnde & prouerbialiter dicitur quod mala herba cito crescit. quia natura de ea modicum curas cito producit ipsum ad suum augmentum. Sic & mulier quādam ad corpus citius habet esse pfectum quod uiri. quare cum aīa sequatur complexionem corporis. sicut tempus corpus muliebre eo quod sit uilius & natura minus de ipso curet: citius uenit ad suum cōplementum quod uirile. Sic consilium muliebre citius est in pfectione & complemento quod uirile. Simpliciter ergo melius est consilium uirorum quod mulierum. eo quod uiri sit ratione præstator & mulier habeat consiliū inuallidum. In casu tamen potest esse muliebre consilium melius quod uirile: ut quia illud ē citius in suo complemeto: si oporteret repentina operari forte eligibilius esset huiusmodi consilium.

**Q**uomodo deceat reges & principes & uniuersaliter omnes ciues suis coniugibus propriis sua aperire consilia.

Cap. xxiiii.

**R**iplici uia iuestigare possumus quod mulieres coiter & ut plurimum secreta retinere non possunt. Prima uia sumitur ex defectu rationis. Secunda ex mollicie cordis. Tertia ex appetitu laudis. **P**rima uia sic patet: ut in precedentibus dicebat: eo ipso quod aliquid est prohibitum augeret concupiscentia nostra ut opemur illud. quod cum ponere aliquid in precepto sit prohibite dicat illud. ex ipsa prohibitione incitat con-

tupiscentia magis ad dominandū secreta quod alia: non ergo a ratione hominum concupiscentia refrenet: nō cogere possunt retinere secreta. Mulieres igitur eo quod ab usu rationis deficiunt: nō possunt sic refrenare concupiscentias: sunt magis propalatiæ se cretores quod sint uiri. Nam si prohibito auget concupiscentiam: tanto sunt priores mulieres ad faciendum prohibita quod masculi. quanto ab usu rationis deficiētes minus potest refrenare incitamenta concupiscentiarum quod uiri. **S**ecunda uia ad iuestigandū hoc idem sumitur ex mollicie cordis. Nam quia mulieres ut plurimum sunt molles & ductibiles: statim cum aliqua persona eis applaudet: & ridet in facie eaque credunt ipsam esse amicam & reuelat ei oīa secreta cordis. **T**ertia ad hoc probando sumitur ex appetitu laudis. Dicebat. n. in precedentibus: & mulieres nimis appetunt laudem & gloriam. Inde est igitur quod coiter ut plurimum mulieres aliis mulieribus: quos credunt amicas esse reuelat secreta uirorum. Credunt. n. ex hoc esse in quadam excellētia: & laudari apud eas: si sciāt referre uirorum secreta. Nam quia uidentur a suis uiris diligiti: si sciant secreta ipsorum cōgloriantur. si possint se laudari quod a suis matribus diligatur: appetentes quādam inanem gloriam & quādam laudem: de facili reuelant secreta uirorum. **E**x hoc autem de facili apparet qualiter uiri suis coniugibus debeant reuelare secreta: Nam eum dicimus hos esse mores iuuenium. hos mulierum: hos senum. Non est intelligendum talia necessitatē imponere: sed solūmodo ut in pluribus: & secundum quādam primitatem & inclinationem. Possunt tamen tam fœminæ quod uiri per rationis usum si uelint esse constantes & vincere hominē impetus & inclinationes. Nam licet sit difficile superare incitamenta concupiscentiarum: & sit hoc magis difficile in fœminis quod in uiris: eo quod magis deficient a rationis usu. Non tamen est impossibile. Possunt. n. tam uiri quod mulieres: hominē impetus uincere. Quare licet coiter mulieres sunt propalatiæ secretorum: non est tamen inconueniens alias mulieres esse debita secreta tenētes. Viri igitur non debent suis coniugibus secreta aperire: nisi per diuturna tempora sint experti eas esse discretas prudentes & stabiles: & non esse secretorum propalatiuas. **H**is uisus cum ostensum sit quomodo cōmunitas uiri & uxoris sit naturalis. & quomodo se habeant ad alias cōmunitates domus. Cum etiam declaratum sit quomodo reges & principes: & uniuersaliter omnes ciues se habere debeant ad suas coniuges & quomodo cum eis debeant conuersari. Imponatur finis primæ parti huius secundi libri: in qua agitur de regimine coniugali. **V**idetur tamen forte alicui non sufficienter esse traditam notitiam regimini nuptialis: eo quod non ostensum sit ad quā opera sint coniuges ordinandæ. Si enim indecens ē eas esse ociosas ut superius dicebatur. describenda sunt opera: quae deceat ipsas coniuges exercere. sed quia de eis infra dicetur volumus ea hic silentio præterire.

**C**Incipit secunda pars secundi libri de regimine principum. In qua tractatur quo parentes circa proprios filios curam de eis habeant.

**C**Quod decet oes parentes circa proprios filios esse sollicitos.



## Cap. i.

Xpedita prima parte huius libri secundi. In qua determinatum est de regimine nuptiali. Restat exequi de secunda in qua ager de regimine paternali. Non enim sufficit patre familias scire coniugem regere: nisi nouerit filios debite gubernare. Secundum igitur quod cum coitas viri & uxoris: & domini & servi pertineant ad domum primam. Coitas uero patris & filii pertineat ad domum iam inesse perfectam: quia domus prima praecedit domum iam inesse perfectam. Ideo forte uidet alicui statim post determinationem de regimine nuptiali: determinandum esse de regimine seruorum. Vix quia dicitur primo politicorum. Economiae amplior est sollicitudo circa homines: quam circa passionem inanimatorum & circa liberos. quam circa seruos. Igitur de decreuimus prius determinare de regimine filiali: quam de regimine seruili. tanquam de eo circa quod est debet amplior cura. In determinando quidem de regimine filiorum: primo ostendere uolumus quod decet omnes patres circa proprios filios esse sollicitos. Nam cognita sollicitudo quae est circa filios haud magis incitat parentes ut suos filios bene regat. Possimus autem triplici via uenari quod decet homines sollicitudinem habere darentes. Prima via sumitur ex eo quod pries sunt cari filiorum: & filii habent ab eis esse. Secunda ex eo quod sunt superiores: & praestantiores illis. Tertia uero ex eo quod iter eos debet esse amicitia naturalis. Prima via sic patet. Nam sicut in naturalibus rebus aspicimus quod natura dat esse aliqui nisi sit sollicita circa ea per quae illud ualeat conservari in esse ut si natura dat esse ignis: statim est sollicita dare ei levitate quicquidam: per quam feratur sursum eo quod in loco superiori magis habet in esse conservari quam in inferiori. Sic etiam si natura dat animalibus esse quia animal sine cibo conservari non potest: natura est sollicita dare animalibus ora & alia organa per quae possunt sumere cibum & nutrimentum. Quod patres sunt cari filiorum: & filii naturaliter a parentibus esse habent. decet patres habere curam filiorum & sollicitari erga eos ut inueniant eis illa per quam possint bene uiuere: & per quam ualeant conservari in esse. Secunda via ad inuestigandu hoc idem sumitur ex eo quod patres sunt praestantiores filiis & debent praefuisse eis. natura licet non semper superiora inferiora instruunt & ea regulant & conservant. Videmus super celestia corpora influere in haec inferiora & ea regere & conservare. quare si naturale est ut superiora & praeminentia in inferiora influant: & ea regulent & conservent. Decet quemlibet dominantem & praeminentem sollicitari quoniam per debitam consilia influat & subueniat suis subiectis: &

quo eos regulet & conseruet. Vnde & ipse deus qui singulis rebus praefest: habet sollicitudinem & praevidentiam totius uniuersi. Patres ergo eo ipso quod naturaliter prae sunt filii: debent circa eorum regimen esse solliciti. Tertia uia sumitur ex parte amicitiae naturalis quae est inter parentes & filios. De ratione nam amoris est: ut sollicitet amans circa rem amatam: quilibet sollicitatur circa dilectum. quare cum inter patrem & filium sit amor naturalis. ut probatur. viii. ethi. decet patres ex ipso amore naturali quem habent ad filios: sollicitari circa eos.

**C**Quod maxime decet reges & principes sollicitari circa regimen filiorum.

## Cap. ii.

Iacet oes patres decebat sollicitari circa proprios filios: ut patet per rationes superius assignatas. Maxime tamen decet reges & principes talem sollicitudinem gerere. Quod triplici via uenari possumus. Prima via sumitur ex eorum intelligentia. Secunda ex bonditate filiorum. Tertia uero ex utilitate regni. Prima uia sic patet. Nam secundum plenum in deinceps libus quod est animalibus intelligentius magis habet sollicitudinem circa filios. naturale est enim quemlibet diligere sua opera. ut uult philosophus in ethi. Vnde & pries naturaliter diligunt filios: & poetae sua poemata tanquam proprium opus quod ergo aliquis est intellectior & magis cognoscit proprium opus: tanto maiori sollicitudine & dilectione mouetur circa illud. Patres ergo tanto magis debent sollicitari circa filios: quanto prudentiores sunt: & quanto maiori intelligentia uidentur. Sed cum habitum sit quod reges & principes: & uniuersaliter omnes dominantes: si debeant naturaliter dominari: oportet quod polleant prudenter & intellectu tanto decet reges & principes magis sollicitari circa proprios filios quam ceteri: quanto in eis magis uigore debet mensis industria & prudentia regitiua. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex bonditate filiorum. Decet enim filios regum & principum maiori bonitate pollere quam alios: quia secundum philosophum in politica. secundum quod aliqui sunt in maiori statu & in altiori dignitate: sic debent meliores esse: & esse magis perfecti scientia & uirtutibus. Congruum enim est qui alios regere cupit: ut sit adeo prudentis & bonus: ut certe ex ipso possint sumere uiuendi exemplum. Filii ergo regum licet non sint reges: tamen quia sicuti constituantur in aliquo principatu & in aliquo dominio: i quod oportet eos alios gubernare: maxime decet eos esse prudentes & bons & cum filii perueniant ad maiorem bonitatem & prudentiam: si patres circa eos sint solliciti: quam si circa ipsos se habeant negligenter tanto decet reges & principes magis sollicitari circa proprios filios: quanto filii eorum pollere debent maiori prudentia & ampliori bonitate. Tertia uia ad hoc ostendendum sumitur ex utilitate regni. Bonitas enim regni dependet ex bonitate eorum.

qui sunt in regno & maxime dependet ex bonitate principatum in ipso. Nam sicut sanitas corporis naturalis: dependet ex sanitatem omniū membrorum: & maxime ex sanitatem cordis & membra habent influere in alia & rectificare ipsa. Sic bonitas regni dependet ex bonitate omnium ciuium: maxime tamen dependet ex hiis qui principantur: & dominantur in regno: utile est ergo toti regno habere bonos ciues: sed utilius ē habere bonos principantes: eo q̄ principantes sit alios regere & gubernare: tanto ergo magis deset. Reges & principes solicitari circa proprios filios: ut polleant prudentia & bonitatem: quanto maior utilitas consurgit ipsi regno ex bonitate filiorum regum: qui debet habere principatum & dominium in regno quā ex bonitate & prudenter aliorum.

**C**Quod regimē paternale sumit originem ex amore: & q̄ non eodem regimine regendi sunt filii quo regendi sunt serui. **Cap. iii.**

Via post tractatum de regimine consueuit iugis: determinandum est de regimine paternali. Videndum est unde sumit originem regimē paternum & quo regimine regendi sunt filii. **S**ciēdum ergo triplex esse regimē. Nam omnis regens alios uel regit eos: secundum certas leges: & secundum certa pacta: & tale regimē ut superius dicebatur nominatur politicum uel ciuile. Vel regit eos secundum arbitrium: & hoc potest esse dupliciter: q̄a si uel regens intēdit bonum proprium: & sic dicitur regimē despoticum uel seruile: uel intendit bonum subditorum: & tale regimē dicitur regale. **H**iis at tribus regiminibus secundum quod uidemus aliquos regnare i ciuitatibus & castris: assimilantur tria regimē reperta in una domo. Nam regimen coniugale assimilatur regimini poli. quia uxori ut in p̄ehabitis tangebatur: nō quis debet p̄æsse simpliciter ex arbitrio: sed ei p̄æsse debet ut requirunt leges matrimonii: & ut potius per pacta debita & honesta quā interueniunt inter virum & uxorem. Regimen uero paternale assimilatur regimini regali. Nam filii p̄æsst pater ex arbitrio: non secundum conventiones & pacta. nam pacta & conventiones: non interueniunt inter subditum & p̄eminente nisi in potestate subiecti eligere sibi rectorem non est aut in potestate filiorum eligere sibi patrem si ex naturali origine filii procederent a parentibus. non enim sic filii eligunt sibi patres ut uxores viros: quare cum regimen filiorum sit ex arbitrio: & sit propter bonum ipsorum filiorum huiusmodi regimen non assimilatur regimini politi. sed regale. Vnde & philosophus prior politi. ait virum p̄æsse mulieri: & tanquam natis liberis: non tamen eodem modo principandi: sed mulieri quidem politice: natis autem regaliter. Tertium aut regimen quod est in domo ut regimen quo regitur familia cetera: assimilatur

regimini dominatio. **H**iis aut sic ostēsis manifesta apparent uere esse quae in principio capi. tuli proponebantur. nam si pater debet p̄æsse filii regaliter & propter bonum ipsorum: cum amare aliquod idem sit q̄ uelle ei bonum: pater debet p̄æsse filii propter profectus ipsorum: & quia uult eorum bonum: cum ergo q̄ regimen sumit originem ex amore. **E**x hoc ergo maxime ostenditur q̄ non eodem regimine debent regi filii quo regendi sunt serui. nam dominus p̄æsst seruis propter bonum proprium: non propter bonum seruorum: hoc ē scđm philosophū p̄æsse aliquibus seruiliter: non intendere bonū ipsorum: sed proptium. Pater tamen debet p̄æsse filii propter bonum ipsorum filiorū. Ex ipa enim distinctione regiminis: patet paternale regimē non esse idem q̄ seruile: sed sumit originē ex amore: tamen ut manifestius appareat quod dicitur: possumus duplii uia uenare paternale regimen trahere originem ex amore. Prima uia sumitur ex ordine naturali. Secunda ex ipsa p̄ectione patris. **P**rima uia sic patet. Nam secundum philosophum. Adeo natura dedit uim generatiuam rebus: ut q̄ non possunt perpetuari in seipsis: perpetuantur in suo simili: quare si regimen paternum ex hoc sumit originē: quia filius naturaliter est qđam similitudo procedens a patre: cum secundum naturam ad huiusmodi similia sit dilectio: ex ipso ordine naturali arguere possumus paternum regimen in amore fundari: & ex amore oriri. Sicut enim est in hoībus: naturalis enim impetus ad producēdum sibi simile: & ad filios quosdam procreādum. Sic est in eis naturalis impetus ad eos diligendum: & per consequens ad eos gubernandum & regēdum: & ad habendum solicitudinem circa ipsos. Est ergo hic naturalis ordo q̄ regnum & solicitude paterna sumit originem ex amore. **S**ecunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex ipsa p̄ectione patris. Nam unūquodq̄ perfectum est secundum philosophum: quādo potest sibi simile generare: quare cum quilibet suam perfectiōnem diligit naturaliter pater diligit filium: cū proprio filius sit quidam testis perfectionis eius. Quia ergo pater naturalem amorem hēt ad filium ex huiusmodi amore solicitatur ut ipsum regat & gubernet q̄ non esset: nisi paternum regimē ex amore nasceretur. **V**iso q̄ paternum regimen ex amore nascitur: patet q̄ filii debet p̄esse pater: propter bonum filiorum: non ergo regendi sunt filii eodem regimine quo serui. quia seruis secundum q̄ huiusmodi quis p̄æsst propter bonum proprium. Si ergo contingat alii quem uti filii tanquam seruis: hoc est ex imperfectione domus: ut quia forte sic pauper est q̄ seruorum copiam habere non potest. Vnde & philosophus. vi. poli. ait q̄ egenis necesse ē uti mulieribus & filiis tanquam seruis. **Q**uod amor qui debet esse inter patrem & filium sufficiēter inducat patres debere filios reges/

re & filios debere patribus obedire. Cap. iiiii. Icebatur in præcedenti capitulo pater d nale regimē sumere origiem ex amo re. Videendum est igitur quantus sit amor patrum ad filios: & filiorum ad patres: ut nobis inotescat quomodo patres debeant rege re filios: & filii patribus obedire. Sciendum ergo p philosophum. viii. ethi. triplici ratione p bare parentes plus diligere filios quam econtra. Prima uia sumitur ex diuturnitate temporis. Se cutida ex certitudine prolis. Tertia ex unione pa retum ad filios. Prima uia sic patet. Nam quanto amor magis durat tanto uælementior effici tur: amor autem parentum ad filios diuturnior est: quam filiorum ad parentes. Nam statim cum filii nascuntur parentes diligunt eos: non tamē si filii statim incipiunt amare parentes. quia statim non sunt tantæ cognitionis ut possint discerne re quod sit diligendum. ymo quia pueri inornati nesciunt discernere parentes ab aliis: non statim per amorem efficiuntur ad illos: sed per processum temporis: quando possunt discernere parentes ab aliis: incipiunt eos diligere. Diuturnior ē ergo amor parentum ad filios: quam econuerso: quare fortior & uælementior. Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex certitudine prolis. Nam parentes magis sunt certi de sua prole: quam proles de suis paréibus. Proles enī certificari non potest qui fuerint parentes eius: nisi ex quibusdam signis uel auditu: ut quia puer uidet personas alias magis affici ad eum q̄ alias: arguit illas parentes eius: uel quia hoc audit ab aliis: ideo sic esse putat. In principio tamē natuitatis eius non est illius cognitionis ut possit cognoscere a qua matre procedit: uel a quo parentes tamen statim cognitionem habent de ipsa prole. Ideo ni magis possunt certificari de ea: quam econuerso: propter quod & uæhementius diligunt ipsam quam econuerso. Nam si inter parentes & filios est amor naturalis: tanto hu iusmodi amor est ualidior: quanto apud parentes est maior certitudo de prole. Ex hac autē ratio ne ostendi potest: q̄ & matres plus diligunt filios q̄ patres: quia de illis certiores existunt. Tertia uia probans hoc idem sumitur ex unione pa retum ad filios. Nam filii sunt magis propinqui & magis uniti parentibus quam econuerso: quare cum amor quandam unionē importet: filii tā quam magis uniti & magis propinqui parentibus magis diliguntur ab ipsis quam econuerso: Sic enim ymaginatur philosophus: q̄ filii sūt q̄si quædam pars parentum. Nam filii est quædam pars a paréibus absissa. Pars autē magis unitur toti: quia apprehendit ab ipso: q̄ totū uniat partē: q̄ ab ea comprehendit non pōt: in toto. n. est affi gnare aliquid: qd̄ multū distat a parte: sed nihil est in parte: qd̄ multū distet a toto: quare si pars mouetur ad amorem totius: non adeo feruēter diligeret ipsum quia uideret ī ipso toto aliqua: q̄ multū distarent ab ipsa: si totum moueretur

ad amotē pārtis næhemētius amaret eām: quia nihil aspiceret in parte quod non esset in toto. Filius ergo qui est quædam gleba a parentibus descendens: & quia est q̄dam pars iporum nihil est in filio: quod non sit aliquo modo propriū paréibus: & quod scdm aliquem modum non pertineat ad illos. Filii tñ non sic uæhemēter mouent ad dilectionem parentū: quia q̄ est parētum non sic p̄tinet ad filios: & p consequēs non est sic unitum eis: sed quod est filioꝝ pertinet ad parentes. Ex hiis autē uis phi: ut uideat sufficienter arguere possumus: q̄ ad parētes spectat solicitari circa regimē filioꝝ: quia quilibet filius est debet circa ea q̄ uæhemēti amore dilit. Ad filios p̄tinet obedire parentibus: quia q̄libet illis obedire debet quos scit eum uæhemēter diligere & non intendere nisi ipsius bonum. Sic ergo ex uis phi probare possumus q̄ in principio capituli dicebantur tñ ut magis specialiter apparet intētum. Sciendum q̄ licet parentes magis afficiātur circa filios q̄ econuerso: non tñ est tam inconueniens quantū ad aliquod bonū filios magis diligere q̄ econuerso. Nā ut dicitur vii. ethi. Parentes diligunt filios ut existentes ali quid ipsoꝝ. Filii autē diligunt parentes quia sūt ab illis: amor ergo parētum circa filios procedit a cā ad effectū: & a superiori ad inferi. Sed amor filiorū ad eos procedit ab effectu ad cām: & ab inferiori ad superiori. Naturale est autē q̄ superiora influunt in inferiora: & conseruant ea. non autem econuerso. Ideo parentes naturaliter afficiūt ad filios ut influant in eos: & ut congregent eis bona: ut possessiones & nūmismata: per quæ sufficiant sibi ad uitam & conseruentur ineffe. Parētes ergo congregant pro filiis non autem econuerso. ymo filii cum possint fruuntur & rapiūt bona parentum. Inferiora uero reuerentur & sunt subiecta superioribus non econuerso. Ideo filii naturaliter magis honorant & reuerentur parētes q̄ econuerso. Sic ergo q̄ratur utrū parētes magis diligant q̄ econuerso: cum diligere aliquem idem sit q̄ uelle ei bonum. Distiguēdum est de ipso bono. Nam si loqueris de bono utili ut de nūmismate & de aliis q̄ ordinant ad sufficientiam uitæ. Sic parētes magis diligunt filios q̄ econuerso: quia congregat pro eis non ipsi pro illis. Sed si loquaris de bono quod est honor & reuerentia: sic filii magis diligunt parētes q̄ econuerso. Nam potius parentes sustinēt uituperia & contumelias filioꝝ q̄ econuerso. Naturale est enī q̄ etiam usq̄ ad auditum contumelias parētum sustinere non possunt. Nam minus indignātur parentes de contumelia filiorū q̄ econuerso. Vi so qualis est amor inter patrem & filiū quia parētes afficiunt ad filios ut congregant eis bona: & congregare aliis bona & solicitari circa eoꝝ uitam sit eos regere & gubernare: ex amore quem hñt patres ad filios: debent eos regere & gubernare. Sed cum filii afficiant ad parentes tanq̄ ad eos quos uolunt esse in honore & reuerentia: cū

honor & reverentia: ad alium sit quodammodo subiici illi:sicut ex amore quem hñt p̄es ad filios debent eos regere & gubernare. Sic ex dilectione quam filii hñt ad patres:debent eis obedi re & subjecti. Pater igit q̄ quantum ad bonum quod est utile:patres magis diligunt filios q̄ filii seipso s. Sed quantum ad bonū q̄ est honor & reverentia filii plus diligunt patres q̄ econuer so. Simpliciter tñ parentes plus dicuntur diligere filios q̄ filii ipsos:quia plus solicitantur & magis assidue cogitant de utilitate filiorum:quam filii de honore & reverentia ipsorum.

**C**Quod decet oēs ciues:& maxime reges & pr̄ cipes sic solicitari circa regimen filiorum:ut ab ipsa infantia instruantur in fide. **Cap. v.**

Identur aut̄ tria ipsi fidei conuenire p̄ u q̄ triplici uia uenari possumus q̄ om̄nes ciues & maxime reges & pr̄ cipes circa regimen filiorum.sic solicitati debet ut ab ipsa infantia instruantur in fide. Fides enim primo supra rationem est:& ea q̄ sunt fidei:ratione compr̄ehendi non possunt. Secundo ea quæ sunt fidei simpliciter sunt credenda. Tertio eis est firmiter adherendum. **C**Prima aut̄ uia sic patet. Nam si fides supra rationem est & ea quæ sunt fidei ratione compr̄ehendi non possunt:utile est ut in illa ætate proponantur ea quæ sunt fidei:q̄ qua ratio non queritur dicto:led simpliciter acquiescitur dictis. Huiusmodi aut̄ est ætas infantiae. Infantes enim cum eis a matre uel a patre p̄ ponuntur aliqua credenda non querunt rationem dictorum:quia usum rationis non habent: sed simpliciter acquiescunt dictis. **C**Secunda uia ad inuestigandū hoc idem sic ostēdi potest. Nā ea q̄ sunt fidei quia supra rationem sunt ideo eis simpliciter est credendum. Acquiescēdū est aut̄ hiis q̄ sunt fidei ex auctoritate diuina:& ex simplici credulitate:nō ex perspicatia rationis:non tñ hoc inconuenienter fit:quia nulli dubiū esse debet diuinam prudētiā & eius auctoritatē oēm perspicatiam hñani generis superare quare utilius auctoritate diuina simpliciter creditur q̄ acquiescat rationibus & demonstracionibus hominū. Si ergo ea q̄ sunt fidei simpliciter sunt credenda conueniēter talia in illa ætate p̄ponuntur quæ est simpliciter creditiua. Talis aut̄ est ætas infantiae. Nam ut i primo libro diximus contractauimus de moribus iuueniū. Iuuenies sunt simpliciter creditiua:uñ & in.ii.reth.dicitur q̄ iuuenies eruditii sunt solū a lege. Appellat aut̄ ibi phūs eruditio nem a lege monitiones maternas & documēta illius q̄ parentes tenent. Si enim parētes in aliis legibus parentes statim sunt solliciti erudire p̄ prios:filios in hiis q̄ sunt fidei suæ:& in hiis q̄ pertinent ad eoz legem.eo q̄ illa ætas sit simpliciter creditiua:tanto magis hoc debent efficere p̄ fitentes christianam fidē:quanto lex n̄a superat cæteras leges. Sola enim christiana lex est imunitis ab oī errore cōtagio.In cæteris aliis legibus falsitates aliquā sunt admixtæ. **C**Tertia uia ad hoc

idem pbandū sumis ex eo q̄ hiis q̄ sunt fidei est firmiter adherēdū. Videmus aut̄ q̄ consuetudo est q̄si altera natura ut dicitur in libro de memoriā & reminiscētia. Ratio aut̄ assignat in retho: ubi dicit q̄ natura est consuetudo saepe. Sæpe at p̄pinquū est ei q̄ est semper:q̄re consuetudo est p̄pinqua naturæ quanto ergo aliquid est assuetū tanto magis utitur in naturam:& tanto seruētius ad heremus illi:cū ergo magis sumus assueti ad ea circa q̄ in ipsa infantia insudamus q̄ ad alia:& p̄ cōsequēs magis adhereamus illis ut firmiter & absq̄ hesitatione adherere. possum⁹ hiis q̄ sunt fidei:talia p̄ponēda sunt nobis etiam ab ipsa infantia:uñ & phūs.ii.meth. uolens p̄bare consuetudinem esse magnæ efficacitæ ait:tu pōtes scire quid facit consuetudo in legibus in quib⁹ inuehes fabulas & apologetos magis applicabiles q̄ sint ueritates. si ergo leges gentiliū conti nentes multas fabulas & apologetos.i. multa fabulatoria & derisoria:sunt sic applicabiles aīo:si pueri ab infantia assuēcant illis ut firmiter adhe reant illis fidei xp̄ianæ q̄ sola est catholica & orthodoxa ab ipsa infantia ea q̄ sunt fidei sunt iuuenibus p̄ponenda. Verūq̄ distinctæ articulos fidei cognoscere & subtiliter ea q̄ sunt fidei per tractare spectat ad clericos doctores instruentes alios in ipsa fide quām subtilem perscrutationē layci & maxime pueri scire nō p̄nt:sufficit q̄ talia p̄ponantur grossie & in quadam suprema:ut q̄ eis dicatur q̄ unus est deus op̄s creator omnium:qui ē pater & filius & sp̄us sanctus:qui Adā primo parente nostro peccante & humano gñē per peccatum eius in facto dei filius ut nos redimeret assump̄it carnem in btā uirgine:& est natus ex ipsa q̄ ipse dei filius ppter peccata nostra fuit passus mortuus & sepultus:q̄ descendit ad iheros & eduxit inde captiuas aīas ibi existētes q̄ tertia die resurrexit a mortuis:& ascendit in celum:sedens ad dextram patris:q̄ iterum uenturus est ad iudicium:& omnes resurgemus astabimus ante tribunal ei⁹:redituri de factis propriis rationem:ita q̄ qui bona egerunt ibunt in uitā eternam:qui uero mala in ignem eternum. Debet ergo oēs ciues solicitari circa proprios filios:ut ab infantia instruantur in hac fide. tāto tñ hoc magis decet reges & pr̄ cipes:quāto ex seruore fidei ipsorum potest maius bonum conse quia religio xp̄iana & ex eoz tepiditate potest ei maius periculum iminere.

**C**Quod decet oēs ciues & maxime reges & pr̄ cipes sic solicitari erga filios : ut ab ipsa infantia bonis moribus imbuantur. **Cap. vi.**

Vāto aīa ē nobilior corpore tāto oēs ciues & maxime Reges & pr̄ cipes magis solicitari debent ut proprii filii sint pfecti in aīa quam in corpore. Si ergo sollicitantur circa hereditatem & circa numismata ut possint subuenire filius quantum ad indigentia corporalem:multo magis solicitari debent : ut hēant perfectam animam:& ut uirtutibus & bo

nis moribus imbuatur: & quia hoc tñ existit bonum nou debet p negligentiam pteriri. Sed ab ipsa infancia instruendi sunt pueri ut relinquentes lasciuias sequant bonos mores. **C**Possum autem quadruplici uia uenari q ab ipsa puerilitate instruendi sunt pueri ad bonos mores. Prima uia sumis ex naturalitate delectationis. Secunda ex rationis defectu. Tertia ex pnitate quā habemus ad malum. Quarta ex uitatione oppositi habitus. **C**Prima uia sic patet: Nam secundum philosophum in ethi. adeo quale ē nobis delectari q ab ipsa infancia delectari incipimus. Nam & pueri statim delectantur cū incipiūt suggere mamas. Si ergo sic ab ipsa infancia nobilicū crescit concupiscentia delectabilium: ab ipsa infancia est tali concupiscentiae resistendū ex ipsa ergo conaturalitate delectationis statim cū pueri sunt sermonū capaces sunt instruendi ad bonos mores: & debent eis fieri monitiones debitæ. **C**Secunda uia ad iuestigandū hoc idem sumis ex rationis defectu. Nam tūc aliqui sunt magis mouēdi ad bonos mores: quando magis incitant ad lasciuiam & magis sunt passionū insecutores. Sed ut patet per phūm'in. ii. retho. In iuuenili ætate maxime sunt hoies lascivi & passionū insecutores: ergo tūc maxime est subueniendum: ut per monitiones debitās & per correctiones conuentientes retrahantur a lasciuias: quare cū rationis sit concupiscentias refrenare & lasciuias quanto aliquis magis a ratione deficit: tanto magis inclinat ut sequat passiones. In iuuenili ergo ætate sunt pueri instruendi ab bonos mores. qā tūc magis ab usu rationis deficiunt & sunt magis passionū insecutores. **C**Tertia uia sumitur ex pnitate quam habemus ad malum. Nam cū aliq̄ est pronus ad aliquid: oportet ipsum multum aſfescere in contrarium: ne inclinetur ad illud: ut plurimū enim hoies secundum mores sunt quā si quædam uirga inclinata ad malū: unde & philosophus circa finem. ii. ethi. hoc mō decet nos dirigere ad bonos mores quo dirigit uirga tortuosa. Volens enim uirgam tortuoram rectificare inclinat eam ad partē contrariam ualde: qua sic inclinata redit ad medium & ad rectitudinē. Sic nos quia obliquitatem & pronitatē habem⁹ ad malū: & ad delectationes illicitas debemus p multum tempus ab illicitis delectationibus abstinerē: ut possumus hanc pronitatē uitare. ymo sicut uirga rectificanda: ad partē contrariam ultra medium inclinat ut possit ad medium redire. Sic & nos in fugiendo delectabilia: debemus ultra medium nos facere ut debemus etiam licitas cauere: ut faciliter ab illicitis abstinere possimus. Si ergo tātam pronitatē habemus ad malum: & oportet nos p diurna tempora affuſcere ad cōtrarium ut ad bonum: ut facilius hāc pronitatē uitare possimus: est ab ipsa infancia inchoandum: ut reliquentes lasciuias sequamur bonos mores nec est differēdum. **C**Quarta uia sumitur ex uitatione habitus contrarii. Nam qā

iuuenes molles sūt & ductiles si sine frend seqnuntur lasciuias: statim imprimentur in eis habitus uiciōsi: sicut ī cera molli & ductili statim imprimitur forma sigilli: ne ergo iuuenes informētur habitibus uiciōsi: statim ab ipsa infancia sūt monendi regendi ut per monitiones & correptiones debitās a lasciuias retrahant. Decet ergo omnes ciues solicitari erga filios: ut ab ipsa infancia instruentur ad bonos mores. Tanto tamen hoc magis decet reges & principes quanto bonitas filiorum est utilior ip̄i regno: & quanto ex eoz malitia potest in regno maius periculum immi- nere.

**C**Quod filii nobilium: & maximē regū & principum ab ipsa infancia sunt tradendi litteralibus disciplinis.

### Cap. vii.

Icer deceret omnes hoies cognoscere litteras ut per eas prudentiores effecti magis possent illicita p̄cavere. Videntur tamen aliqui licitam excusationem habere si non insudant studio litterarum. Huiusmodi aut̄ sunt pauperes non habentes necessaria uitæ qui si retrahuntur a liberalibus disciplinis: ut querāt sibi necessaria uitæ uidetur excusabiles esse. Nobiles autem & maxime reges & principes in diuitiis & in possessionibus habūdantes omnino reprehensibiles existunt: si non sic solicitantur erga regimē filiorum: ut etiam ab ipsa infancia trādantur liberalibus disciplinis. **Q**uod autem in studio litterarum sit ab ipsa infancia inchoandum possumus triplici uia uenari. Prima sumitur ex parte eloquentiæ. Secunda ex parte attentionis. Tertia ex parte perfectionis quā est ex parte scientiæ acquirenda. Decet enim uolentes litteras discere litterales sermones scire distincte p̄ferre. Decet etiam eos esse attentos: & studiosos circa ea quā in litteris traduntur: tertio decet ipsos secundum modum sibi possibilem ad perfectiōne scientiæ peruenire. **C**Prima uia sic patet Nā uidemus ī ydeomatibus uulgaribus: q̄ raro potest quis debite & distincte p̄ferre aliquod ydeoma nisi sit in eo in ipsa infancia assuefactus. Qui enim in ætate perfecta transferūt se ad partes longinas ubi ydeomata differunt a matrone: etiam si per multa tempora in illis existant: uix aut nūq̄ potest recte loqui linguam illam: & ab incolis illius terræ semper cognoscitur ipsum fuisse aduenam: & non fuisse in illis partibus oriūdus. Si ergo sic est in ydeomatibus laycorum: multo magis: hoc erit in ydeomate litterali: qđ est philosophicū ydeoma. Videmus enim philosophicū nullum ydeoma esse completū & perfectum per quod perfecte exprimere possent naturas rerum: & mores hoium: & cursus astrorum: & alia de quibus disputare uolebant: inuenierunt sibi q̄ si proprium ydeoma: quod dicitur latinum: uel ydeoma litterale: qđ constituerunt adeo latum & copiosum: ut per ipsum possent oēs suos conceptus sufficienter exprimere: quare si hoc ydeoma est completum: & alia ydeomata non possu-

h iii

mus recte & distincte loqui: nisi ab ipsa infantia assuecamus ad illa ex parte eloquentiae: uidelicet ut recte & distincte loquamur ydeoma lati-  
num: si uolumus litteras discere debemus ab ip-  
sa infantia litteris insudare. **C** Secunda uia ad  
inuestigandum hoc idem sumit ex parte atten-  
tionis & feruoris qui est in studio adhibendus  
nunq̄ autem quis bene studet nisi sit feruēs &  
attentus circa studium. Cū ergo consuetudo sit al-  
tera natura: cum secundum phūm in poli. nobis  
magis placeant illa opera ad q̄ sumus ab ipsa in-  
fantia assueti: quia quilibet est magis intētus &  
feruēs circa ea q̄ sibi magis sunt placita: ut possu-  
mus esse attēti & feruentes: circa studium littera-  
le: ab infantia insudandū est litteralibus discipli-  
nis. **T**ertia uia sumitur ex parte perfectionis: q̄  
est ad scientiam acquirēdam. Nam raro aut nū-  
quam quis peruenit ad perfectionem sciētiae ni-  
si quasi ab ipsis cunabulis uacare incipiat ad ip-  
sam. Nam licet intelligentiae etiam ab ipsa crea-  
tione creatae sint bene dispositae ad intelligen-  
dum & ad cognoscendum naturas rerum. Ho-  
mo tamen a sui natuitate est male dispositus ad  
capiendam disciplinam. Licit enim unus homo  
sit meliores ingenii q̄ alias uniuersaliter tamen  
hoēes male nati sunt ad sciēdum: quia nostra co-  
gnitio incipit a sensu & posterioribus. Vnde &  
philosophus in primo de anima uult: q̄ aīa plus  
rēporis apponit in ignorantia q̄ in scientia. Per  
multum. n. temporis quis insudat studio ante q̄  
peruenire possit ad perfectionem scientiae. qua-  
re si uita nostra est breuis: & artes scientiae sunt  
difficiles & longae: q̄ homines cōmuniter male  
nati sunt ad capescendam sciētiam. Si uolumus  
ad aliquam perfectionem scientiae peruenire: de-  
bemus ab ipsa infantia & qua si ab ipsis cunabu-  
lis incoare. **D**ecet ergo omnes nobiles & ma-  
xime reges & principes: si uolunt suos filios di-  
stincte & recte loqui litterales sermones esse fer-  
uentes & attentos circa ipsos & peruenire ad ali-  
quam perfectionem sciētiae: ab ipsa infantia eos  
tradere litteralibus disciplinis. Nam ut superius  
dicebat. Nullus est naturaliter dominus: nisi ui-  
geat prudentia & intellectu. Quate si per cogni-  
tionem litterarum efficitur quis intelligētor &  
magis uiget prudentia & intellectu. Tanto ma-  
gis decet filios regum & principum etiā ab ipsa  
infantia insudare litteralibus disciplinis. quāto  
decet eos intelligentiores & prudentiores esse.  
ut possint naturaliter domiari. Posset autem ad  
hoc idem alia ratio ad duci. Nam nisi princeps  
uiget prudentia & intellectu de facili conuer-  
tur in tyrannum quia non curabit de operibus  
uirtutum: sed appreciabitur nūmismata & exte-  
riora bona. ultra quam debeat. Erit ergo tyran-  
nus & populi deprēdator. Ne ergo filii regū &  
principum cum ponuntur in aliquo dominio  
tyrannizent decet ipsis etiam ab ipsa infantia i-  
sudare litteris: ut uigere possint prudentia & in-

tellectu.

**Q** uas scientias debent addiscere filii nobilū  
& maxime filii regum & principum. Cap. viii.

Eptem scientias esse famosas apud an-  
tiquos: antiqua auctoritas protestatur.  
Huiusmodi autem sunt. Grammatica:  
Dyalistica: Rethorica: Musica: Arismetica: Geo-  
metria: & Astronomia: Has autem omnes libera  
les uocant: eo q̄ filii liberorum & nobilium po-  
nebantur ad illas. Addiscabant enim primo filii  
nobilium grāmaticam. Nam grāmatica secun-  
dum Alpharabium inuenta est ne erretur in lin-  
guā: & ne peccetur in sermone. Addiscimus enī  
per grāmaticam ydeoma latīnū: quod est ydeo-  
ma philosophorum. Sub tali enim sermone phi-  
losophi suam scientiam tradiderūt. quare si per  
nosipso non sufficiimus ad inuenienda omnia  
scientifica. sed indigemus ad hoc auxilio philo-  
sophorum & doctorum: expedit nos scire ydeo-  
ma illud in quo doctores & philosophi sunt lo-  
cuti. & quia hoc scitur per grammaticam. Ideo  
grammatica inter liberales scientias est compu-  
tanda: qui filii liberorum & nobilium instruebā-  
tur in illa. **S**ecunda liberalis scientia dicitur es-  
se dyaletica. quæ docet modum arguendi & op-  
ponendi. Nam modus sciendi noster est: ut per  
debita argumenta & per debitas rationes mani-  
festemus propositionem. Oportuit ergo inueni-  
re aliquam scientiam docentem modum: quo  
formanda sunt argumenta & rationes. Nam ni-  
si modum arguendi sciremus: possemus in argu-  
endo peccare: & per consequens decipi. Credere  
mus aliquando bene concludere & concludere  
mus falsum: eo q̄ ignoraremus arguēdi modū.  
Sicut igitur necessaria est grāmatica quæ est di-  
rectio linguæ: ne erremus in loquendo: sic secu-  
dum Alpharabium necessaria est dyaletica quæ  
est directio intellectus ne erretur in arguendo.  
**T**ertia scientia liberalis dicitur esse rethorica.  
Est autem rethorica ut innuit philosophus in re-  
tho. suis quasi quædam grossa dyaletica. Nam  
sicut fiendæ sunt rationes subtiles in scientiis na-  
turalibus & in aliis scientiis speculabilibus sic  
fiendæ sunt rationes grossæ in scientiis morali-  
bus: quæ tractant de agibilibus. quare sicut ne-  
cessaria fuit dyaletica quæ docet modum argu-  
endi subtilem & uiolentiorem. Sic necessaria fu-  
it rethorica quæ est quædam grossa dyaletica:  
docens modum arguendi grossum & figurale.  
Hæc autem necessaria est filiis liberorum & no-  
bilium: & maxime regum & principum: quia ho-  
rum est conuersari inter gentes & dominari po-  
pulo: qui non potest percipere nisi rationes gros-  
sas & figurales. **Q** uarta scientia liberalis dicit  
esse musica: hæc secundum phūm. yiii. poli. con-  
uenit ipsis iuuēibus: & maxime filiis liberorum  
& nobilū propter rōnes multas. Quarū una est:

Quia pueri nihil tristabile sustinere possunt quae si debet eis aliqua delectabilia concedi dignum est q̄ ordinentur ad delectationes inocuas. quae secundum eundem ph̄m: musica est consuetanea naturae iuuenum; quia habet innocuas delectationes. Secunda ratio ad hoc idem esse potest. quia ut ph̄s inuit: in eodem. viii. poli. Mēs humana nescit ociosa esse. Ideo ut uidetur ocium bonum est aliquando interponere inter delectationes musicales: quae sunt licitae & inocuae. Maxime autem hoc decens ē filii liberorum & nobilium. qui non uacantes mechanicis artibus remanent ociosi nisi studerēt litteralibus disciplinis. & nisi suis exercitiis interponerent delectationes musicales quae sunt licitae & honestae. Tāgit. n. philosphus multas rationes impossibilis per quas ostendi posset: q̄ filios nobilium decet addiscere musicam; sed de his forte infra tangatur. **C** Quinta scientia liberalis dicitur esse arithmetica. docens proportiones numerorum ad quam forte filii liberorum. Ideo tradebantur: quae sine ea musica sciri nō potest. **C** Sexta scientia liberalis est geometrica: q̄ docet cognoscere mensuras & qualitates rerum ad hanc autem filii nobilium. Ideo forte tradebatur: quia sine ea astronomia quae est de qualitate astrorum & de substantia siderum & de cursibus eorum perfecte sciari non potest. **C** Septima scientia liberalis dicitur esse astronomia. circa quam forte antiquitus filii nobilium. Ideo insudabant: quia gentiles circa iuditia astrorum nimis erant curiosi. Nunquam enim uolebant bella inchoare: nec aliqua opera incipere nisi considerato gradu ascendente. & inspecta conditione cœli: & quia hoc per astronomiam cognoscitur. Ideo filii liberorum & nobiliū uolebant in astronomicis esse instructi. **C** Sic ergo antiqui de liberalibus senserunt & has septem artes nimium extollebant. Verum tamen plures sunt aliæ scientiae longe nobiliores istis. Nam naturalis philosophia docens cognoscere naturas rerum longe melior est q̄ aliqua prædictarum. Sed hoc declarare non patitur perseratio præsens: quae debet esse grossa & figuralis. Rursus & methaphysica quae modo humano & proportiones humanitus inuentas tractat de deo & de substantiis separatis longe nobilior est: q̄ naturalis philosophia. Et etiam q̄ aliqua prædictarum: de qua philosphus ait primo metha. quae nulla est dignior ipsa. quod intelligendum est de scientiis humanitus inuentis. inter quas methaphysica primatum tenet. **C** Amplius theologia quum est de deo & de angelis nō modo humano sed diuino: & non per humanam inuentionem: sed magis per inspirationem diuinam: longe incomparabiliter nobilior & dignior est omnibus aliis. Ad huc quædam morales scientiae ut ethica: quae est de regimine sui: & yconomy: quae est de regimine familiæ. & politica: quae est de regimine ciuitatis & regni: ualde sunt uti

Ies & necessarie filiis liberorum & nobilium. ymo ut in prosequendo patebit: filii nobilium & maxime filii regum & principum: si uelint politice uiuere. & uelint alios regere & gubernare: maxime circa has debent insistere. Sunt autem & aliæ scientiae subalternatae & suppositae istis. ut p spectiva: quae est de uisu: est sub geometria. Medicina uero est sub naturali philosophia. Leges & iura quae sunt de actibus hominum sub politica: quae est de regimine ciuitatum. nam ut alibi nos dixisse meminimus. Omnes legistae sunt quasi quidam ydeotæ politici. nam sicut layci & vulgares quia arguunt & formant rationes suas quem modum arguendi: docet dyaletica. Ideo ipsis quia arguunt artificialiter & dyaleticis: appellantur a philospho ydeotæ dyaleticis. Sic legistae: quia ea de quibus est politica dicunt narrativa & sine ratione: appellari possunt ydeotæ politici. Ex hoc autem patere potest quanto magis honorandi sunt scientes politicani & morales scientias quā scientes leges & iura. Nam quanto scientes & dantes causam: honorabiliores sunt loquentibus & non reddentibus causam dicti. tanto tales honorabiliores sunt illis. Ex hoc autem apparere potest qui scientes magis sunt honorandi: nam primo honorandi sunt diuini & scientes theologiam. Quia deus ipse ē deus omnium entium. Sic theologia principaliter est de deo & est dea omnium & domina humanarum scientiarum. Post theologos uero magis honorandi methaphysici. quia ut superius dicebatur. Inter scientias humanitas inuentas methaphysica priuatum tenet. Post hos quidem honorari debent naturales philosophici. quia naturalis philosophia. licet sit infra methaphysicam. retinet tamen principatum inter omnes alias scientias inuentas homine. Sic ergo scientes gradatim sunt honorandi. **C** His ergo scientiis sic diuisis: de leui patere potest: circa quas scientias filii nobilium. & maxime regum & principum debeant insudare. Nam cum oporteat eos esse quasi semideos: & debite & absq; negligenter negotium regni intendere. non uacat eis subtiliter perscrutari scientias. maxime igitur decet ipsis bene se habere circa diuina. & esse instritos & firmos in fide. Et illas scientias per quas quis se & alios nouit regere & gubernare. Huiusmodi autem sunt scientiae morales. Alias ergo scientias in tantum decet eos scire inquantam deseruiunt morali negocio. Decet igitur eos scire grammaticam ut intelligent ydeoma litterale. secundum q̄ ydeoma tam morales scientie q̄ aliæ facilius traduntur. Imo si nunquam grammatica deseruiret negocio morali. Decet reges & pricipes sciri ydeoma litterale: ut possint secreta sua aliis scribere & legere absq; aliorum scitu. **C** Filii ergo nobilium quantūcūq; intendant esse milites & uacare negocio politico. debent insudare. ut sciant ydeoma litterale. Debet

etiam aliquid addiscere de grāmatica & rethori  
ca ut ex hoc subtiliores fiant ad intelligendum  
quæcūq; pposita. quo facto totum suū ingeniū:  
debent exponere: ut bene intelligent moralia: ut  
sciant & alios regere. Nam & de musica fecūdū  
phūm in politicis eos scire decet in quantum de-  
seruit ad bonos mores. Sic ergo morale nego-  
cium scire expedit ab his qui cupiunt principari:  
ut si oēs alias scientias ignorarent: adhuc stude-  
re debent ut eis moralia uulgariter & grossie pro-  
portionent quia per ea princeps sufficienter in-  
struitur qualiter debeat principari: & quo se & ci-  
ues inducere debear ad uirtutes.

**C**Qualis debeat esse magister: qui filiis nobis-  
lium & maxime regum & principum est propo-  
nendus.

Cap. ix.

**P**Hilosophus circa finem tertii ethi. Cō-  
cupiscibilem siue sensualitatem assimili-  
at puer: & rationem assimilat pæda-  
gogo. Sicut ergo concupiscibilis indiget ratio-  
ne dirigente & regulante. Sic puer indiget ma-  
gistro & pædagogo. Quare sicut ratio semper  
deprecat ad optima. ut in eodem tertio dicitur  
eth. Sic & magister puerorum semper debet eos  
ad optima instigare. Si igitur in doctrina puer-  
rum finis intemperatus est instigatio ad optima:  
quia ex fine accipienda est ratio omnium aliog;  
tal is quærendus est magister qui possit iuuenes  
sibi cōmissos ad optima inducere. Optimum  
autem & bonum & quod inducendi sunt iuu-  
enes est duplex: scientia scilicet & mores. Ad bo-  
nos autem mores inducitur dupliciter quis. exē-  
plo per bonitatem uitæ & uerbo per monitiōes  
debitas: quantum. s. ad præsens spectat. Magister  
puerum nobilium: & maxime regum & princiz-  
pum tria in se habere debet. Debet esse sciens in  
speculabilibus. Prudens in agibilibus & bonus  
in uita. **A**d hoc autem q; sit sciens in specula-  
bilibus requiruntur tria. Quod sit inuentiuus p  
se. Quod intelligat aliorum dicta. Et tertio q; sit  
indicatiuus tam de inuentis: q; de hiis quæ ab ali-  
is intellexit. Inuentiuus. n. esse debet: quia qui  
nullo modo scit aliqua inuenire: sed solum no-  
uit aliorum dicta referre. magis ē recitator q; do-  
ctor. Decet igitur ipsum esse inuentiuum. **S**e-  
cundo decet ipsum esse intelligentem & perspi-  
cacem. Nam sicut nullus bene & perfecte sibi suf-  
ficit in uita: sed ad hoc q; habeamus sufficientiā  
in uita oportet nos in societate iuuere: ita ut per  
auxilia aliorum subueniatur nobis ad indigen-  
tiam uitæ. Sic & forte multo magis. Ut patet p  
philosophum secundo metha. Nullus sibi suffi-  
cit in speculando: sed semper posteriores philo-  
sophi ex dictis aliorum priorum habuerunt iu-  
uamenta auxilia. Non ergo sufficit ad perfectio-  
nem scientiæ q; aliquis sit inuentiuus ex se: sed  
q; sit perspicax & intelligentis alioq; dicta. **T**er-  
tio oportet ipsum esse iudicatiuum. Nam perfe-  
ctio scientiæ potissime in iudicio consistit. Non  
enim satis ē alioq; dicta intelligere: & de se mul-

ta inuenire. nisi tam de intellectis q; de inuentis  
nouerit iudicare: quæ sunt tenenda: & quæ re-  
spuenda. Quantum ergo ad scientiam talis de-  
bet quæreri doctor: qui sit inuentiuus ex se: intel-  
ligens alios: & bene iudicatiuus: tam de inuētiis  
q; de intellectis. Nam & dato q; filii nobilium &  
maxime regum & principum nolit omnino: ad  
profunditatem scientiæ ingredi: sed sufficiat eis  
aliqua de his cognoscere. nihilominus tamen  
doctorem bene scientem debet inquirere: eo q;  
doctrina prudentum facilis: & qui clare intelli-  
git: clare loquitur. Illa ergo modica quæ scire  
cupiunt: facilius clarius & recti intelligentia sci-  
te q; inscio. **V**iso qualis debet esse doctor: &  
quomodo debet esse sciens: ut doceat in scien-  
tia. Restat uidere qualiter debet esse prudens in  
agibilibus: ut instruat in bonis mōribus. Ad hu-  
iusmodi autem prudentiam describēdam: licet  
enumerare possemus omnia illa octo quæ in pri-  
mo libro de prudentia tetigimus. sufficiat tamen  
ad præsens de illis enumerare. Doctor ergo pue-  
rorum nobilium debet esse sic prudens in agibi-  
libus ut sit memor: cautus prouidus: & circūspe-  
ctus. Debet. n. esse memor recolendo præterita:  
nam sicut ualēs rectificare uirgam nunq; eam re-  
ctificare posset nisi cognosceret ex qua parte eēt  
obliquata. Sic uolens alios rectificare nunq; eos  
congrue rectificare posset nisi haberet præterito  
rum: notitiam: p quæ cognosceret quō obliqua  
ta eēnt. decet igit aliorum directore memorem  
esse præteritor. Secundo decet ipsum esse pui-  
dum futuor. nam sicut alioq; director debet co-  
gitare præterita ut sciat quō per tempora præte-  
rita obliquati fuerint qui ab eo sunt dirigendi.  
Sic debet puidere futura ut adhibeat medicamē-  
ta ad ea per quæ postor. facilius obliqri possint.  
Tertio decet ipsum eē cautum. q; ut in primo li-  
bro tetigimus: sicut in cognoscendo & speculā-  
do est adhibenda cautela: ne falsa amisceant u-  
ris. Sic in agēdis conuenit hominem esse cautū:  
ne mala admisceant bonis: quādam. n. secundū  
se mala supficie tenus considerata apparent bo-  
na. sicut quādam falsa apparent uera. quare sicut  
doctorem in speculabilibus. sic decet esse diligē-  
tem & cautum: ut pponat suis auditoribus uera  
sine admixtione falsor. sic quia uult iuuenes di-  
rigere debet cautus esse pponens eis bona sine  
admixtiōe malor. Quarto hīoī doctor debet  
esse circumspectus uel exptus. Nam experti ē par-  
ticularia cognoscē. sic & hīoī doctor debet co-  
gnoscere particulares conditiones illoq; iuuēnū  
quos decet regere. Nam secundum iuuenes ha-  
bent alias & alias cōditiones & sunt pni ad alia  
& ad alia sic sunt aliter & aliter instruendi. talis  
ergo debet esse doctor iuenum ut eos per debi-  
tos sermones & per debitās monitiones indu-  
cat ad bonum. Verumq; ad bonum quis induci-  
tur non solum monitionibus uel correptioni-  
bus. Sed etiam operibus & exemplis. requiritur  
q; huiusmodi doctor sit in uita bon' & honestus

nam qā ætas iuuenilis ualde est p̄na ad int̄perātiā & lasciuiam: q̄tūcūq; puerō; doctor eis uerba bona proportionaret. si tñ opa contraria face ret: iuuenes illi exēplo induiti de facili ad illicita declinarēt. Patet igit̄ qualem q̄rendū esse doctorem qui q̄tū ad sciam speculabiliū sit iuueniū ex se. itellectiūs alioꝝ. & iudicatiūs tā iuuentorꝝ q̄ intellectorꝝ. Quātum uero ad prudētiā agibilium decet ip̄m esse memorem puidum & cautū. & circumspectū. Quātum aut̄ ad uitam decet ip̄m esse honestū & bonum. Si ergo reges & prin. & uniuersaliter oēs ciues ualde sollicitant̄ q̄ libet pponant suis nūmismatibus possessionibꝫ & rebus inanimatis: quia secundum phūm. i. p̄li. sp̄ de aiatis amplior cura habenda q̄ de inanimitatis: & de filiis. q̄ de aliis. ualde deberent eē foliici & cū magna diligētia attendere: qualē magistrum pdonerent in regimine filiōꝝ.

**C** Qualiter circa loquela & circa uisum & auditum instruendi sunt iuuenes. **Cap.x.**

Ira finē. vii. poli. docet. phūs iuuenes e cohibēdos esse circa locutionē uisionē & auditū: non. n. decet pueros q̄liter cūq; loqui. nec decet eos q̄liacūq; uideā. uel q̄lia cūq; audire. sed ē ibi modus aliquis adhibēdus. Circa locutionem quidē iuuenes tripliciter pecare uident̄. Primo quia de facili loquunt̄ lasciuia. Scđo quia de leui loquunt̄ falsa. Tertio qā ut plurimū loquunt̄ fatua & iprāmeditata. Loquū tur. n. de leui lasciuia qā ut supius in primo libro dicebat. Iuuenes sūt iſecutores passionū & ad laſciuam p̄ni quare cum sp̄ sit adhibēda cautela: ubi piculum iminet: cohibēdi sunt iuuenes a locutione lasciuia. & a sermonibꝫ turpibus: & sunt ī crepandi. & ēt corrigēdi si eos talis loqui cōtingat. Ratio aut̄ quare sunt a sermonibꝫ turpibus phibendi ē secundum phūm. qā ex talibus locutionibꝫ de facili ad opa turpia inclinant̄. ipsa. n. locutio turpē facit in nobis memoriam deleſtabiliū illicitorꝝ. qua facta augeſ concupiscētia circa illa. concupiscētia uero augmētata facilius inclinatur ad ipsa. pp q̄d bene dictum est q̄d corrumpunt bonos mores colloqa praua. Cohibēdi ergo & corrigēdi sunt iuuenes ne loquaſ lasciuia. **C** Scđo sunt cohibēdi & corrigēdi ne loquunt̄ falsa. Nam ut supius diximus iuuenes sunt de facili mētitui. cum ergo consuetudo sit quasi altera natura: ex quo iuuenilis ætas inclinat eos ad dicēdum falso & mendacium q̄ scđm phūm iiiii. metha. est p̄ se prauū & fugiēdum p̄ debitas monitiōes & correptiones inducēdi sunt ut relīquentes mendaciū adhæreāt ueritati. quæ scđm phūm in eodē. ii. eth. ē p̄ se bona & laudabilis. **C** Terrio cohibēdi sunt ne absq; p̄meditatione loquunt̄: nam iuuenes sunt inexti & pauca cognouerūt. quia ergo pauca cognoscunt ad paucā respiciētes enunciāt cito & debiliter: q̄re monēndi sunt ne statim ad interrogara r̄ndeant. licet. n. nullus rep̄te sit supremus & iuuenes non statim possint esse pfecti & prudentes. in si assue-

fiant ut premeditati r̄ndeant: & ut pr̄cogitēt in sermonibꝫ p̄ferendis p̄ successionem t̄pis disponent ut p̄ferant sermones irephensibiles. **C** Viſo q̄liter pedagogi & doctores iuuenum debet eos iſtruere q̄uo se habeant ad loquela. Restat uidere quomodo sunt instruendi ut se habeant circa uisum. In uisione autē iuuenū duplex cautela est adhibenda. Primo quantum ad uisibilia. Secundo quantum ad modum uidendi. **C** Quantum ad uisibilia quidē quia sicut nō decet eos turpia loqui. Rō āt eius assignat a phō. viii. ethi. ubi ait q̄ oīa prima amanuſ magis pp q̄d ab ipsis iuuenibꝫ extranea facere q̄cūq; sunt turpia & quæcūq; infectionem habēt. quia quæ primo aspiciunt̄ cum maiori aspiratiōe uident̄. quare magis sumus attenti circa illa: & p conſequens ea magis memoriter retinemus. Iuuenes igit̄ quia eis quasi oīa sunt noua: maiori ardore ferunt̄ in illa quæ uidēt quare si cōtingat eos uideretur turpia magis recordant̄ de illis & p conſequens inclinant̄ ad concupiscēdū ea. Vnde & phūs phibet ut non ſolum phibeantur iuuenes ad uidendum turpia in re: ſed ēt in picturis & in ymaginibꝫ. ut ſi mulieres uideant̄ depictæ uel sculptæ: non effent iuuenibꝫ ostendendæ. Nam fatis illa ætas de fe puocat ad lasciuiam & ad passiones inſequendā non oportet ipsam p̄ uisionē turpium ad ulterioremp̄ puocare. **C** Secūdo adhibēda est cautela in iuuenibꝫ ut instruātur q̄ palpebras oculorꝫ cum maturitate eleuēt̄: & non habeant oculos uagabūdos. Inclinaſ. n. ætas illa: eo q̄ oīa respiciat tanq; noua. ut oīa uideretur uelit: & circa oīa uisu uagatur: & in regibus & principibꝫ ualde est indecēs si habeant oculos uagabundos. Nam ex hoc iudicantur leues corde & paruifici & pusillanimis: eo q̄ uideant̄ de oībus admirari. Eos igit̄ qui debet̄ principari & dominari ēt ab ipsa infantia motuendi ſunt de modo uidendi ut mature ſe habeat̄ circa elevationem oculorꝫ & circa uidendi modū. Nam facilius q̄s vir factus obſeruat q̄d ab iſantia affueuit. **C** Ostēlo q̄uo instruendi ſunt iuuenes q̄tū ad loquela & uisionem. Restat ostendere q̄uo ſunt instruendi ut ſe habeant ad auditum. Circa quē q̄tū ad pr̄fens spectat: ēt duplex cautela est adhibēda. Primo quātum ad res auditas. Secundo q̄tū ad eos quos audit. In rebus aut̄ auditis obſeruatur cautela q̄tū ad iuuenes: ſi prohibeantur ab auditione turpium. Nam ſecūdū phūm. vii. poli. ubi de hac materia loquitur prohibendi ſunt iuuenes ne audiant quodcūq; turpium. qā audire eft. ppe ad ipsum facere. Ideo ergo ſecundum phūm cohibendi ſunt iuuenes ab auditione turpium: qā ex hoc de facili inclinant̄ ad opus. **C** Secundo adhibenda eft cautela in ipsis iuuenibꝫ quantum ad eos quos audiant. Si cut decēs eft audire eos honesta & pulchra & indecens audire turpia. ſic decet eos audire uiros bonos & honestos: & cohibendi ſunt ne audiāt maliloquos & in honestos.

**C**Quot modis peccat circa cibum: & qualiter se debeant habere iuuenes circa ipsum. Cap. xi.

Iximus superius iuuenes ab infantia instruendos esse in bonis moribus uegetur quia ut supra dicebat in morali nego-  
cio sermones universaliores minus proficiuntur oportet specialiter tradere quo iuuenes sunt in bonis moribus instruendi. Quare postquam diximus quo se hinc debet circa loquela & circa uisum & auditum. Restat ostendere quo se hinc debeant circa cibum & circa potum & circa uenerea siue circa matrimonium contrahendum. Sed primo dicemus quot modis peccat circa sumptionem cibis: & qualiter se debeant hinc iuuenes circa ipsum. Circa cibum autem contingit. yi. modis peccare uel delinquere. Primo si sumatur ardenter. Secundo si nimis. Tertio si turpiter. Quarto si inordinate. Quinto si nimis laute uel delicate. Sexto si nimis studiose. Delinquitur. n. circa cibum si sumatur ualde ardenter. Nam hoc non solum nocet animae quam nimis ardenter & auide sumentes cibum sunt gloriosi & intemperati. Sed etiam nocet corpori. Nam cibus nimia auiditate sumptus non bene masticatur. & per consequens minus semper digerit. Ordinavit. n. natura aialibus dentes: ut per eos cibus debite tritus facilius pateretur a calore naturali. & per consequens facilius conserteretur in nutritiis. Sicut ligna minute trita facilius ignintur & conuertuntur in ignem: hunc autem ordinem naturali ut plurimum non obseruant sumentes cibum nimis auide. Nam ut innuit. phus. iii. ethi. modica delectatio est cum cibus attingit linguam: sed maior est: cum attingit guttum. Gulosi ergo qui nimis auide & cum magna delectatione cibum sumunt non multum delectantur quia cibus diu in ore existat: sed cupiunt quod cito pueriant ad guttur. Ideo tales ut plurimum cibum non masticant. sed eum imasticatum transglutiunt. quare sequitur cibum sic sumptum non bene digerit. & per consequens sequitur quod non solum laedit aia sed etiam corpus. Secundo delinquitur circa cibum: si sumatur nimis in quantitate. Nam & hoc nocet animae: quia reddit ipsam intemperatam: & etiam nocet corpori quia impedit digestionem debitam. Si. n. cibus digeri debeat oportet ipsum esse proportionatum calor naturali. quod si in tanta quantitate sumatur quod calor naturalis ei dominari non possit non bene digerit: & per consequens non causat debitum nutrimentum. Tertio delinquitur si sumatur turpiter. sunt. n. plurimi seipso pascere nescientes quod viri: aut nunquam comedere possunt: quin sua uestimenta deturpentur: turpitudo autem corporis licet secundum se non sit delictum: peccat tamen circa eas: si contingat ex inordinatione animae: quod cum turpis modus sumendi cibum signum sit cuiusdam gulositatis uel inordinationis mentis in sumptu ne cibi non solum cauedus est ardor & nimietas: sed etiam cauenda est turpitudo. Quarto circa cibum delinquitur ex inordinatione temporis: ut si nimis ante horam: uel nimis inordinate suma-

tur cibus nam ex tali sumptione efficit quis gulosus & intemperatus. & etiam laeditur secundum corpus: non oculi actiones naturales secundum physiologum mensurans quadam periodum. Inde igitur quia consuetudo est quasi altera natura. Ideo cum quis assuescit sumere cibum in aliqua hora: ut plurimum appetit sumptionem eius in eadem hora. Si ergo inordinate & praeter consuetam horam utat quis cibum sumere: ut plurimum ante digestionem primi cibi sumatur secundus cibus laeditur ergo inde corpus. Hora ergo debita & determinata non solum propter bonitatem animae: sed etiam propter sanitatem corporis: obseruanda est in sumptione cibi. Quinto peccatur circa sumptionem cibis: si querantur cibaria nimis laeta & delicata ultra quam eius status requirat. Delicatio enim ciborum accipienda est secundum conditionem personae: & secundum statum nobilitatis eius. Qui ergo ultra quam conditio personae exigit: & ultra quam eius status requiat delicata cibaria querat delinquit: quia ex hoc aliqua intemperatio uel aliquo modo puerit. Sexto delinquitur si querantur cibaria nimis studiose parata. Nam etiam in uilibus cibariis potest quis ostendere se nimis gulosum: si nimio studio uelit ea esse parata. Videntur enim tales uiuere ut comedant: non comedere ut uiuant: cum nimium studium & nimiam curam apponant circa præparamenta ciborum. His ergo uisi de leui appareat qualiter instruendi sunt pueri ut se habeant circa cibos. Nam nullus repente fit summus. Sufficit autem eos paulatim & pedetentim instruere: ut cum ad debitam aetatem pervenerint: sint sufficienter instructi: qualiter se habere debeant in sumptione ciborum.

**C**Qualiter instruendi sunt pueri ut se habeant circa potum: circa uenerea: & circa coniugia contrahenda.

Cap. xii.

Ostegit in praecedenti capitulo diximus: **P**qualiter delinquitur circa cibum. Restat diceat quod delinquitur circa potum: dicebatur enim superius quod iuuenilis aetas maxime est prona ad intemperantiam: quare cum semper sit adhibenda cautela: ubi magis periculum iminet. In puerili aetate eauendum est ne iuuenes efficiantur intemperati. Temperantia autem circa tria est adhibenda: circa cibum potum & uenerea. Nam non solum cibus indebitum sumptus intemperantiam causat: sed etiam potus. Decet ergo iuuenes non solum esse abstinentes: ut non efficiantur gulosi ex sumptuose cibi. Sed etiam decet eos esse sobrios: ut non efficiantur ebrios: ex sumptuose potus. Vinum enim imoderat sumptuose quod ad præfens spectat tria mala causat. **P**rimo: quia uenerea prouocat. Cum enim corpore calefacto maior fiat incitatio ad actus uenereo: unum quod maxime calorem efficit imoderat sumptuose: icitat ad incotinentiam nimiam: ergo sumptuose uini in quantum uenerea prouocat: tanto magis in aetate iuuenili quam senili cauenda est.

quāto illa ætas prōrior est: ad lasciuiam q̄ alia.  
 Secundum malum quod inducit nimia sum-  
 pto uini. est depræssio rationis. Nam ascen-  
 tribus sumositatibus uini ad caput turbatur cere-  
 brum: quo turbata deprimitur ratio nostra quā  
 rum ad suos actus quia non possumus libere ra-  
 tione uti. Immoderata ergo sumptio uini in tā-  
 tum impedit rationis usum in quātum turbat ce-  
 rebrum. Inde est ergo q̄ aliqui plus offendūtur  
 animo q̄ alii: quia habent debilius caput: & citi-  
 us turbatur eorum cerebrum: phibendi sunt er-  
 go iuuenes a nimia sumptioē uini: quia propter  
 debilitatem cerebri citius offendunt aīo. Ter-  
 rūm malum quod ex uino cōsurgit est: lis & dis-  
 sensio. Turbato. n. cerebro ex nimia sumptione  
 uini: & amissu usu rationis de facili prorumpit  
 in uerba inordinata: & consurgunt dissensiones  
 & lites. ymo quia consurgit ex inflammatiōne san-  
 guinis. Vinum quod propter sui caliditatem in  
 flamat sanguinem: reddit hoīem animosum &  
 irascibilem: quo facto facilis prouocatur ad dis-  
 sensiones & lites. Iuuenes ergo quia sunt amato-  
 res contumeliarum ut uult phūs. ii. ethi. phiben-  
 di sunt a nimia sumptione uini: per quā quis ad  
 lites & contumelias prouocatur in omni ergo æta-  
 te cauendum est: a nimietate cibi & ab imodera-  
 tione potus: uerūtamen quia facilis adheremus  
 hiis ad quae ab infantia assueti sumus. Decet om-  
 nes patres & maxime reges & principes solicita-  
 ri circa regimē filiorum: ut ab ipsa infantia sic re-  
 gantur q̄ sint abstinentes & sobrii. Viso quali-  
 ter iuuenes debeant se habere circa cibum & po-  
 tum. Restat uidere quomodo se debeant habe-  
 re circa uenerea & circa coniugia contrahenda.  
 Oritur enim luxuria & gula quasi filia ex matre.  
 Si ergo diximus iuuenes ipsos instruendos esse:  
 ne sint gulosi: restat dicere quomodo instruēdi  
 sunt ne sint lascivi. Cum ergo omnis actus uene-  
 reus excepto matrimonio sit contra rationis di-  
 stamen. quia decet patrem sic solicitari erga fili-  
 os: ut sint uiuitosi. Iuuenes continete uolentes i-  
 ducenti sunt: ut sint contenti. In qua autem æta-  
 te debeant uti coniugio ostendit philosophus  
 vii. politi. dicēs q̄ in muliere requiriæ ætas. xviii.  
 annorum. In masculo. xxvii. in tali aut ætate se-  
 cundum ipsum procreantur filii magis perfecti:  
 sed quia uis generatiua ut superius diximus ē ni-  
 mis corrupta sufficeret toto tempore augmen-  
 ti q̄ durat cōmunitas usq̄ ad uigesimum primū  
 annum abstinere iuuenes a carnali copula. q̄ si  
 infra tale tempus utantur coniugio prouocant  
 ad lasciuiam: & impedit eorum augmentum: ut  
 uult philosophus in eisdem poli. Sic ergo uten-  
 dum est cōiugio si nostra uis concupiscibilis nō  
 esset nimis corrupta: quia tamen timendum est  
 de corruptione cōcupiscibili: si doctores puer-  
 rum percipiāt iuuenes tantum tempus expecta-  
 re non posse: poterit illud tempus anticipari put-  
 eis uidebit expedire. Qualiter aut se debeant ha-  
 bere iuuenes cum uxore iam ducta: & q̄ sunt cō-

sideranda in uxore ducenda: supra cum egimus  
 de regimine coniugali duffusius diximus.  
 Qualiter iuuenes se habere debeant in ludis  
 & in uestibus & uestitu. Cap. xiii.  
 Stenso quomodo iuuenes debent eē  
 o abstinētes in cibo: sobrii in potu: tem-  
 perati in uenereis: contrahēdo coniu-  
 gium in ærate debita: & modeste se habere cum  
 uxore iam ducta. Restat ostendere q̄o circa lu-  
 dos circa gestus & circa uestitum debeant se ha-  
 bere: Ludus aut ut probat phūs. viii. polit. est ne  
 cessarius in uita: qd̄ quātum ad præsens spectat:  
 dupli uia declarari potest. Primo ex uitatione  
 illicita sollicitudinis. Secundo ex adeptione finis  
 intenti. Prima uia sic patet. Nam mēs huma-  
 na nescit ociosa eē: cum ergo quis uacat ocio &  
 non intēdit aliquibus delectationibus licitis sta-  
 tim incipit uagari cogitando de illicitis: uñ phi-  
 losophus. viii. poli. ait q̄ ludus est quædam de-  
 ductio & uitatio sollicitudinis quare ne solicite-  
 mur circa aliqua illicita: & uitemus delectatiōes  
 illicitas: expedit aliquādo habere aliquos ludos  
 & habere alias deductiōes licitas & honestas:  
 qui sunt tam illi ludi & quae sunt illæ deductio-  
 nes circa quas debet uacari pueri. infra dicetur.  
 Secunda uia ad ostendendum hoc idem su-  
 mitur ex adeptione finis intenti. Nam non sem-  
 per statim quis habere potest finem intētum, ne  
 ergo pp continuos labores deficiat a cōsecutio-  
 ne finis: expedit aliquos ludos & aliq̄s deductio-  
 nes interponere suis curis: ut ex hoc aliquam re-  
 quiem recipiētes magis possint laborare in cōse-  
 cutiōe finis. Vnde & philosophus. viii. polit. ait  
 q̄ quia homo non pōt requiescere i fine adeptis:  
 & aliquādo quis constituit sibi finem in quo diu  
 laborat anteq̄ consequatur illum ideo oportet i  
 terponere aliquos ludos & alias delectatiōes  
 ne deficiat a consecutione finis. Sic ergo instrue-  
 di sunt pueri erga ludos ut non omnino prohi-  
 beantur a ludis: sed ut moderate habeant ludos  
 honestos & liberales. Nam ludi turpes & eloqua-  
 turpia & deductiones in honestæ prohibendæ  
 sunt a iuuenibus: ut uult philosophus. vii. poli.  
 Viso qualiter iuuenes se habere debeant circa  
 ludos. Restat uidere qualiter se habere debeant  
 circa gestus. Gestus autem dicūtur quilibet mo-  
 tus membrorum ex quibus iudicari possunt mo-  
 tus animæ. Videmus enim prudentes & bonos  
 habere gestus ordinatos & honestos cohibent  
 enim sua membra ne aliquem motum habeant  
 ex quo quis cōiecturari possit elationem animi  
 uel insipientiam mentis uel intēperantiam appe-  
 titus. Est. n. hoī necessaria disciplina in gestib⁹.  
 Nam q̄ ipse intentus est circa rōnem & intelle-  
 ctum non sic p̄cipit naturales ipetus: nec sic agit  
 ex naturali instinctu ut aues & bestiæ. Aues enī  
 & alia aīalia ex naturali instinctu agētia non sic  
 indigent disciplina: ut hō qui utif ratione & in-  
 tellectu & ad agēdum sibi opa debita non suffi-  
 ciente inclinat ex natura. Disciplina autē q̄ est

danda in gestibus: est ut quodlibet membrum ordinetur ad opus sibi debitum. Homo. n. non audit pos sed per aurum. Frustra ergo cum quis uult audire alium: retinet os aptum. Sic et homo non loquitur pedibus nec manib[us] nec spatulis sed ore: sicut habent indisciplinatos gestus qui cum uolunt audire alios tenent ora aperta. Sic sunt indisciplinati secundum gestus qui cum uolunt loqui extedunt pedes & crura: uel mouent nimis spissim brachia uel erigunt humeros uel faciunt alia quod ad locutionem nihil deseruiunt. Sic ergo disciplinati sunt iuuenes ut habeant tales gestus & ut sic utans motibus membro per ut deseruiunt ad opa quod intendunt. Nam agere aliquos motus membro per non deseruientes op[er]i intento: uel procedit ex insipientia mentis: uel ex elatione animi uel ex aliquo alio uicio. ¶ Huius uisis restat exeq[ue] de tertio quod proponitur in principio capituli: uidelicet quod liter se habet debeat iuuenes circa uestimentum. V[estimenta] quidem ad tria uidentur ordinari: uidelicet ad delectationem: utilitatem & honorum. Omne. n. bonum: uel est delectabile: uel utile: uel honestum siue honorabile. Bonum. n. honestum bonum honorabile dici potest. Nam honestum idem est quod honoris status. Si ergo uestimenta quod rursum per bonum delectabile: sic queruntur delicate & mollia. Si per utile: sic queruntur calida ad repellendum frigus tempore yemali: uel non calida tempore aestiuo. Si uero queruntur per bonum honorabile: sic queruntur pulchra & decora. Indecens est autem nimis solicitari circa molliciem uestimentum & circa delectationem in ipsis. Nam ex hoc efficitur quod intemperatus & timidus: de leui. n. quis ad lasciviam & ad molliciem carnis prumpit: si nimis delectet in mollicie uestimentum: & circa delectationem in ipsis. Videtur. n. tales esse mulieres magis quam viriles quare non sunt constantes sed molles: & de facilis in lasciviam prorupunt. ¶ Secundo nimia mollicies uestimentum reddit hominem timendum. Nam cum arma ferrea in se quādam duriciē habent qui semper sollicitantur circa mollia uestimenta: dubitant arma arripere & efficiuntur timidi. Iuuenes maxime cum ad aliam aetatem uenerint ad hoc quod sint abiles ad uacandum circa labores bellicos: ne abhorreant arma instruendi sunt ut non nimis delectentur in mollicie uestimentum. ¶ Dicto quo se habere debeant iuuenes in uestibus ut deseruiunt ad delectationem. Restat ostendere quo se habere debeant circa ipsa ut deseruiunt ad utilitatem. Quod uidere habent distinguendo inter complexiones tempora & aetates. Nam habentes complexiones magis depræssas & minus porosas non sic laeduntur a calore & frigore: sicut habentes complexiones raras. Vnde & mulieres quia sunt magis flegmaticae & habentes complexiōem dep̄ssam & minus porosam: quod patet ex parentia pilorum: minus offendunt a calore & frigore quam viri. Sic etiam distinguendū est inter tempora. Nam temporibus frigidis & flante borea utendum est aliis indumentis quam tē-

poribus calidis flante austro. Distinguendū est inter aetates: quia senilis aetas eo quod magis caret calore naturali intrinseco: magis indiget de calore exteriori: uestimenta igit considerata priuata tempore complexione: & aetatum diversifica da sunt ut deseruiunt ad bonum utile. Sed ut deseruiunt ad bonum honorabile: attendenda est consuetudo patris & conditio psonarum. Sic igit instruendi sunt iuuenes circa uestitum ut non nimis solliciti sint circa molliciem uestitum considerata conditione tempore conditiōis & aetatis: put requirit consuetudo patris & conditio psonarum: utans debitum indumentis ad utilitatem corporis. ¶ Quod in aetate iuuenili maxime cauenda sit praua societas.

Cap. xiii.

¶ Omnia sufficit scire qualiter iuuenes se habere debeant circa ludos gestus & uestitum nisi sciuerit cum quibus sociis debent conuersari. Quatuor autem ad presens spectat: quatuor uidentur inesse iuuenibus ex quibus quatuor rationes sumi possunt quod maxime in iuuenili aetate fugienda sit puerorum societas. Iuuenes. n. primo sunt molles & ductiles. Secundo sunt passionum insecuriores & proni ad malum. Tertio sunt nimis amatores societatum. Quarto sunt nimis creditivi. ¶ Prima ergo uia ad ordinandum malum maxime competere iuuenib[us] surgere societatem prauam: sumi ex eo: quod iuuenes sunt nimis molles & ductiles. Anima. n. ut plurimum sequitur complexiones corporis nam quia nostra cognitione incipit a sensu: & sensibilia sunt nobis magis nota. ideo ut plurimum homines sequuntur appetitum sensituum. Appetitus autem sensitivus est uirtus organica siue corporalis. quod operat tales appetitum sumere modum & mensuram ex ipso corpore. In illa ergo aetate in quod quis habet corpus molle & magis ductile: est magis mollis & magis ductilis secundum appetitum. quare cum mollia & ductilia facilius recipiant impressionem ex hiis ex quibus coiunguntur. quod dura. Pueri & iuuenes quia sunt magis molles & ductiles: quod adulti. facilius imprimuntur eis mores sociorum in aetate iuuenili quam in alia. maxime ergo tunc prohibendi sunt a societate praua. ¶ Secunda uia ad inuestigandum hoc idem: sumi ex eo quod iuuenilis aetas maxime est prona ad malum & insecurua passionum. Nam de facili quis inducitur ad illud: ad quod est pronus. Si ergo iuuenes sunt proni ad malum: ut patuit cum determinauimus de moribus iuuenium. maxime in iuuenili aetate caudendum est a societate praua. ¶ Tertia uia ad pbandandum hoc idem sumitur ex eo quod iuuenes sunt nimis amatores amicorum. Nam ut dicitur secundo rhetorico. iuuenes sunt amici & amatores sodalium magis quam aliarum aetatum. quia gaudent in conuiuendo. Si. n. illa aetas maxime delectabili prosequitur: cum ualde delectabile sit conuictere amicis: Aetas illa gaudent conuiuere in societate & amicari sodalibus. In iuuenili ergo aetate maxime cohibendi sunt iuuenes a societate praua.

ua: quia tunc maxime se conformant moribus sociorum: eo q̄ maxime diligent in societate uiuere. Delectatio enim ex coniunctione conuenientis cū conuenienti. Nullus ergo gaudet in societate uiuere nisi gaudeat de sociis conformatis.

**C**Quarta uia sumitur ex eo q̄ iuuenes sunt nimis crediti: delectationes enim sensibiles illicitæ: licet simpliciter sint prauæ & frigiendæ possunt tamen esse bonæ secundū apparentiam. Iuuenes ergo quia de facili credunt: & nō habent per sectum rationis usum: de facili iducunt a sociis: & de facili persuadetur eis ut credant bona sensibilia esse sequenda.

**C**Qualis cura agenda sit de pueris a principio natuitatis usq; ad septem annos. Cap. xv.

**V**ia sermones particulares ualde uidetur esse proficiui morali negocio ideo particulariter descendendo ad diuersa tempora: ostendemus qualis cura circa filios sit gerenda. Primo enī declarabim⁹ qualis cura habenda sit de filiis usq; ad septem annos. Secūdo qualis a septimo usq; ad decimum quartum annum. Postea a decimo quarto & deinceps. **C**Tāgit autem philosoph⁹ septimo poli. sex circa ipsos pueros quæ seruanda sunt ī ætate primitiva. Primum est quia ad septimum debet pasci mollibus: ita tamen q̄ a principio sunt alendi lacte. Secundo quia sunt prohibēti a uino. Tertio sūt assuēscēdi ad frigora. Quarto sunt assuēscēdi ad conuenientes temperatos motus: q̄ in omni ætate uidetur esse proficuum. Quinto sunt recreādi per debitos ludos: & sunt eis recitādæ aliquæ hystoræ & aliqua fabulæ. in quibus recreentur & hoc maxime cum incipiūt percipere significatiōes uerborum. Sexto a ploratu sunt cohibendi. Iuuenes ergo usq; ad septēnium alendi sunt mollibus ita tamen quod & principio maxime alendi sunt lacte. unde & philosophus. vii. politi. ait: q̄ humidum lactis maxime uidetur esse familiare corporibus puerorum. In illa ergo ætate tenera usq; quo sunt circa. vii. annos alēdi sunt molibus & humidis quia talia faciliter patiuntur & faciliter conuentuntur in nutrimentū. Observandum: est tamen in iuuenibus: cū aluntur lacte cū si contingat eos suggeste aliud lac q̄ maternum. quæ uerenda est foemina similis matri quātum ad complexionem eo q̄ lac maternum maximie uidetur esse proportionatum proprio filio. **C**Se cundo pueri sunt prohibēti a uino: & maxime illo tempore quo lac sumunt: & hoc secundum philosophum propter ægrotitudines. De facili enī ægrotantur pueri: & efficiuntur mali dispositi ī corpore si tempore quo ut plurimum pascuntur lacte: assuēscēti bibere uinum. ymo dicunt aliqui q̄ si eo tempore ad uinum assuēscēti disponunt ad lepram. **C**Tertio pueri sunt assuēscēdi ad frigora: unde philosophus. vii. politi. ait q̄ mox expedit consuecere pueris paruis ad frigora. Assuēscere enim pueros ad frigora utile est ad duo. Primo ad sanitatem: uide idem philosophus ait

q̄ exercitum ad frigora facit bonam habitudinem in pueris propter caliditatem existentem ī ipsis. Secundo exercitum ad frigora paruis pueris utile est ad bellicas actiones. Nam frigus membra consolidat & constringit: ita q̄ cum pueris rūt ad ætatem debitā aptiores sunt ad opa bellica: si a pueritia sint aliqualiter exercitati ad frigora unde idem philosophus ait q̄ apud aliquas barbaras nationes consuetudo est in fluminibus frigidis: balneare filios: ut eos fortiores reddant. Attendendum est tamen: q̄ dicimus pueros paruos assuēscēdos esse ad hoc uel ad illud: intelligendum est moderate & gradatim & ut requirit conditio personarum. **C**Quarto pueri sunt assuēscēdi ad conuenientes motus & temperatos. Nam secundum philosophum: motus temperatus ī pueris quattuor bona facit. Primo quia reddit corpora magis sana. Moderatum. n. exercitum in qua cunctæ uideatur ad sanitatem proficere. **C**Secundo quia reddit corpora agilia. Si enim a principio assuēscēti pueri ad aliquales motus: sunt agiliores secundum corpus & uitāt inertiam. Nam nisi ad aliquales motus assuēscēti sunt graues pigri & inertes. **C**Tertio facit ad augmentum. Nam eo ipso: q̄ temperatum exercitum iuuat ad digestionē ipsam: & facit ad bonam dispositionem corporis. Sequitur q̄ sit quedam proficuum ad augmentum. Nam cum augmētum fiat ex ipso alimento faciente corpus bene dispositum: & q̄ bene nutrit & alat sunt proficia ad augmentum. **C**Quarto moderat⁹ motus membra consolidat: quilibet enim ī seipso experitur: q̄ si se moderate exercitet ad corporales labores: membra corporis eius solidantur & sunt fortiora. Pueri ergo quia nimis habent tenera membra ad aliquos mot⁹ modicos & temperatos sunt assuēscēdi ut membra eorum solidantur: unde philosophus. vi. &. vii. politi. ait q̄ expedit in pueris facere motus quo scūq; & tātillos: ad solidandum membra & ad nō defluēti propter teneritudinem moderatū enim motum in pueris adeo laudat philosoph⁹: ut ab ipso pri mordio natuitatis dicat fiedā esse aliqua instrumenta in quibus pueri uertantur & moueātur. **C**Quinto recreandi sunt pueri per aliquos ludos & per alias fabulas. Ludus. n. moderatus competit pueris: quia in moderato ludo ē moderatus motus: & per moderatum ludum uitāt inertia: & redundunt corpora agiliora. Sunt et pueris recitādæ aliquæ fabulæ uel aliquæ hystoræ. Postquam incipiunt percipere significatiōes uerborum. Vel et aliqui cantus honesti sunt eis cantādi. Nam ipsi nihil tristes sustinere possunt ideo bonum est eos assuēscere ad aliquos moderatos ludos: & ad hōestas alias & inocuas delectationes. **C**Sexto sunt cohibendi a ploratu. Nam cum pueri a ploratu cohibentur: ex ipsa prohibitione fit: ut retineat spiritum & anhelitum: nam sicut cum plorare permittuntur emittunt spiritum & anhelitum. Sic cum plorare cohibē

tur spiritum & anhelitum tenent. Detinere autem & anhelitum secundum philosophum septimo politicorum facit ad robur corporis. Ut ergo pueri robustiores fiatisunt a ploratu illo cohibendi. Qualis cura habenda est de filiis: a septimo anno usque ad decimum quartum annum. Cap. xvi.

Vm distinguiimus aetates filiorum: per septennia: ut cum dicimus: usque ad septem annos sic esse regendos: a septimo usque ad decimum quartum sic esse instruendos. Huiusmodi septennia sunt abreviada & elongata secundum diuersitatem personarum. Nam alii qui sunt robustiores corpore in duodecim annis quam alii in sedecim. Ideo quia de talibus pueris etiam regulam dare non possumus: aliqua relinquenda sunt paedagogi. qui debet pueros instruere ut possint huiusmodi tempus anticipare & prolongare ut ei videbitur expedire. In hoc autem tempore quod est a septimo usque ad decimum quartum annum tria sunt consideranda circa regimen filiorum. Nam homo prima diuisione dividitur in anima & corpus. Anima uero tanquam quam potentias principales habet intellectum & appetitum. Tria ergo attendenda sunt in filiis. Primo quale habeant corpus. Secundo qualiter voluntatem. Tertio qualiter intellectum. Ut ergo iuuenes habeant corpus bene dispositum: exercitati sunt per debita exercitia & per debitos motus. Ut habeant voluntatem bene ordinatam: in ducendi sunt ad debitas uirtutes & ad uirtutum opera. Sed ut habeant intellectum perfectum instruendi sunt in debitis scientiis. Scientia ergo uirtus & exercitium attendenda sunt in regimine filiorum. A principio quidem nativitatis: ut uitetur inertia puerorum: assuescendi sunt pueri ad aliquos motus. Sed cum impleverunt septennum usque ad annum decimum quartum debet gradatim assuescere ad ulteriores labores: & ad fortiora exercitia. Ludus enim pili secundum Tacuinum uel luctatio: secundum philosophum uidentur esse debita exercitia: in iuuenibus. In secundo tamen septennio sunt ulteriora exercitia assumenda quam in primo. Ad hoc tamen aetate: eo quod nimis sit tenera: non sunt assuendae opera militaria: nec opera ardua. Vnde philosophus octauo politicorum ait. Quod usque pubescentiam idest usque ad decimum quartum annum leuiora quedam exercitia sunt assumenda: ne impediatur incrementum. Viso quod ut iuuenes sint bene dispositi quantum ad corpus a septimo usque ad decimum quartum annum debent fortiores labores assumere quam in primo septennio. Restat uidere: quomodo oporteat eos ordinari ad uirtutes ut habeant dispositam voluntatem. Sciendum ergo quod philosophus quanto politicorum ait: quod pessimum est non instruere pueros ad uirtutem & ad obseruantiam legum utilium. Inquirit enim philosophus octauo politicorum utrum prius curandum sit de pueris ut habeant debitum appetitum: uel ut habeant per-

fectum intellectum. Probat autem prius esse curandum de ordinatione uoluntatis quam de perfectione intellectus. In secundo autem septennio quia pueri iam incipiunt concupiscere: non tam habent perfectum rationis usum: potissimum uide tur esse curandum circa ipsos ut habeat ordinatum uoluntatem: Nam sicut corpus est generatio ne prius anima: quia prius corpus organizatur: & formatur & postea illi anima infuditur: sic secundum philosophum septimo politicorum prius curandum est circa pueros quomodo habeat uoluntatem bene dispositam: quam quomodo scientificum intellectum. Nullus autem habet tantam ordinatam uoluntatem nisi habeat moderatam concupiscentiam. Nam ex inordinatione appetitus sensitui redundant inordinatio in uoluntate. Si ergo concupiscentiae se tenent ex parte corporis: intellectus uero ex parte animae: quia generatione corpus est prius anima: prius intendendum est quomodo habeamus moderatas concupiscentias & ordinatam uoluntatem: quam quo habeamus illuminatum intellectum. Modus autem quo moderandae sunt concupiscentiae iuuenem est ut specialis cautela adhibetur circa illa: circa quae maxime consueverunt deficere. Si ergo iuuenes sunt insecuriores passionum & concupiscentiae & de facili mentiuntur & omnia faciunt ualde: ita quod cum amant nimis amant. cum incipiunt ludere nimis ludunt: & in ceteris aliis semper excessu faciunt. adhibenda est cautela ne insequantur concupiscentias: sed sunt abstinentes & sobrii. ne sint mendaces: sed ueridici. nec omnia agant ualde: sed in suis actibus moderationem accipiunt. His uisis restat uidere quo sunt: bene disponendi quanto ad intellectum. Nam cum dicimus quod in secundo septennio principalius curandum est de ordinatione appetitus: qua de perfectione intellectus: non sic intelligendum est quod nullo modo curandum sit: quomodo habeant intellectum perfectum: sed quia anno vii. quasi usque ad xiii. annum iuuenes abundant in concupiscentiis & deficiunt ab uso rationis. Iohannes principalius est insistendum circa ordinationem appetitus quasi per totum secundum septennium pueri quasi non addiscunt nisi uerba. ponuntur. non sunt tanti intellectus ut de ipsis rebus considerare possint. Iohannes in secundo septennio primum instruit pueri in grammatica: quae est scia sermocinalis: & in lyoca: quae est magis modus sciendi quam sit scientia: & in practica musicali quae consistit in quadam modulantia vocum. quae non illo tempore pueri deficiunt a rationis usu: perfecte scire non possunt. nec tamen incipiunt habere rationis usum: omnino sunt indispositi ad scientiam: assuescendi sunt ad alias artes de quibus fecimus mentionem. Qualis cura gerenda sit de filio ab anno. xiii. & deinceps.

Cap. xvii. Icebatur supra circa filios tria intendenda esse. uidelicet quo habeat bene dispositum corpus: bene ordinatum appetitum: & bene illuminatum intellectum. haec at-

tria triplici septennio possumus adaptare. nam in primo post receptionem baptismatis & sacra mentorum ecclesiae. principaliter est istud quomodo habeat bene dispositum corpus. Nam quia in primis. vii. annis pueri quasi omnino continent rationis usum: nec commode assueisci poterunt ad opera uirtutum: nec scientificas considerationes. Si enim aliquid illo tempore addiscere possunt: hoc est ydeomata uulgaria: sed a. vii. usq; ad xiiii. quia iam incipiunt habere concupiscentias alias illicias: & aliquo modo licet imperfecte incipiunt participare rationis usum. ideo in illo tempore non solum curandum est quomodo habent perfectum corpus: sed etiam quomodo habent ordinatum appetitum: usq; n. ad. xiiii. anno secundum philosophum i pol. magis inducendi sunt pueri ad bonum ex assuefactione q; ex ratione: sed a. xiiii. anno. quia tunc perfectius participare incipiunt rationis usum. non solum curandum est quomodo habent bene dispositum corpus & bene ordinatum appetitum: sed et q; sint prudentes & q; habeant bene illuminatum intellectum. ex tunc. n. addiscere possunt no solu grammaticam quae uideatur esse scientia uerborum. uel dyaleticam quae est quidam modus sciendi. uel practicam musicam quae consistit in consonantia uocum: sed possunt instrui in illis scientiis ad q; sciendas oportet recurrere ad intellectum rerum & per quarum cognitionem possumus fieri sapientes & pudi. Primo ergo septennio post receptionem baptismatis & sacramentorum ecclesiae intendendum est principaliter quasi circa unum: ut circa bonam dispositionem corporis. Sed in secundo septennio ut a. xii. anno: usq; ad. xiiii. est quasi intendendum principaliter circa duo: ut circa dispositionem corporis & circa ordinationem appetitus. Sed in. iii. septennio ut a. xiiii. anno & deinceps intendendum est circa tria. ut circa dispositionem corporis circa ordinationem appetitus & circa illuminationem intellectus. Bona aut dispositio corporis ut nolentibus uiuere uita politica. xiiii. anno: & deinceps: & ut assumant fortiores labores quam acten. nam sicut a. vii. anno usq; ad. xiiii. assumendi sunt fortiores labores q; in. vii. precedentibus annis. sic a. xiiii. & deinceps assumenda sunt ulteriora exercitia quam hactenus. ymo omnes labores praecedentes. xiiii. annū debent esse leues & quasi debiles: ex tunc autem assumendi sunt labores fortiores. nam & philosophus. viii. poli. ait. q; usq; ad. xiiii. annum pueri assueendi sunt ad labores leues. sed deinde debet assumere labores fortis. adeo. n. secundū ipsum a. xiiii. anno assueendi sunt pueri ad labores fortis ut ad exercitationem luctatiuam uel ad aliquam aliam exercitationem similem exercitationi bellicae: ut postea in. xiiii. anno instructi in luctatiua & in equitatua: & in aliis quae ad militiam requiruntur subire possint labores militares. tunc enī est quis bene dispositus quantum ad corpus quando habent tale corpus: quale requiri

rit suum officium. ut tūc miles habet corpus bñ dispositum quando habet ipsum tale: quale requirit officium militare. q; sine forti exercitatione corporis esse no potest. Cum ergo omnes uolentes uiuere uita politica oporteat aliquando sustinere fortis labores pro defensione reipublicae. Omnes uolentes uiuere tali uita a. xiiii. anno ultra sic debent assuefieri ad aliqua officia robusta: q; si aduenierit tempus & congruitas q; res publica defensione indigeat habeant corpus sic dispositum ut possint tales subire labores. ut per eos res publica possit defendi. Qui autem magis & qui minus sunt assuefandi ad tales labores in proseguendo patebit. Sufficiat autem ad praesens scire q; decet patres sic solicitari erga regimen filiorū ut habeat sic bene dispositum corpus ut possint debitos subire labores. q; maxime fieri contigit si ad debita exercitia assuecant. Viso quomodo a. xiiii. anno ultra solicitari debent patres circa filios: ut habeant dispositum corpus. Restat uideret quomodo solicitari debeat circa eos ut habent ordinatum appetitum. Videntur autem uiuenies a decimoquarto anno intra quantum ad in ordinationes appetitus specialiter delinquere quantum ad duo. uidelicet quantum ad elationem. quia cum ex tunc incipiunt habere perfectum rationis usum. uidetur eis q; digni sint dominari & dedigiantur aliis esse subiecti. Secundo delinquunt in prosequendo uenerea quia tūc incipiunt ardentius circa uenerea incitari. quia ergo semper cautela. est adhibēda: ubi maius periculum imminet a. xiiii. anno ultra specialiter monetidi sunt uiuenies ut no sint elati: sed sint subiecti & obedientes suis patribus & senioribus. Tāgit autem philosophus. viii. poli. tres breves rationes quare decet filios esse subiectos & obediere senioribus & patribus. Prima ratio est: quia leniores & patres imperant uiuenibus propter eorum bonum. Quilibet autem obediens debet ei quem scit no percipere aliqua nisi ad bonum eius. Secunda est quia cum filii uenerint ad ætatem perfectam futuri sunt dominari. Debent ergo ipsi dum sunt i ætate sic uiuenili patribus & senioribus obediens: ut dēt eis exemplum: ut quando ueniunt ad ætatem perfectam: eis famulantur & obediant. Tertia ratio est quia qui uult discere principari debet prius discere subiecti. Vnde ait philosophus q; nemo bene principatur nisi prius didicerit esse subiectus. nullus enim est bonus magister nisi prius existiterit bon⁹ discipulus. ut ergo ipsi ualeant bene principari indignari non debet subiecti senioribus & patribus. Est ergo rectificandus appetitus uiuenum existentium in ætate de qua loquimur: ut uelint patribus & senioribus obediens. Secundo rectificandus ē ne uenerea illicita prosequantur uiuenies a. xiiii. anno ultra: non solum inducendi sunt: ut sint abstinentes & sobrios quantum ad cibum & potum. Sed etiam ut sint continentes & pudici quantū ad actus uenereos quia ex tūc ut dicebatur ardē

tius ad uenerea incitantur. induceridi ergo sunt in ætate illa ut uel omnino contineant uel usu proprie coniugis sint contenti. **C**Ostendo quo modo in iuuuenibus. xiiii. anno ultra est bene di sponendum corpus rectificandus appetitus. reli quum est ut ostendatur quo recte illuminatus sit intellectus. Hoc autem satis esse potest per habita manifestum. Nam quia a decimoquarto anno ultra incipiūt habere perfectū rationis usum. ut dicebatur. ex tunc potest instrui non solum i grammatica quæ est sciētia uerborum. uel i dyalistica quæ est quasi quidam modus sciendi. uel in pratica musicæ quæ consistit in consonantia uocum: sed etiam apti nati sunt ut instruantur i ulterioribus scientiis. Quæ autem ulteriores scientiæ eis sunt proponendæ. patet & per iam dicta. Nam si uolunt uiuere uita politica & militari potissimum studere debent in moralibus sciētiis: quia per eos scire poterunt quomodo se & alios debeant gubernare moralium autē sciētiarum iugenis & insecuror passionum nō est sufficiens auditor. In ætate ergo nimis puerili quæ durat usque ad. xiiii. annum tales scientiæ non sunt proponendæ aliis. sed a. xiiii. anno ultra si iuuuenes se refrenēt ne passiones & lasciuias insequantur: efficiuntur dispositi ut sint sufficietes auditores moralium per quæ se & alios gubernare cognoscant. Si ergo regendi sunt iuuuenes a xiiii. anno ultra. ut a. xiiii. anno usq; ad. xii. uel usq; ad. xv. uel usq; ad. xvii. Si uero queratur quāliter ab illo tempore ultra regendi sunt homines. quia tunc quasi peruererunt omni modo ad suā perfectionem debent esse tales: ut sciant seipso regere & gubernare. ex tunc ergo non indiget pædagogo: sed per ea quæ diximus in primolibro qui est de regimine sui possunt documenta accipere qualiter seipso regat.

**C**Quod filii ciuium & maxime nobilium & regum & principum a discursu & euagariione sunt cohibendi.

Cap. xviii.

Mnes iuuuenes uolentes uiuere in uita corporali aliquomō exercitandi sunt ad corporales labores. Corporalis. n. exercitatio si moderata sit omnibus uī eē proficia eo q̄ faciat ad quandam sanitatem & ad quādā bonam dispositionē corporis. claresfacto. n. corpore p̄ aliquos moderatos ludos motus expelluntur ab ipso superflua & nocuia. sp̄aliter tamē huiusmodi exercitatio uī esse proficia uolētibus ciuiliter uiuere nam quia tales nō multum uacant inquisitioni uirtutis. nec in spiritualibus delectationibus. expedit eis ut uident iertiam & ut uident sollicitudinem illicitam. exercitari aliquibus laboribus corporalib⁹ licitis. expedit. n. uolentibus politice uiuere tam ciuib⁹ quam nobilib⁹ tam regibus & principibus. quam aliis nō omnino cessare a corporalibus actibus uel laboribus. nec omnino i exercitatos esse circa armorum usum. Exercitatio. n. corporalis debita reddit corpus robustius: ut facilius duritiem armorum

sum sustinere possint. quare si usus armorū non solum aliquando est licitus: sed etiam necessari⁹ pro bono reipublicæ uolentibus politice uiuere nō debet omnino ignoratus esse. nō tamē omnes iuuuenes ad huiusmodi labores sūt æqualiter exercitandi. Nam filii regum & principum ad huiusmodi labores corporales minus sunt exercitati quāl alii: adhuc primo geniti q̄ regeū debent decēt minores labores assumere. Nam secundum philosophum. viii. pol. labor corporalis & consideratio per intellectum se impedīt uideatur. ratio autem huiusmodi potest ex his quæ habentur i. ii. de anima. ubi. dicit: q̄ molles carne aptos mente dicimus. ad habendam igit̄ intellectualem industriam idigemus mollitie carnis: corporales igit̄ labores ex quibus reddit caro dura impediunt subtilitatem mentis. Bene ergo dictum est q̄ dicitur. vii. phisi. q̄ anima i se dendo & quiescendo fit prudēs. Nam per sessiōnem & quietem redditur caro mollis: per quam sumus apti ad speculadū. per laboreū uero & motū efficitur caro dura: per quā impedit mētis sublimitas. eos autē qui debent regere regnū magis expedit esse prudentes quam bellicosos. in rege. n. plus ualeat prudentia quam arma bellica. Rex. n. & princeps: & universaliter omnis dominator populū: licet in bellando & in assumendo arma quasi nō plus ualeat quam unus homo. uel aliquando minus quam unus homo. tamen per prudētiām p̄eualere potest totū populo sibi commissio. Nam totus populus tota gens regni: si non sint bñ unita & ordinata modica posunt. unita uero & ordinata per reges maxima operari ualent. licet ergo reges & principes non omnino ignorare debeant armorum usum. nec sic debeant fugere corporales labores ut effecti quasi mulieres: nec pro defensiōe regni: nec pro alio casu audeant arma assumere. attamen decet eos esse magis prudētes quam bellatores filii regum & principum & maxime primogeniti qui regnare debent: minus sunt assūscendi ad corporales labores quam alii ne propter huiusmodi labores caro eorum indurata impedit subtilitatem mentis. tales ergo plus debet uacare prudētiā quam fortitudini corporali. Vacabūt at prudētiā si diligenter iūstat circa morales sciētias ut possint mores hominū & agibilia cognoscere. decet ergo eos qui debent alios regere uitare inertiam & sollicitudinem illicitam uacādo moralibus scientiis recogitando frequente bosnas consuetudines regni audiendo s̄epius acta p̄æcessorum bene regentium regnum. Hoc ergo modo uidelicet: uacando actibus prudētiā a regib⁹ & principib⁹ & a suis heredibus magis est uitāda iertia: q̄ p̄ laborē & exercitiū corpore. **C**Quod non omnes ciues equaliter exercitandi sunt ad corporalia exercitia & labores. Cap. xix.

Vm ex usu coniugii nō solū oriant filii & matres: sed oriri p̄nt filiaz & foeminae. postq̄ diximus q̄lis cura gerenda

**E**circa filios. Restat dicere: q̄lis gerēda sit circa filias: sed hoc breui tractatu indiger. q̄a cū deter minauim⁹ de regimine cōiugali: & oñdim⁹ q̄li ter regēdæ sūt sc̄eminae q̄si sufficiēter trādidius qualis cura gerēda sit circa filias. Nā sicut decet cōiuges esse cōtinētes: pudicas: abstinētes & sobrias. sic decet & filias. Hæc ergo & multa alia q̄ de cōiungibus diximus sunt ad filias adaptanda. Aliqua super addem⁹ dictis pp debitū regimen filiaꝝ. iter q̄ primo dicemus filias cohībedas eē a circuitu & discursu. Q uod triplici uia uenari possum⁹. Pria sumit ut tollat filiab⁹ cōmoditas malefaciēdi. Scđa ne fiant iuerecūdæ. Tertia ne fiat lasciuꝝ: & ipudicitiaꝝ. Cōiter. n. q̄si ōes uitii pni sūt ad malū: & multomagis sc̄emiae: q̄a magis deficiunt a rōnis usu dicebat. n. supra n̄am cognitionē icipere a sensu. & maxie nobis nota ē sensibilia. Inde ē ergo q̄ cōiter hoīes nō repūtant n̄iſi sensibilia bōa. q̄a ergo tñ hēmus: p̄petū ad delectationes sensibiles ut plurimū deliqm⁹ ī talib⁹ si adslit nobis cōmoditas deliqndi. uñ & phūs i retho. uult q̄ hoīes ut plurimū malefaciānt cū possint n̄axia ergo cautela ad cōseruādā puritatē & inoccētiā ē uitare cōmoditates malefaciēdi. pp qd⁹ & puerbialiter dī q̄ furādi cōmoditas facit furē. sic ergo ī uiris ī qb⁹ ē rō p̄stātior ē magnū piculū nō uitaꝝ cōmoditates delitorū. multomagis hoc ē in sc̄eminiſ & adhuc magis ē i filiab⁹ uel i puellis. ne ergo eis def cōmoditas malefaciēdi sunt debite custodiēdæ & p̄hibēdæ sunt a circuitu & discursu. Secunda uia ad iuēstigādū hoc idē sumit ne fiat iuerecūdæ. Nam omne insolitum est quodammodo uerecundum. qui enim non afflueuerūt inter gētes uerecundantur conuersari iter eas. iter cāterā ergo q̄ reddūt puellas uerecūdas ī aspectu uitorū est non affuescere eas inter gētes. quare cū puellæ circueūdo & uagando p̄ patriā affuescat uitorū aspectibus fiunt familiares eis & tollit ab ipsis uerecūdia ex uiroꝝ consortio. tollere autē a puellis uerecūdiā: est tollere ab eis frenū quo trahunt ne male agant. Nā in sc̄eminiſ & maxie in puellis deficit ratio ppter quā quis prohibet ne psequat illicita. maximū frenū sc̄eminaꝝ & potissime puellaꝝ ne prumpant in turpia uideſt esse uerecundia. Decēs ergo est cohīberi puellas a discursu & euagatione: ne fiant iuerecūdæ: uel ne tollat ab eis uerecūdia p̄ quā cohībent ab actionib⁹ turpib⁹. Tertia sumit ne fiant lasciuꝝ & ipudicæ. puellæ. n. si debito mō sub custodia teneāt & non pmittat discurrere & circuire nō solū efficiunt uerecūdæ: sed ēt contrahūt qdā siluestritatē q̄ optima est ad saluandā pudicitia puellaꝝ. Videmus. n. q̄ aialia etiā ualde siluestria si affuescant conuersationib⁹ hoīum domeſticanſ & pmittunt se tangi & palpari. si uero cōuersationib⁹ hoīum sint reotæ quasi siluestria taſtum & approximationē hoīum fugiūt. Quod ergo in aialib⁹ aliis aspicimus: repimus etiā i sc̄eminiſ. Si igitur sc̄eminaꝝ non discurrat & a con-

uersatione uitorū sint icōsuetæ q̄si siluestres: ab ipsorum societate diffīclis ad laſciuā & ad ipu dicitiam iclinant. Vniversaliter igitur omnes ciues & multomagis nobiles & potissime reges & principes. tanto maiorē curā circa p̄priās filias adhibere debet: nē indebitē circuāt & discurrat. quanto ex ipudicitia & laſciuā suāꝝ filiaꝝ p̄t maius malum uel periculum imminere.

**C**Q d̄ utiliter omnes ciues: & multo magis nobiles & reges & principes debent solicitati erga filias ne uelint uiuere ociose.

Cap.xx.

**T**superius dicebat phūs. i. retho. com e mendat in sc̄eminiſ amore opositatis. Possimus at triplici uia uenari: q̄ decet ōes ciues & multo magis nobiles & maxime reges & principes: sic solicitari erga regimē filiaꝝ ut nolit ociose uiuere: sed amēt se exercitare circa opa aliqua licita & honesta. Pria uia sumit ex honesto solatio qd̄ ide habent. Secunda ex illicita solicitudine quæ ppter hoc uitaꝝ. Tertia ex fructu & utilitate quæ ide consurgit. Pri ma uia sic patet. nā secundū phūm. x. ethi. absq̄ omni delectatione uita n̄a durare nō p̄t. Ideo repræhēdunt dicētes omnē delectationē fugiēda esse. q̄re si possum⁹ cōmode durare in uita: n̄iſi in aliqbus delectemur: decet nos assumere aliq opera licita & honesta: circa qua uacātes insunt nobis aliq delectatiōes licitae: sicut ergo uiri ne ocioſe uiuant & ut delectent in opib⁹ licitis: & ut delectētur circa aliqua opa ciuilia: uel circa ea q̄ spectant ad gubernatiōē regni uel circa regi men dom⁹: uel circa aliq alia exercitia licita. Sic & mulieres ne ocioſe uiuat: debet operositatem amare & decet eas exercitari circa aliq opa licita & hōesta. q̄a igif ōes delectat̄ in p̄pris opib⁹ & ōes diligūt sua opa. ut uult phūs. iii. ethi. ut mulieres ip̄e recreari possint aliq delectationib⁹ licitis. decet eas intētas eē circa aliq opa licita & hōesta. q̄ tāto magis uideſt expedire mulieribus q̄ uiris: quāto magis a ratione deficiētes nesciūt uiueſt. nisi ex aliquib⁹ exercitiis sensibili b⁹ delectationē sumāt. Qualia at debet eē opa circa q̄ mulieres isudare decet i p̄sequēdo patebit. Secūda ad iuēstigādū hoc idē sumit ex uitatione sollicitudinis illicitaꝝ. Nā q̄a mulieres & maxie puellæ ut plurimū dñi stāt & non uacāt ciuib⁹ opib⁹: nec regiminib⁹ reipublicaꝝ: si mēs hūana ut supius dicebat nescit ociosa eē statim cū quis nō dat se licitis exercitiis uagaſ ei⁹ mēs: circa illicitas occupationes: q̄ tāto magis cauenidū est i mulierib⁹ quā i uiris. quanto molliores sunt illis. & q̄to cogitādo illicita facilius trahūt ut ea si adslit cōmoditas ope cōpleant. Tertia uia sumit ex fructu & utilitate q̄ inde consurgit. Nā nunq̄ mulieres p̄nt se dare licitis exercitiis: nisi ide cōsurgat aliqd̄ bonū exterioris opis uel aliq bona dispositio īterioris mētis. decet ergo diligētia & cura adhiberi: ut mulieres sint bonae & virtuosae ppter qd̄ & a philosopho. i. rethori. uituperant lacēdemones: & dicūt esse fere secū

i iii

dum dimidium fœlices q̄ nō adhibent curam & diligētiam quomodo earum fœminæ essent uirtuosæ & bone. Adhibēda ē solicitudo ne fœminæ ociose uiuant: sed exercitent se circa aliq opera licita & honesta: ut ex hoc resultet fructus & utilitas: & efficiantur bonæ & uirtuosæ. Si autem quæratur circa qualia opa solicitari debet: oportet in talibus differenter loqui secundum diuersitatem personarum. Texere enim & filare & operari sircum satis uidentur opera competētia fœminis. q̄ si tamen fœmina instruenda ī tā alto gradu esset: q̄ non esset dignum uel non esset consuetum secundū morem patriæ: ut se circa talia exercitaret adhuc non esset dimittenāda ut uiueret ociosa: sed trahēda esset studio literarum: ut ad amorem litterarū affecta non uacaret ociosæ sed sæpe sepius librum arripiens se lectionibus occuparet. Ex hoc autem declarat q̄ superius dimissimus cum tractauimus de regimine coniugali. Dicebatur enim infra declarādum esse circa quæ opera deceat fœminas eē intentas.

**T**Quod decet reges & principes & utiuersaliter omnes ciues solicitari erga filias ut sint mō debito taciturnæ. **C**ap.xxi.

Stenso q̄ non decet puellas esse uagabundas nec decet eas uiuere ociose restat ut nunc tertio ostendamus: q̄ decet eas taciturnas esse. Quod tripliū uia uenari possumus. prima sumitur ut magis appareat ornatae & decentes ut a uiris suis magis diliganſ. Secunda ne loquantur indebitē & incaute. Tertia ne sint pronæ ad iurgia & ad lites. **P**rima uia sic pater: nam cum desiderium sit eius: quod abest ut uult philosophus. ii. retho. quāto aliqd quod est possibile haberi magis uidetur arduū: & in accessibile: & magis abesse tanto magis concupiscentia mouet. fœmina ergo eoipso q̄ ē loquax quodammodo se cōtempibilem reddit. Vnde & phi. i. poli. ait q̄ orniamentum mulieræ est silentium. n. mulieres sint modo debito taciturnæ. quia se non sic familiares exhibent eorū consorum uidentur magis abesse & uidentur magis inaccessibiles: propter quod non sic uilpenduntur & habētur in contemptu: sed magis appetuntur & amantur: quia ergo cuilibet uideatur esse pulchrum & decens quod amat si mulieres taciturnæ magis amiantur ex hoc ipso magis apparent decentes & ornatae ab ipsa ergo puerili ætate istituendi sunt puelle ad taciturnitatē quia hoc si contingat eās postmodum per cōnubium suis uiris copulari: ab eis si sunt debitæ taciturnæ feruentī diligentur. Secunda ad inuestigandum hoc idem sumitur ut uitetur locutio incauta. Dicebatur. n. supra ibi semper maiorē cautelam adhibenda esse: ubi consueuit maior defetus consurgere. Cum ergo ex hoc quis loquatur imprudenter & incaute. quia uiget prudētia & acumine intellectus: quanto quis magis a ratione deficit: tanto magis contingit ipsum in-

caute loquiscum ergo mulieres magis deficient a rationis usu quam uiri: & puelle magis quā fœminæ. iam adultæ circa fœminas: & maxime circa puellas solicitandum est ne incaute loquantur. Inter cæteras autē cautelas ne quis prouumpat in locutionem incautam: hæc uidetur esse potissimum ut nullum sermonem proferat. nisi prius ipsum diligenter examinet. cum ergo diligens examinatione cum loquacitate stare non possit ut fœminæ etiam a puellari ætate discant cautos proferre sermones: decet eas non esse loquaces: sed oportet ipsas eē debite taciturnas: ut possint omnem sermonem prolatum diligenter excutere. **T**ertia uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ne sint pronæ ad iurgia & ad lites. nam cum fœminæ & potissimum puellæ deficient a rationis usu nisi sint mō debito taciturnæ: & nisi sermones dicendos diligenter examinent: sicut ppter rationis defectum de facile loqui possunt pertinēntia ad simplicitatem & imprudentiam: sic de facili loqui possunt pertinentes ad lites & ad iuria. Decet ergo ipsas per debitam taciturnitatē adeo existimare dicenda ut nec dicant aliqua p quæ & iudicentur imprudentes: nec dicant aliqd quæ possint turbare audientes propter quod iudicentur litigiose & discole: quare decet ipsas eē taciturnas: ne ī uerba litigiosa prouumpat a uerbis autem litigiosis potissimum fœmine sibi caueat debent: quia postquam litigare incipiunt nesciunt a litigio se abstinerē. Deficit. n. in eis ratiōis usus per quam concupiscentiæ refrenātur. Ideo postquam motæ sunt & litigare ceperunt augeatur in eis concupiscentia litium quam per rationem de facili refrenare non possunt eo q̄ ab usū rationes deficientes ut plurimum plus uiuūt pafione quam ratione.

**I**ncepit tercia pars secundi libri de regimine principiū in qua tractat quo regimine a regib' & p̄cipib' regedi sunt ministri & familia cætera. **T**Quod ad gubernationē domus spectat non solum determinare de seruis sed etiam de his q̄ supplent indigentiam corporalem. **C**ap.i.

Igeſis duab' ptib' hui' ii. li. i quo agitur de regimine dom'. qa oñsum ē q̄liter decet uiros suos cōiuges regere: & q̄liter patres suos filios gubernare. Restat exeq̄ de pte tertia ī qua ageſ de regimine ministroꝝ uel de regimine familiæ. **H**uic āt ptī ī q̄ ageſ de regimine ministroꝝ & familiæ cæteræ: ut ī p̄sequēdo patebit: cōneſti pōt materia illa ī q̄ agit de his q̄ supplēt idigētiā corporalē: & q̄ faciūt ad cōſeruationē & ad sufficiētiā uitæ cuiusmōi sūt decētia ædificioḡ: multitudo nūmismatum & copia possessionum aliatum. In hac ergo parte tertia hui' secundi libri eo q̄ hec uitæ sunt connexe intendimus instruere uolentem suas domus de

bite gubernare non solum quādūm ad regimen ministrorū & familiæ: sed etiā quantū ad alia q̄ ordinantur ad conseruationem uel ad sufficien-  
tiam uitæ quæ supplere uidentur indigentia corporalem. **C**Determinabimus igitur ī hac parte  
tertia secūdi libri quā decētem habitationem re-  
ges & p̄cipes & uniuersaliter omnes ciues h̄e  
debeant quō deceat ipsos se h̄e circa possessio-  
nes & nūmismata & circa regnū familiæ & mi-  
nistrorum: q̄ ante oīa hic desiderare deceat pru-  
dentem patrefamilias uel doctum gubernatore  
familiæ: & q̄ heæ uitæ sint connexæ ut in p̄ci-  
pio capituli proponebatur sufficienter ostendit  
ph̄s.i.pol. Oñdit autem duabus rationibus q̄  
spectat ad yconomicum & ad gubernatiōem fa-  
miliæ considerare de possessionibus ut de domi-  
bus & numismatibus & de suppellectilibus &  
de aliis quæ supplent indigentiam corporalem.  
Prima rō sumitur ex sufficientia uitæ. Secunda  
ex similitudine quam h̄e ars gubernationis do-  
mus ad artes alias. **C**Prima uia sic patet: nam iō  
de gubernatione domus ars traditur ut p̄fami-  
lias cuius est domum gubernare debite solicite-  
tur circa ea quæ faciūt ad bene uiuere: & quæ re-  
quiruntur ad sufficiētiā uitæ: quare si ad uiue-  
dum politice requiruntur domus possessiones &  
nūmismata spectat ad gubernatorem dom⁹ cō-  
siderare de talibus. **C**Secunda uia ad inuestigā-  
dum hoc idem: ut patet per philosophum ibidē  
sumitur ex similitudine huius artis: q̄ est de gu-  
bernatione domus ad artes alias. Nam sicut cæ-  
teræ artes ut ars fabrilis: & textoria habēt sua or-  
gana per quæ perficiunt actiones suas: sic & gu-  
bernatio domus requirit sua organa per q̄ opa  
sua complere possit. **C**Volens ergo tradere no-  
titiam de arte fabrili oportet ipsum determinar̄  
de martello & incude & aliis instrumentis fabri-  
libus: & spectat ad fabrum talia instrumenta co-  
gnoscere. **C**Sic uolens tradere notitiam ad arte  
textoria debet determinare de pectinib⁹ & aliis  
organis illius artis spectat ad textorem talia in-  
strumenta cognoscere. Quare uolēs tradere no-  
titiam de arte gubernationis domus: debet de-  
terminare de ædificiis possessionibus & nummi-  
matibus: quia talia sunt organa huius artis. Spe-  
cat ergo ad gubernatiōem domus ralia cogno-  
scere: quia per hæc tanq̄ propria organa conse-  
qui poteris: quæ faciunt ad sufficientiam uitæ:  
habet enim ars gubernationis domus ppria or-  
gana sicut & cæteræ artes mechanicae habent p̄  
pria instrumenta. **C**Differunt tamen hic ab illis  
secundum philosophum. i.pol. quia organa gu-  
bernatiōis sunt actiua organa uero mechanico-  
rum sunt actiua. Nam in mechanicis regulamur  
per artem. sed in gubernatione domus regula ē  
prudentia: sicut ergo ars differt a prudentia: sic or-  
gana mechanicorum differunt ab organis gu-  
bernatiōis. **C**Differt autem hic ab illa: quia ars  
est recta rō factibilium: & per artem resultat ali-  
quid factum in materia extra. Sed prudentia est

56

recta ratio agibilium: & per eam non proprie re-  
sultat aliqd factum extra: sed magis resultat. aliq̄  
actio & aliqua perfectio in agente organa ergo  
mechanicorum erunt factiua: quia sunt organa  
artissimæ ē de factibilibus: sed organa gubernatiōis  
erunt actiua q̄a sunt organa prudentie q̄  
circa agibilia h̄e esse: ats ergo gubernatiōis do-  
mus licet largo modo possit dici ars proprie-  
tā prudentia dici deber. **C**Prætermisis ergo dua  
bus rationibus sufficiēter ostenditur q̄ spectat  
ad gubernationem dom⁹ considerare de domi-  
bus nūmismatibus & possessionib⁹: quæ faciunt  
ad conseruationem & ad sufficiētiā uitæ. Per  
illas aut̄ easdē rōes p̄bari posset quod spectat ad  
gubernatorem domus scire debite se h̄e circa  
ministros & seruos: nam ministri & serui sunt ēt  
quædam organa deseruentia gubernationi do-  
mus pp quod declarata est prima pars capituli  
ubi dicebatur q̄ spectat ad gubernationē dom⁹  
considerare de ministris & seruis & de his q̄ sup-  
plent indigētiā corporalem. Quod autē heæ  
duæ materiæ sint connexæ & q̄ determinare de  
ædificiis & possessionibus connecti debeat tra-  
ctau in quo determinatur de ministris & seruis  
de leui patef̄ potest: nam possessiones domus &  
nūmismata sunt organa gubernationis dom⁹:  
quilibet ergo seruus est quoddam organum &  
quodlibet organum est quidam seruus. Nam se-  
cundum philosophum organum ē quidam ina-  
nimatus seruus & seruus est quoddam animatum  
organum quia ergo sic conueniūt organum &  
seruus congrue hæ duæ uitæ conuertuntur.  
**C**Quō distinguēda sunt organa gubernatiōis  
domus & q̄liter ad inuicē operant. Cap. ii.  
Hilosophus. i. politi. omnia organa  
gubernationis domus ad bimembrē  
distinctiōem reducit: ait enim q̄dam  
esse animata ut serui: quædem inaīata ut posses-  
siones nūmismata: indumenta & cætera supple-  
tilia deseruentia ad indigētiā uitæ: sicut enī  
uidimus in aliis artibus: sic secundū ph̄m prio  
poli. circa gubernationem domus esse habet. In  
aliis autem artibus est duplex organum aīatum  
& inaīatum ut in arte gubernatiua nauium: tan-  
q̄ organum inanimatum est gubernaculū siue re-  
mus: tanq̄ aīatum est ibi prorarius siue remiga-  
tor: sic in gubernatione domus tanq̄ organa in-  
aīata sunt ibi indumenta lecti possessiones & nū-  
mismata: tanq̄ aīata sunt serui & ministri: conve-  
niunt ergo oīa hm̄i organa q̄a quodlibet ali-  
quo modo ē quia ē q̄dam res possessa. differūt  
tā quia hæc sunt animata illa inaīata. Viso quō  
distinguunt organa gubernatiōis dom⁹: restat  
ondere quō ad inuicē comparant oportet enim  
scdm ph̄m hm̄i organa ordinata ēē ad iūicē:  
ita q̄ organū sit ante organū: ut organū aīatum  
ante inaīatum. Si enī societas dom⁹ est qd naturale:  
& i natura ordinata sunt oīa: ut semp̄ iſeriora ad  
ministrātur p̄ supiora & recipiūt modū & men-  
suram ex illis. oportet organa dom⁹ ordinata ēē

& organa inferiora ut inaīata sunt mouenda & ad ministranda per organa superiora ut per aīata quod declarat philosophus primo poli. per si mīle in aliis artibus ubi innuit q̄ peltra non per se citharizant: & pectines non per se ipsos pectinant. Ideo ad citharizandum peltrum indiget in iñistro mouente & pectem ad pectinandum iñ diget mouente ipsum. Sed ut ait si peltra per se citharizarent & pectines per se pectinarent nihil opus esset architectoribus ministriouni: nec dominis seruorum. Ideo enim architectores & domini indigent seruis & ministris: siue indigent organis aiatis: quia organa inanimata per se ipsa exercere non possunt illud ad quod sunt facta nam si tripodes & mensē regum & principū uel etiam aliorum tales essent quales erant tripodes in quodam templo de quibus quidā poetæ fabulose dicebant q̄ spontanee se ingerebat diuinis obsequiis: & si omnia organa domus talia essent qualis erat statuta dædali de qua phūs fabulose recitat in politicis q̄ p se implebat opus debitum: nulla indigentia esset seruorum: sed mente se ipsas pararet: & ut esset oportunitas ostia se ipsa appetirent & clauderent sed quia non sic est organa inanimata a se ipsis moueri nō possunt. Ideo domini & architectores indigēt ministris & seruis: ut secundum eorū ductionem moueāt organa inaīata uel organa carētia rōne: ut opus proprium possint implere. Indignum est enim secundū ordinem uniuersi: ut sup̄ma immedia te ad ministrent infima: sed lēx uniuersi est ut infima administrētur: a sup̄mis per media. Sup̄ma autē in quolibet negocio esse uident architectores & dominii: infima uero sunt organa inaīata: media sunt ministri & serui: qui sunt quasi quādam organa animata: in dignum est autem dominos & architectores per se ipsos esse præparatores mensarum uel esse hostiarios: aut aliqua talia exercere sed congruentius est hæc per medios ministros effici: in domo ergo completa utraq̄ organa sunt necessaria aiata & inanimata quæ quo ad inuicem se habeant manifestatum per iam dicta: nam aiata sunt ante inanimata & hæc per illa sunt ministranda & mouenda ut possint propria opera adimplere.

**C**Qualia ædificia debent hēre reges & principes & uniuersaliter omnes ciues quātū ad opis industriam & operis temperamentum. Cap. iii.

X prædictis patere potest in hac tertia parte huius secundi libri dicendū est tam de ministris q̄ de his q̄ deseruiūt ad conseruationem & ad sufficientiam uitæ. De seruientia autē conseruationi & sufficientiæ uitæ quasi ad tria reducuntur. Huiusmodi enī sūt ædificia possessiones & nūmismata. de quatuor ergo dicendum erit. Declarabitur enim primo quales domos & quales habitationes reges & principes & uniuersaliter ciues hēre debent. Secundo determinabitur de ipsis possessionibus. Tertio de nūmismatibus. Quarto de ministris. **C**Inter

alia autem quæ cōsideranda sunt in ædificiis ut tradit paladius in libro de agricultura: est industria opis ut ædificium sit subtiliter & debite factum & temperamētum aeris ut sit in debito aere collocatum. Quod autem reges & principes debeat hēre habitationes mirabiles & subtili industria constructas probat philosophus duplicitate quarum prima sumitur ex parte magnificètiæ regiae: secunda ex parte proprii: possumus autem & nos terriam rationem addere ex parte familiæ & ministrorum. **C**Prima uia sic patet: nā secundum phūm. iiii. ethi. capitulo de magnificètiæ maxie glriosos & nobiles decet esse magnificos: reges ergo & principes qui debet eē nobiles & p̄clarí potissime decet esse magnificos. Alii. n. moderatas possessiōes habētes p̄nt esse liberales eo & liberalitas in paruis sumptibus esse possit. Sed reges & principes multitudine possessionū pollētes dēnt esse magnifici eo q̄ magnificètiæ circa magnos sumptus esse cōtingat. Sed magnifici ut dicit in eodē. iiii. ethi. ē p̄parare habitationē decentē. Nō est autē decens habitatio nisi magnifico opere & mirabili industria sit cōstructa. Ex pte ergo ipsis magnificètiæ regiae patet q̄ reges & principes quātū ad industriā operis decet habere habitatiōes mirabiles. Alii. nero ciues tales habitatiōes habere dēnt magis & minus mirabiles ut cōperit pprie facultati. **C**Secunda uia ad inuestigandū hoc idem sumit ex parte ipsis proprii: & hanc tangit phūs. vi. politi. ubi ait q̄ principes decet sic magnifica facere & talia ædificia construere q̄ populus ea uidens q̄ si sit mēte suspensus: pp uehāmentē admiracionem: nam populus minus insurgit contra principem uidens ipsum sic magnificū q̄libet enī de populo hoc uiso oppinatur principē esse tātum q̄ quasi impossibile sit ipsum inuadere: & quasi circa impossibilia non cadit electio neq̄ consilium ut uult phūs. iii. ethi. qui licet ex populo retrahit ne dissentionem faciat cōtra principē si aspiciat ipsum tantum & tam magnificum. Magnitudo enim ædificiorū licet nō sit fienda ad ostētationē & inanem gloriam. Decet enim reges & principes ne in contemptum habeantur a populo facere ædificia magnifica prout requirit de centia status in quo existunt. **C**Tertia uia sumitur ex parte ministrorum & familiæ nā ubi multitū sunt diuitiae multi sunt qui comedunt ilias. In domibus ergo regum & principum oportet multos habundare ministros. ut ergo nō solum personas regis & principis: sed etiam multitudine ministrorum debite commorari possint in ædificiis constructis oportet ipsa esse magnifica. **C**Viso qualia debent esse ædificia quantum ad magnificètiam & industriam operis restat uiderē qualia esse debent quantum ad aeris temperamentū. Tangit autem palladius in libro de agricultura tria eo quibus cognoscere possum in quo aere sit ædificium cōstruēdum. Dicit. n. salubritatem aeris primo declarare libertatem a

vallibus infinitis. Si enim in vallibus infinitis ædificia construantur quia aer est ibi grossus propter circumstantiam montium contingit ipsum non esse salubrem. Sic enim imaginari debemus quod sicut aqua currens sanior est quam stans: eo quod aquæ stantes ut plutimum ingrossantur & putrescant sic aer reculsus in vallibus eo quod non habeat liberum motum quasi ingrossatur & efficitur non salubris est ergo propter salubritatem aeris considerandum in ædificiis construendis ut non fiat talis constructio in vallibus infinitis. Secundo considerandum est ut locus ille in quo est ædificium construendum sit a nebularum tenebris absolutus nam in aliqua parte terrarum uel quia illa est magis paludosa uel propter aliquam aliam dispositionem terræ magis & sepius obtenebratur aer per nebulas & vapores tam in parte illa quam in parte alia quare ibi redditur aer non salubris ideo si uitari potest non sunt ibi ædificia construenda. Tertium quod declarat salubritatem aeris est consideratio habitatotum existentium in ipso. Si non alicubi ædificare uolumus si contingat circa regionem illam aliquos habitare: consideranda sunt habitatotum corpora si eis sit calor sanus & pulcher: si sit ipsis firma sinceritas capitum: si habeat acutum uisum & purum auditum: uocem claram: per omnia hæc indicatur bonitas aeris: & per contraria indicatur aer esse infirmus. Si enim habitatores in ipso non habeant calorem sanum sed crecum de facilis in capite patientur: habeant perturbatum uisum impurum auditum uocem raucam per omnia hæc quasi per quædam signa aeris impuritas demonstratur.

Qualia debent esse ædificia quantum ad salubritatem aquæ & quanto ad ordinem universi. Ca. iiiii. Ræter predicta duo uidelicet præter operis industriam & aeris temperamen tum sunt duo alia in ædificiis attendenda ut aquæ salubritas & debita dispositio univer si. Aqua enim secundum philosophum est ualde communis & in multis deseruit ad necessaria uitæ. Ideo ualde considerandum est ut sic ædificium sit uerum ut ei sit aqua salubris copia ne habitatores eius ob infectionem aquæ infirmitatem contrahant. Tangit autem palladius in libro de agricultura sex quod ait esse consideranda in cogito aquæ salubritatis. Primum est quia aqua illa deriuari non debet a paludibus & a lacunis. Paludes enim & lacunæ eo quod eis sit aqua quodammodo stans ut plurimi habent aqua non salubre. Secundo considerandum est ne aqua illa sumat originem ex metallis: uel ne transeat per metallorum uenas: habent enim metalla uenas suas subterraneas & aquæ in locis subterraneis generant & per uenas subterraneas transit: quare si locus generationis aquarum uel meatus per quos aquæ transeunt habent in se principia uenientia metallorum ex hoc aqua inficitur & non est ita salubris. Est enim humidum & molle de facili passiuum: aqua ergo quae est humidum de facili inficitur a metallis: & maxime

a metallorum uenis ubi non sunt metalla pura sed simul cum metallis sunt aliquæ admixtæ putredines. Tertium quod considerandum est in aquis est quod sit coloris perspicuum: nam ipsa infectione coloris aquæ infectionem demonstrat. Quartum est ne aliquo odore uel sapore uicietur nam præius odor uel sapor aquarum ut plurimum designat illas aquas generari uel transire per aliqua loca infecta a quibus talis odore uel saporem contraxerunt. Quintum est ne aquis illis aliquis indeat limus: nam terra limosa & lutosa eo quod infecta sit sana esse non potest. Hæc ergo quinq; attendenda sunt in salubritate aquarum. Verum quod contingit aliquando nos in his signis decipi. Iste adducit palladius sextum quod dicit etiam considerandum esse uidelicet ut consideretur conditio & dispositio corporum utentium illis aquis est ergo aspiciendum sidentes & gingivæ utentiū illis aquis sint puri si utentes eis habeant capita sana & inperturbata: si uenter aut uiscera uel latera siue renes nullo dolore aut inflatione uexentur: nam ex malitia aquarum uel omnia mala haec uel aliqua horum consueuerunt contingere: ædificium ergo construendum ædificari debet in talis situ quod sit ei copia aquæ salubris habentis conditiones illas de quibus fecimus mentionem. Quod si tamen ædificandi necessitas urgeat nec tamen ibi aquæ salubris sit copia est ibi secundum palladium construenda cisterna in aqua pluviales aquæ colligenda sunt: nam secundum euidentem aquæ cælestis & pluvialis ad bibendum. quod omnibus antefertur: sunt autem in cisterna illa pisces pluviales apponendi ut eorum natatu aqua statim agilitate currentis aquæ pure mutetur. Viso qualiter est ædificium construendum quantum ad salubritatem aquæ: restat uidere qualiter construendum sit quantum ad ordinem universi. In ordine autem universi prout regnit ædificium construendum: sunt tria consideranda: uidelicet conditio cælectis: diuersitas uentorum: & dispositio terrarum. Quantum ad conditionem cælestem: sed duo sunt attendenda. Primo ut yeme debita claritate illustretur. Secundo ne in aestate immoderato calore opprimatur quod fieri congit si ædificium secundum suam ampliorem partem respiciat oriens yemale: tunc enim eo quod in yeme oppositum sit soli debita claritate illustrabitur. In aestate quidem eo quod oblique respiciatur a sole habebit in calore temperamentum. nam semper radius obliquus minorem calorem generat quam directus. Secundo in ædificando ædificatio attendenda est diuersitas uentorum: & hoc quantum ad diuersitatem: camerarum: nam uetus septentrionalis eo quod puriorum aerum facit salubrior esse uidelicet per tempus ergo aestiuum in quo hoies faciliter infirmantræ ædificandæ sunt aliquæ cameræ oppositæ uero septentrionali ut in eis salubrior custodiatur uita. Tertio quanto ad ordinem universi consideranda est dispositio terrarum ut in tali loco ædificium construatur cui uiridaria & pomeria eæ possunt conexa.

Aspectus enim talium & deambulatio per ea ad hilaritatem & sanitatem cōfert. ¶ Essent autem in ædificiis construendis q̄dam alia particularia dicenda ut qualis deberet eē cella uinaria q̄a debet eē frigida obscura opposita septentrioni debet eē longe ab aquis ut a cisternis & fluminibus & longe a stabulis fimo & sterquiliniis. Sic etiam aliæ particulares conditiones ædificiorū distingui possent: sed quia talia nimis particula ria sunt edificatorum industrie relinquuntur. ¶ Quod possessio est homini quodāmodo naturalis & ab renūtiantes possessionibus quodāmodo non uiuunt ut homines: sed sunt homini bus meliores.

Cap.v.

Ito de ædificiis secūdum ordinem su d perius enarratum restat dicere de pos sessionibus. ¶ Possimus autem tripli ci uia uenari q̄ terum possessio est quodāmodo naturalis prima sumitur ex necessitate uitæ: secū da ex dignitate hominis: tertia ex actōe naturæ. ¶ Si enim hoīes naturaliter uiuūt & societas politica est quodammodo hoī naturalis ut in prima parte huius secundi libri diffusius probatur: oportet aliquomodo naturalia esse quæ sūt necessaria in uita politica: sed secundum phūm primo poli. necessaria est terum possessio in gubernatione domus si quis debeat politice uiuere: eo ergo ipso q̄ terum possessio deseruit necessitati uitæ ē quodammodo hoī naturalis. ¶ Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex dignitate humana eo enim ipso q̄ homo respectu corporalium & sensibilium est creaturæ dignissima habet naturale dominium super ipsa: quare naturale est homini q̄ dominetur istis sensibilibus & q̄ possit eis uti in suum obsequium & quia hoc est quodammodo possidere ea ideo eorum possessio est ei naturalis. Vñ & phūs primo politi. ut i probat possessiōem talium naturalem esse: ait q̄ hominum ad bestias naturaliter est iustum bellum: eo enim q̄ bestiæ naturaliter hoī debent esse subiectæ & debent ordinari in obsequium eius: si ipse refugiant obsequiuū hoīs: homo contra ipsas bellat tanq̄ contra ea q̄ bus naturaliter dominabitur. Sicut ergo homo naturaliter dominatur bestiis: sic & naturaliter dominatur aliis exterioribus rebus q̄ non esset nisi terum possessio quodāmodo naturalis eēt. ¶ Tertia sumitur ex actione nature: nam si i pria generatione natura non deficit animalibus: sed naturaliter præparat eis debitum nutrimentum congruum est ut non deficiat eis iam perfectis. Si enim digniora sunt perfecta imperfectis & ipsi imperfectis animalibus præparatur debitum alimentum a natura multo magis hoc p̄parabit eis iam inesse perfectis. Animalium autē q̄dam ouificant: quædam aialificant. In aialibus autem facientibus oua cuiusmodi sunt auess: sic natura ordinavit ponens in ipsis ouis album & rubeū ita q̄ ex albo generatur avis & rubeum cedit in nutrimentum. Aui enim existenti infra testam

qui non deficit quin prouideret ei debito nutrimento: sic etiam animalibus natis per generatio nem natura non deficit quantum ad nutrimentum quia statim solicita est inducere lac in mas millis matris: ut ex eo animalia gēita nutriti pos sint: quare si aialibus imperfectis natura præparat nutrimentum & necessaria uitæ multo magis hoc facit animalibus perfectis. Ideo ait phūs pri mo politi. q̄ hæc. i. res a quibus nutrimentū ac cipinius date sunt nobis a natura naturale est ergo nobis habere res exteriōres: habere ergo dominium rerū exteriorum est quodāmodo hoī naturale quia natura produxit hm̄i sensibilia p̄pter hominem. Sumus enim quodāmodo nos finis oīum: ut dicitur secundo phisicorum qui ergo talibus abrenunciat & pponit uiuere absq̄ dominiō exteriorum rerum non proponit uiuere ut homo sed eligit sibi uitam cælestem: & supra hoīem sicut hubere & per generatiōem producere sibi simile est homini naturale: nihilomi niis tamen multi sunt qui uolentes uacare maiori bono cōnubia renuūt tales enim ut superius dicebatur nō uiuunt ut hoīes nec sunt pars ciuitatis: sed eligūt sibi uitam supra hoīem & dicēdi sunt hoībus meliores naturale est homini ergo ut homo est ut uult philosophus primo politi. habere possessionem & dominium aliquarum rerum exteriorum propter sufficiētiam uitæ natura ergo sicut dedit homini uiuere sic fecit animalia plantas & herbas ut homo eis dominaret & ut possideret ea & ut susciperet inde debitum nutrimentum sine quo uita nra durare nō pōt. ¶ Quod utile est in uita politica quemlibet propriis gaudere possessionibus.

Cap.vi.

Vit opinio socratis & platonis ut recitat phūs. ii. poli. q̄ esset utile & expediens ciuitati q̄ ciues propriis possessionibus non gauderēt sed oīa eis essent cōia ymo q̄ peius est ipas foeminas & filios uoluit esse cōmunes. Dicebat enī socrates & plato eius discipulus fuit secutus ipsum dicens q̄ si nullus habet uxorē propriā sed q̄libet ad q̄libet p̄ sua uoluptate accederet esset supræma unitas & supræma dilectio in ciuitate: tunc enim oēs uiri diligerēt oēs foeminas tanq̄ proprias sic etiam omnes homines diligerent omnes pueros tanq̄ filios proprios eo q̄ nesciret pater quis puer filius suus esset sed reputaret quemlibet propriū filium & diligenter oēs pueros tanq̄ natos pprios. Sic ergo socrates & plato senserūt. Sed in tertio libro ubi agetur de regimine ciuitatis hæc opinio diffusus tractabitur. Sufficiant autem ad p̄sens scire quid sentiendum sit de possessione rerum exteriorum pro ut facit ad regimen & gubernationem domus si enim hoīes ut plurimum nō haberent appetitum corruptum: & ut in pluribus noti essent proni ad malum expediret ciuitati possessiones communes esse eo q̄ bonum quāto communius tanto diuinius. Omne enim bonum in cōmune reductū scdm Boetiū pulchrit

elucescit rebus stantibus ut nunc utile est ciuitati ciues gaudere possessionibus propriis eo q̄ uita civilis sit uita cōmuniū hominū hoīes enī cōmuniter non sunt adeo perfecti q̄ essent contenti uiuere tali uita. Possumus autem ex diuersis locis in libro politi. accipere tria per quae triz plici uia uenari possumus quod expedit ciuitati ciues habere proprias possessiōes. Prima uia sumitur ut remoueatur inertia & ignavia. Secunda ut prohibeatur litigium. Tertio ut tollatur inordinatio & confusio. ¶ Prima uia sic patet: nā homo adeo diligit seipsum q̄ semper magis sollicitus est de bono proprio q̄ de alio uidemus auctem q̄ sic est facile possessiones consumere & defastare: & adeo est difficile laborare & proprio lucro substantiam & possessiones acquirere q̄ i ciuitate cōtingit multos egere & esse pauperes: non obstante q̄ ciues possunt gaudere possessionibus propriis: & q̄ sollicitantur circa ea tāquā circa propria bona. Si ergo nullus haberet aliqd proprium sed omnibus ciuib̄t̄ essent possessiones communes quia ciues non sic essent solliciti ad colendas possessiones communes sicut sunt solliciti ad proprias ut plurimū contigeret ciuitatem illam sic ordinatam uenire ad inopiam ut ciues non possent sibi i uita sufficere: aliquid igitur non est utile simpliciter q̄ est utile in casu rebus si sic se habentibus utile est ciuitati ciues habere possessiones proprias: ne ppter ighauiam circa communia domus ciuiū patiātur inopiam. ¶ Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex remotione litigiis ut plurimum enī cōsurgunt lites & bella inter participantes aliquid commune. Videmus autem ipsos fratres ex eodem patre natos inter quos secundū phūm. viii. ethi. est amicitia naturalis ut plurimum bellare inuicem eo q̄ sit eis cōmuniis hereditas quanto ergo magis esset dissensio inter ipsos ciues iter quos non est tantā amicitia si essent eis possessiones cōmunes. ¶ Tertia uia sumitur ex remotione inordinationis & confusionis: nam secundū phūm. ii. poli. sic accideret tunc si ciues non haberent possessiones proprias sicut accidit cum aliquid cōmittitur pluribus ministris cum enim hoc sit quilibet ministrorum rerahitur ne faciat q̄ mandatur sperans alium implere q̄ iubetur: propter quod oportet rem illam uel non produci ad effectum uel confuse & inordinate fieri ut ergo tollatur confusio & inordinatio circa experientia ciuitati: ut ille est ciues gaudere possessionibus propriis ut magis solcitate & magis ordinante & absq̄ litigio campi & terræ & alia fructifera excolantur.

¶ Qūo est utendum exterioribus bōis: uel rebus & quis modis uiuendi sit licitus. Cap. vii. Hilosophus. i. poli. oñdit q̄ ex alio & alio usu exteriorum rerum cōsurgit alia & alia uita siue alias & alias mos̄ ueniendi. sicut. n. uidemus in aialibus & bestiis q̄ non oēs utuntur eiusdem rebus nec oēs

habent eundem modum uiuendi sic in hominibus habet eē. Nā aliqua animalia uiuunt ex herbis aliqua ex positionibus uel fructibus. aliqua uero ex raptu. Ideo diuersi sunt modi uiuēdi aialium. nam aliqua uiuunt ut ait phūs dispersa aliqua aggregalia. i. sociata. Aliqua uero uiuūt dispersa. quilibet. n. sic uiuunt ut expedit ad sufficiētiā uitæ & ut melius sibi p̄nt cibum & nutrimentū quārere. homines etiā diuersimode utuntur exterioribus rebus & nō eodē mō uiuēdi uiuunt. distinguit autē phūs primo polit. iii. uitas simplices uel. iii. modos uiuendi ex quib⁹ combinatis resultant alij modi uiuendi uel aliae uitæ. est. n. uita qđ duplex uidelicet pascualis uenatiua piscatiua & furatiua. pascualem autē uitā ducunt uiuentes ex agricultura uel ex animalibus domesticis. Venatiua autem uiuentes ex silvestribus. piscatiua autem ex piscibus sed furatiuam uitā ducunt uiuentes ex rapina & furto. cōtingit autē hos modos uiuendi cōbinare. quia quidam uiuūt pascualiter & uenatiue. quidam pascualiter & piscatiue. quidam uero uenatiue & furatiue. quidam autem ex omnibus. nam ex pascuis & piscibus uenationibus & furis uitā quārunt. horum autem modorum modus uiuendi furtiuus oīno illicitus ē: alii uero modi possunt esse liciti. ¶ Vnde enim ex pascuis ut uiuere ex agris & aialibus domesticis cuiusmōi sunt oves & boues &c. talia licita sunt. quia natura talia p̄duxit ordinans ea ad usum hominis. semper. n. nūper facta ordinantur ad perfectiora ut aqua & terra quā sunt inanimata ordinantur ad nutrimentum arborum & plantarum tanq̄ imperfcta. ad perfectiora. arbores uero & plantæ tanq̄ i sensibilia ordinantur ad nutrimentū animaliū sensibiliū. omnia autē hæc tam inanimata q̄ uegetabilia sensibilia ordinantur ad nutrimentū & substantiationem hominum propter quod bene dictum est quod scribitur primo poli. q̄ natura dedit nobis talia. ordinavit enī ea ad usum & dominium nostrum. licitum est ergo sumere nutrimentum ex agris & animalibus domesticis quare uita pascualis est licita. ¶ Sic etiam uenatiua & piscatiua de se nō sunt illicita. quia enī homo naturaliter dominare debet non solum animalibus domesticis sed etiam bestiis silvestribus & piscibus habet contra talia iustum bellū. propter quod philosphus primo poli. uult uenatiuam & piscatiuam esse uitas licitas. ait enī q̄ hominum ad bestias & ad alia animalia est iustum bellum per se enim loquendo homines iuste possunt talia facere & ordinare ea in ipsum p̄ prium. ¶ Furtiuia autem uita per se loquendo ē illicita quia hominum ad homines per se non est iustum bellum. Si enī homines aliqui contra alios iuste bellant hoc est quasi per accidentem inquantum illi aliquo modo forefaciunt uel refererunt in ipsos. delinqd ergo homo offendendo bestias si aut̄ in offensiōe bestiæ est delictū hoc ē q̄si p̄ accidēs iquātū talis offesa redūat

in offendam hois ut in offendam proprii posses-  
foris. Videtur tamen uelle phūs q̄ non solum  
hominis ad bestias: sed etiam hominis ad barba-  
ros sit iustum bellum. homines. n. barbari & sil-  
vestres quia ab usu rationis deficiunt naturaliter  
debent esse subiecti hominibus pollutibus sub-  
tilitate & prudentia. Videtur enim uelle q̄ quia  
sapientes naturaliter debent dominari insipienti-  
bus iustum habere bellū contra ipsos. si eis no-  
lint esse subiecti. secundum quē modum loquē-  
di ciues qui magis uigent prudentia & intellec-  
tu iustum habent bellum contra rusticos si recu-  
sent subici illis propter quod contra tales recu-  
santes subici quos dignum est esse subiectos se-  
cundum sententiam philosophi sic intellectam.  
Videtur enim licita p̄datiua uita. ut quod lici-  
tum esset non solum hos depdari & accipe sua:  
sed eos etiā accipere in prima ex quo recusant fa-  
cere q̄ tenentur. Verum quia nulli est iniuria fa-  
cienda per se loquendo uita furtiva uel p̄datiuā  
debet illicita iudicari. debet. n. quis de proprio  
uiuere non de usurpatione alieni quia igitur de  
ceri ipsos ciues & multo magis reges & prīcipes  
uiuere uita uirtuosa. Si uolunt proprias debite  
governare. Decet eos scire quod sūt uitæ uel q̄  
sunt modi uiuendi & qui illorum sunt liciti & il-  
liciti quoniā nullus potest uirtuose uiuere si pos-  
sessionibus uel rebus exterioribus utas illicite.  
Quod ciues & multo magis reges & prin. nō  
dēnt infinitas possessiones appetere. Cap. viii.

**C**ommuniter uidetur delinq̄re hoies  
circa appetitum possessionum & circa  
concupiscētiā diuitiarum nunq. n.  
cōiter hoies faciantur possessionibus & diuitiis.  
nam nunq̄ p̄nt tot h̄c quin plura uelint. Assi-  
gnat autē phūs. i. poli. duplēcēm cām q̄rē cōcu-  
piscentia diuitiarum est infinita. Prima sumitur  
ex in ordinatiōe uoluntatis. Secūda ex falsa esti-  
matione finis. Prima uia sic patet nam ut ipe  
ait infinita est diuitiarum concupiscentia cuius  
causa est studere hoies circa uiuere non circa be-  
ne uiuere. quicūq̄ aut̄ propter ipsum bene uiue-  
re diuitias uolunt fruitions corporales non in-  
finitas q̄runt. bene. n. uiuere est uiuere uirtuose.  
hoies ergo quia non curant uiuere uirtuose: sed  
totum studium eorum est ut uiuant secundum  
corporis uoluptatem cū diuitiæ maxime uide-  
antur hoc efficere ut per eas quilibet consequi  
possit. q̄ appetit ut melius hoies possunt explē-  
q̄ uolunt diuitiis & possessionibus non faciant.  
Secunda uia ad inuestigādūm hoc idē sumit̄  
ex falsa estimatione finis: nam ut distinguit philo-  
sophus. i. poli. & ut supra in primo libro diffi-  
cilius diximus aliter appetit finis & aliter ea quæ  
sunt ad finem. Nam finis appetitur in infinitum  
ea uero q̄ sunt ad finem secundū modū & men-  
suram ipsius finis ut si finis medicinæ est sanare  
non posset medicus tantam sanitatem induceā  
quin si esset possibile ualeat eam maiorem effi-  
ce. Medicus ergo sanitatem quā appetit indu-

cere infinitā. Sed portionē appetit dare secundū  
modum & mensurā sanitatis. cōiter ergo hoies  
quia falsam estimationē h̄nt de fine & putant ip-  
sum finē in diuitiis eē ponendū appetunt eas in  
infinitū. sed q̄ ad gubernationē dōus p̄tineat n̄  
appetere infinitas possessiones dupli uia uen-  
ti possumus. Prima sumit̄ ex similitudine quam  
habet yconomica & ars gubernatiua domus ad  
naturam. secūda ex similitudine quā habet ad ar-  
tes alias. Prima uia sic patet. uidemus. n. natu-  
rā nō solicitari circa nutrimentū iufinitum. sed  
tm̄ apponit de nutrimento q̄tum regit aial nutri-  
endum ut si ex albo oui natura generat auem &  
ex rubeo nutrit ipsā ut apponit natura i ouo infi-  
nitū rubeū. sed tm̄ apponit ibi de eo q̄tū sufficit  
ad nutrimentū illis auis. sic ēt si natura ex men-  
struo facit aial & ex lepte nutrit i p̄m non oppo-  
nit in uberibus infinitum lac: sed tm̄ apponit ibi  
de eo q̄tū sufficiat ad nutrimentū aial ḡnati. cū  
ergo diuitiæ & possessiones ordinent ad nutri-  
mentum & ad sufficiētiā uitæ sicut rubeū i ouo  
ad nutrimentū auis & lac i uberibus ad nutrime-  
tum foetus. si gubernator domus nō uult cōtra  
naturā agere: sed uult suam domū regere scđm  
modum & ordinē naturalē nō debet infinitas  
diuitias & possessiones appetere: sed cum tot ha-  
bet q̄ secundū exigentia sui status bñ sufficiant  
ad gubernationē domus debet illis esse conten-  
tus. Secūda uia ad inuestigādū hoc idem su-  
mit̄ ex similitudine quā habet ars gubernatio-  
nis domus ad artes alias. nā possessiones sunt q̄  
dam organa artis gubernationis domus sicut i-  
cus martellus &c. hm̄oi sunt organa artis fabri-  
lis. nulla aut̄ ars ut ait phūs. i. poli. habet organa  
infinita. ergo nec gubernatiua debet q̄tere iſini-  
tas possessiones. Decet igitur oēs ciues & mul-  
to magis reges & prīcipes esse cōtentos tantis  
possessionib̄ & diuitiis q̄tas regit exigentia sui  
status: nam non faciari possessionibus & diuitiis  
ut patet per habita uel procedit ex falsa estima-  
tionē finis uel ex iordinatione uoluptatis. tanto  
ergo de testabilius est hoc i regibus & principi-  
bus q̄ in aliis. quanto decet h̄c ordinationē uo-  
luptatem & meliorem existimationē finis. nam  
sicut in primo libro dicebat. detestabilius ē in re-  
ge non h̄c uerā extiationem de fine q̄ in popu-  
lo eo q̄ populus a rege dirigif. sicut detestabilius  
est in sagittāte non cognoscere signū quā in sa-  
gitta eo q̄ sagitta a sagitante dirigatur.  
Quod sunt species cōmutationū & quæ fuit  
necessitas inuenire denarios. Cap. ix.

I cōsiderentur dicta phī in pri. poli.  
oēs commutations quasi ad tria ge-  
nera reducuntur. Quarū una est com-  
mutationē rerum ad res. ut frumenti ad uinum uel  
ad ordeum uel ad alia supuentia indigentiā cor-  
poralem. Alia est cōmutationē rerū ad nūmisma-  
ta. Tertia ē nūmismatum ad numismata ut cū  
denarii argentei cōmutant̄ in aureos uel econ-  
uerso. uel nūmis mata regionis unius cōmutant̄

in nūmismata regionis alterius. ¶ Ut ergo sciamus quō hīōi cōmunicationē oportuit introduci sciendum q̄ si non esset nisi cōitas domus quae est cōitas prima nulla cōmutatio esset necessaria. nam in domo dñatur patrefamilias cuius est prouidere omnibus existētibus in domo quare omnis cōmutatio facta ad subiectionem domus fit a patrefamilias: uel per se uel per procuratores intermedios: nam iōius patrifamilias est totam indigentiam subleuare domesticam. sed cum eiusdem ad se ipsum nō sit nec emptio nec uenditio nec cōmutatio. bene dictum est q̄ dicitur primo poli. quia in prima cōitate quae ē domus manifestum est nullum esse opus ipsius commutationis. igitur propter cōitates alias est commutatio introducta. Sunt autē aliæ cōitates a cōitate domus ut cōitas uici uel ciuitatis uel totius regni & provinciæ. uel etiam diuersorū regnum aut diuersarum prouinciarū. Aliquā do. n. indigentia ad uitam non inueniuntur in toto regno uno ppter quod oportet discurrere aliquos per diuersas mundi partes & per diuersa regna & regiones q̄rēdo aromata & alia q̄ requiruntur ad uitam propter. n. diuersum asperatum siderum & planetarum aliquibus abundat partes calidæ quibus non abundant frigidæ & econuerso. propter q̄ non solum oportet communicare & conuersari ad iuicem homines unus uici uel unius ciuitatis aut unius pruinciae. sed etiam diuersarum prouinciarum & regnum. propter has ergo communites introductæ sūt illæ tres species commutationū. Nam & si ad cōmunitatem uici uel ciuitatis aliquomodo sufficeret commutatio rerum ad res tamen ad communicationē quod habetur in toto regno oportuit introduci commutationem regē ad denarios & econuerso. Rursus si in communicatione totius regni sufficeret commutatio regē ad denarios & econuerso in communicatione tamen q̄ est diuersorum regnorum & prouinciarū oportuit introduci non solum commutationem regē ad res uel rerum ad denarios: sed etiam denario regē ad denarios & econuerso. Antiquitus enim homines ut satis innuit philosophus primo poli. ī simplicitate uiuentes quasi solum commutabant res ad res ut si unus abūdabat in uino & aliis instrumento commutabant uinum ad frumentum & per huiusmodi commutationē subueniebant sibi ad sufficientiam uitæ. qui modus ut ipse ait adhuc reseruatur apud multas barbaras nationes quae non habentes denariorum usum solum res ipsas commutat. hic autem modus forte in uno uico uel in una villa obseruari possunt sed in toto uno regno uel in tota una prouincia illa eset magnæ latitudinis commode obseruari non potest. nam uinum frumentum & talia: quibus indigemus ad uitam cum sint magni ponderis commode ad partes longicas portari non possunt. oportuit ergo inuenire aliquid quod esset portabile. & quod esset pulchrum & utile p̄ quo

inueniri possent uictualia. hīōi autē maxime est argentū & auge q̄ inter cætera metalla sunt pulchriora & sūt utilia & honorabilia ex eis .n. p̄t fieri uasa quae sūt hominibus utilia qbus factis uide utens illis esse in honore & gloria. Primitus ergo inuēta fuerūt commutations ad metallū solum secūdū ponera ut uolētes hīē tātū uini oportebat dare tantū ponderis argenti uel auri uel etiā alterius metalli. ut placebat tūc temporis populis uel regibus istituere: sed quia difficilis erat in oī emptione uel uēditione semper ponderare metalla ut emētes & uendētes ab soluerent ab hīōi pondere i ipsis metallis sculptū fuit signū aliqd' ut imago principis uel aliqd' aliud signū publicū per cuius inspectionem sciret q̄ti ponderis & quanti ualoris esset metallū illud. Hoc ergo mō inuētus fuit dēarius & nū nūmismata qui est q̄si quidā fide iussor nī pro quo statim scdm iōius ualorē recipere possumus sup plentia indigētā uitæ. In toto ergo uno regno ne nimis grauarent hoies cōmorātes in ipso cū ex una parte regni oportebat eos accedere ad aliam porrando secū uictualia honerosa inuentus fuit denarius q̄ est de facili portatilis. p̄ cuius cōmutationē uictualia inueniunt. quare cōmutatio regē ad denarios & econuerso forte sufficeret in uno regno uel in una pruincia. sed quia in diuersis regnis diuersi dñant. nec eisdē denariis utunt cōmorātes in diuersis pruinciis ppter cōmutationē regē ad res. & rerum ad nūmismata oportuit inuenire cōmutationē nūmismatū ad nūmismata. patet ergo qd' sūt cōmutationēs: & q̄o sūt inuētae & q̄ fuit necessitas inuenire dēarios. Decet ergo prudentē patrefamilias & doctū gubernatorē cognoscere q̄uo ortae sūt tales cōmutationēs & ad qd' desceruiūt ut hoc cognoscendo melius sciat suæ domui prouidere.

¶ Quod sunt species pecuniatiæ & quae illae est laudabilis & q̄ uituperabilis.

Cap. x.

Onueniēter post tractatū de possessiōnibus. tractat de nūmismatibus: nam hīē possessiones & abundare uino & frumento est abūdare in diuitiis naturalibus. Sed abundare in denariis & nūmismatibus ut patet p̄ phūm p̄io poli. est abundare in diuitiis artificalibus. Si ergo ars naturā p̄aſuponit & ubi definit operatio naturæ. ibi incipit opatio artis. cōgrue post tractatū de possessionibus ex quibus oriuntur diuitiæ naturales annexitur tractatus de nūmismatibus. ¶ Postq̄ diximus q̄ fuit necessitas inuenire nūmismata & pecuniā restat dicere q̄ sunt species speculatiæ. Distinguit at phūs in poli. quattuor species pecuniatiæ uidelicet naturalē camporiā obolostaticā & cāchos siue usuram his. n. quattuor modis possideri consuevit multitudo pecūiæ. ¶ Pria ergo species ipsius pecuniatiæ dicit esse quasi naturalis quae fit ex eo q̄ res naturales cōmutant in pecuniā. Si quis ergo abūdans in uino & frumento q̄ naturaliter producunt ex eis pecuniā suscipere talis pecūia

k

tua quasi naturalis dicere. quia a rebus natura-  
libus inciperet. **C**Secunda species pecuniatiæ di-  
cis esse camporia hoc est scdm phum pto poli.  
forte primitus casu & simpliciter inueta fuit. sed  
deinde per experientiam iam est artificialis esse  
cta. quodlibet. n. nūmismata p se loquedo plus  
ualet i ppria ratione. accidit ergo forte aliquos  
hre aliqua nūmismata quæ non multu appre-  
bant in regione sua eo q non esset ppria regio-  
ni illi. Illis ergo casu euntibus ad regiones illas  
quibus illa nūmismata erant propria & portan-  
tibus nūmismata illa accidit eos plus recipere p  
nūmismatibus illis q in partibus propriis. ppter  
quod casu capsoria usi sunt. Sed ex hoc casu ars  
sumpsit originē. ut postea homines artificialiter  
consideraret q nūmismata in qbus partibus ex-  
pendunt ut postea campsoria artificialiter effe-  
cta esset causa lucrandi pecuniā. hæc enim pecu-  
niatiua naturalis dici non debet quia nec a reb⁹  
naturalibus icipit: nec ad naturalia terminatur.  
Sed i ea scdm phum primo poli. dærius est cle-  
mentu & terminus. i. principium & finis. Incipit  
n. hæc ars a denario quē dat & terminat ad dæ-  
riū quē recipit quare ibi denarius finis & princi-  
piū dici debet. **C**Tertia species pecuniatiæ est  
obolostatica uel ponderis excessiva. q forte sic i.  
ueta fuit. Nam sicut massa metalli in denarios di-  
uidit & imprimis ibi signū publicū sic aliquādo  
aliqua necessitate interueniente ut pp uafa fiend-  
a uel propter aliquid aliud denarii resoluunt i  
massam. Accidit ergo forte ex totidem denariis  
nūero confici massam maioris ponderis ex quo  
casu ars sumpsit originem ut oēs denarii ponde-  
raretur & qui essent maioris ponderis resoluere-  
tur in massam ut ex hoc lucru haberi posset. ars  
ergo ista obolostatica siue ponderis excessiva ex  
excessu ponderis qui inuenitur in denariis sum-  
psit originē. **C**Quarta species pecuniatiæ dici-  
tur esse canchos q in latino idem sonat q part⁹.  
Videtur. n. hæc ars parere & generare denarios.  
q nos cōmuni nomine appellamus usuram. nū  
quā. n. aliqua crescent in se ipsis nisi per partum  
uel per generationē: ut si aliquis hēt. x. oues po-  
stea in capite āni habeat. xx. hoc est quia oues il-  
læ generauerūt & pepererūt. Si quis ergo ex. x.  
denariis post aliquod tēpus uult habere. xii. qd  
facit pecuniatiua usuraria q plane patet vult q  
denarii illi pariant & generēt. Recta ergo usura  
uocata est quasi denario & partus. **C**Haram au-  
tem. iiiii. species secūdum philosophum in poli.  
sola prima quæ est quasi yconomica & naturali-  
ter est laudabilis. Aliæ uero tres secūdum ipsum  
merito uituperant. Nam omnis ars q a denariis  
incipit & ad denarios terminantur quasi uidetur i  
denariis finem ponere. campsoria igitur obolo-  
statica & usura. q quasi totaliter in pecuniis exi-  
stunt. quia a pecunia incipiunt & ad pecuniam  
terminantur. uituperandæ sunt secūdū philosophū  
nimis. n. uidetur esse denariorum cupidus cuius  
actiōes a denariis incipiūt & in denarios termi-

nant. **Q**uicquid tamē sit de camporia & obo-  
lostatica usura tamē est simpliciter & in omnib⁹  
detestanda ut in sequenti capitulo apparebit. Usu-  
ras enim nemo exercere debet camporia autem  
& obolostatica & si mercatoribus uel aliquibus  
aliis permittut. regibus tñ & principibus quos de-  
bet esse qsi semideos exercere non construit nisi  
primam speciē pecuniatiæ quæ est yconomica  
& quasi naturalis. Decet. n. ipsos abūdere in pos-  
sessionibus & in redditibus ex quorum fructu p  
defensione regni & aliis necessariis possint abū-  
dere pecunia. **C**Quod usura est simpliciter detestabilis: & q  
eam decet reges & principes prohibere. Cap. xi.  
**V**arta species pecuniatiæ quam phi-  
losophus appellat cakos sicut dupli-  
nomine nominat sic dupli uia inue-  
stigare possumus eam detestabile esse. **C**Vocat  
enim primo denario & partus ex quo nomine ar-  
guit phus primo poli. eam contra naturam esse.  
nam parere & generare & multiplicari in se ipsis  
est pprium naturalibus & est contra naturam ar-  
tificiale. Scrinia. n. & arche quia sunt artificia-  
lia quātūcūq simul existant. nūquā se ipsas mul-  
tiplicant. Animalia uero quia sūt res naturales si  
mul manēt generat & pariūt & se ipsa augēt.  
Volens igitur denarios ipsos in se ipsis multipli-  
cari ut q. x. post lapsum temporis fāt. xx. uult q  
artificialia seipsa multiplicēt & qua hoc est con-  
tra naturam artificiale. cum denarius sit quid ar-  
tificiale. bene dictum est quod dicit primo poli.  
usuram esse quid detestabile & contra naturam.  
**C**Secundo huiusmodi pecuniatiua possum⁹  
ostendere detestabilem esse ex alio nomine quo  
nominatur. ut quia dicit usura. quod quasi idē  
est q rapina usus. In usura enim usus rapitur &  
usurpat. uel idem ueditur bis. uel uedit ibi usus  
qui non est suus. Ad cuius evidentiam sciendū  
q licet aliud sit res: aliud usus rei: ut aliud est do-  
mus & aliud inhabitare ipsam: in aliquibus ta-  
men nunquam concessio usus separari potest a  
concessione substantiæ. in quibuscūq igitur po-  
test concedi usus re absq; eo q concedatur eius  
substantia potest inde accipi pensio dato q res  
illa i nullo deterioraretur. Sed si non potest con-  
cedi usus absq; concessione substantiæ quātum  
ad talem usum non est pensio aliqua accipiēda.  
quia si accipiat erit ibi usura id est rapina usus.  
Cum ergo usus ipsius domus sit domum inha-  
bitare non domū alienare. possessor domo & po-  
test concedere usum domus ut inhabitationem  
absq; eo q concedat substantiam eius & quia cu-  
ius est substantia eius & usus qdiu substantia est  
ipsius usus pertinet ad ipsum. Vendēs ergo q su-  
um ē & q pertinet ad ipsum licite potest & nul-  
li ibi iniuriatur. nihil ergo rapit & nihil usurpat  
si retinens sibi dominū domus uendit inhabita-  
tionem & usum eius. In denariis autem non sic.  
Nam usus proprius denariorum est expendere  
& alienare denarios. nunquam potest concedi

usus proprius denarii nisi contedat eius substantia cum ad tales usum oporteat ipsam substantiam alienare quia ergo accidens a substantia de pendet & usus ex ipso regit originem benedictum est q[uod] cuius est substantia eius est usus. Volens ergo accipere pensionem de usu denario se dicit committere usuram uel dicuntur usurpare & rapere ipsum usum quia concedendo usum de narii concedit substantiam eius: concedendo vero substantiam non ulterius spectat ad ipsum usum eius. quare si de usu pensionem accipiat uendit q[uod] non est suum: uel accipit pensionem de eo q[uod] non spectat ad ipsum cum non ulterius spectet ad eum usus denarii ex quo eius substantiam iam concessit. Advertendum tamen q[uod] ut ait philosophus primio poli. quasi cuiuslibet rei est duplex usus unus proprius & aliis non proprius. Usus proprius denarii est ipsum comittare uel expendere & alienare. Usus uero non proprius est apparere. Multi n[on] ostendunt denarios suos non ad expendendum: sed ad apparentium & ut uideantur diuites. sic etiam usus proprius domus est in habitare. Usus non proprius est ipsum uendere uel cōmutare multi enim domos fabricant nō ad inhabitandum: sed ad uendendum. de omni autem usu siue sit proprius siue non proprius potest accipi pensione si usus ille concedi possit absq[ue] concessione substantiae. propter q[uod] plane patet e contrario eē de denariis & de aliis rebus. Nam de usu proprio denario se non potest accipi pensione absq[ue] usura. quia talis usus cōcedi non potest absq[ue] concessione substantiae. Sed de usu non proprio potest ut si quis uellet nūmismata non ad expendum: sed ad apparentium. q[uod] forte multo iēs mercatores faciunt. qui ut appareat diuites & ut alii citius apud eos deponant pecuniam habent coram se multitudinem pecuniae. cū ergo quis possit concedere denarios ad tales usum uidelicet ad apparentium absq[ue] eo q[uod] concedat substantiam eo: si hoc modo de denariis pensionem accipiat. forte aliter peccaret. usuram tamen non committeret. In rebus autem aliis ut plurimū cōtingit econtrario ut in usu proprio non committit usura. nam quia inhabitatio quae p[ro]prius usus domus concedi potest absq[ue] concessione substantiae eius. Si de hoc pensione accipiat nulla usura cōmittit. Sed si quis domum uederet uel cōmutaret q[uod] non est proprius usus eius dato q[uod] nō statim pecuniam acciperet. Si propter usum domi uellet ulteriore pecuniam accipere usurā committeret. quia iam usus non spectaret ad ipsum. postquam per uenditionem cōcessisset eius substantiam. omnino ergo usura quia ibi uēdit usus qui non spectat ad creditorem contra naturam est. Decet ergo reges & principes si uolunt naturaliter dominari prohibere usuras ne fiant eo q[uod] iuri naturali contradicant.

Quod diversi modi sunt lucrandi pecuniam: & q[uod] aliqui illorum modorum sunt regibus & principibus congruentes.

Cap. xii.

60  
Ira fratre primi poli. distinguit philosophus diversus modus quibus nūmismata acquiruntur. Contingit n. hoc fieri quasi quinq[ue] viis. quarum una dicitur possessoria. Secunda mercatua. Tertia mercenaria uel conducta. Quarta experimentalis. Quinta artifica. Via autem possessoria acquiritur pecunia quando quis possessionibus abundans ex fructibus earum pecuniam acquirit. decet n. secundum philosophum yconomicum & dispensatorem domus esse expertum circa possessiones sciendo quae sunt magis fructiferæ & ex quibus potest melius subueniri indigentiae corporali domesticæ sine gubernatiōi domus. hoc autem fieri contingit si sciat quae i quibus partibus abundant ut quis illis animalibus abundet quae in partibus illis in quibus existit melius conseruant. Hæc autem quomodo sciri possunt & qualiter circa possessiones quis se habere debeat ut qualiter aues & aialia quadrupedia conservent & quae terra magis ualeat p agricultura quae magis ad uineas plātationem & qualis circa arbores sit gerenda dispositus silentio pertransire eo q[uod] alii de talibus sufficienter tradi disseuidet. Palladius n. multa h[ab]mōi enarravit. Secunda uia utilis ad pecuniam acqrendā dicitur esse mercatua cum quis per mare aut p terram defert mercationes alias uel assistit defertenibus mercationes ipsas. Dividit aut secundū ph[ys]icum mercatoria in tres partes in nauclauriā q[uod] fit p mare: & ponderis portatiā quae fit per terrā & assistricē. Tertia uia acquirendi pecuniam dicitur esse mercenaria uel conducta: ut cū quis spe mercedis uel prelio conductus aliqua operatur. Quarta uia dicit experimentalis expitem tum. n. particulariū est cum ergo quis nouit particularia facta aliquo: quib[us] pecuniam sunt lucrati dicitur scire lucratuam experimentalē. Recitat enim ph[ys]us duo particularia gesta quib[us] fuit pecunia acquisita. Primū est q[uod] fecit tales millesius unus de septem sapientibus qui primo philosophari cōperunt & ad quid ualeret philosophia sua ipse enim cū esset pauper: & in propare tur sibi a multis cum philosopharet & ad quid ualerer philosophia sua cū semper in egestate uiueret: ipse non denariorum cupidus sed ut oīderet q[uod] facile eēt philosophis ditari si circa talia curam gererent uidit per astronomiam futurā esse magnam copiam oliuarum ab omnibus incolis regionis illius emit tantum oleum q[uod] recolleturi erant in anno futuro. Mutuata ergo pecunia & data arra bona pro futuro oleo: tum q[uod] nullus poterat uēdere oleum: nisi ipse tunc quia etiam erat magna copia olei lucratus pecuniam multam & ostendit q[uod] facile erat philosophus datur. Secundum particolare gestum quod recitat idem philosophus est de quodam sciculo: q[uod] emit totum ferrum nundinarum: & quia ipse solus uēdebat lucrabatur pecuniam ut uolebat inter cætera enim augmentia diuitias secundum phi-

k ii

osophum est facere monopoliam. i. facere uen-  
ditionem unius nam quia unus solus uendit ta-  
xat p̄cium pro suae uoluptatis arbitrio: uolentē  
ergo pecuniam acquirere oportet & similia par-  
ticularia gesta per quæ aliqui pecuniam sunt lu-  
crati habere im memoria: ut si occurreret oportuni-  
tas per similia gesta dum tamē illa sint licita pe-  
cunia lucraretur. **C** Quinta uia dicitur esse artifi-  
ca: quando quis per artem suam aliqua exerce-  
ret propter quæ pecuniam lucratur: nam licet fa-  
nis artis militaris sit uictoria: medicinalis sit sani-  
tas singulæ tamen artes quasi ad pecuniam ordi-  
nantur cum ex opere uel ex arte facto pecuniam  
intendunt. Medici enim fabri domificatores &  
etiam ipsi milites cum stipendiarii fiant pecunia  
intendunt. Decet ergo quilibet secundum uita  
politica uolentē prouidere indigētæ dome-  
sticæ habere curam de acquisitione pecuniae se-  
cundum q̄ exigit suus status. Apud reges aut &  
principes inter uias factas solæ duæ uiae uident  
esse utiles uidelicet possessoria & experimentalis:  
Decet enim eos uel per se uel per alios esse exper-  
tos sciēdo particulares conditiones regni & ge-  
sta particularia p̄decessorum suorum secundum  
quæ licite pecuniam acquirebant. **D**ebent n.  
conseruare laudabiles consuetudines regni secū-  
dum quas capiant licitos redditus non usurpan-  
do aliorum bona: consideratio ergo gestorum  
particularium & consuetudinem approbarū  
& uia experimentalis. Ut ille est regibus & prin-  
cipibus in acquisitione pecuniae. Sic enim utili-  
est uia possessorialis: non solum in possessionib⁹  
imobilibus: cuiusmodi sunt agri & uineæ & cæ-  
tera h̄mōi sed etiam in possessionibus mobilib⁹.  
Decet ipsis pollere multitudine bestiarū & eti-  
am auium per quæ satissimant indigētæ uitæ.  
Dicimus enim Federicū imperatorem qui tan-  
tæ sapientiæ sacerulari p̄dicabatur habuisse mas-  
saritias multas. Non obstante enim q̄ terræ fer-  
tilissimæ dominabatur ubi uictualia modici p̄/  
ci ex istebant nihilominus quasi tamen semper  
ex propriis alimenta carnium nolebat assumere  
& hoc tam in bestiis quam etiam in uolucribus.  
Hoc enim decet reges & principes ut aliis existē-  
tibus in regno exempla p̄beant & ut non videā-  
tur uiuere quasi adueniæ & peregrini qui enī sin-  
gula alimenta pecunia emit magis uiuit ut ad-  
uenia quam ut ciuis. Quare decet reges & prin-  
cipes habere homines industres tam super cultu-  
ra agrorum & uinearum quam etiam super ar-  
mentis bouum & super multitudinem ouiu &  
aliorum animalium de seruentium ad indigen-  
tiā uitæ: non solum quadrupedum sed etiam  
uolucrum: sicut alicubi consuetudo est h̄c mul-  
titudinem columbarum uel aliarum auiu ex q̄  
bus domestica alimenta sumuntur. Sic ut philo-  
sophus in politi. ait insistendum est circa apum  
culturā: si partes illæ aptæ essent ad talem cultū  
ex apibus enim in partibus conuenientibus col-  
ligitur multis fructus cum paruis expēsis. Vi et.

go sit ad unum dicere semper uita ciuilis apud  
uolentes ciuiliter uiuere uel politice. Melior est  
uita peregrina & h̄c alimenta ex propriis: lau-  
dabilis est q̄ singula pecunia emere.  
**C** Quid aliqui sunt naturaliter serui & q̄ expe-  
dit aliquibus aliis esse subiectos. **C** ap. xiii.  
Icebatur supra in hac tertia parte hui⁹  
secundi libri: de quatuor esse dicen-  
dum uidelicet de ædificiis: possessioni  
bus: nūmismatib⁹ & ministris siue seriq̄. Expe-  
ditis ergo tribus restat exeq̄ de quarto ut de ser-  
uis. **T** Ostenstemus autem primo seruitutem ali-  
quam naturalem eē & q̄ naturaliter expedit ali-  
quibus aliis esse subiectos q̄ probat philosoph⁹  
primo politi. quadruplici uia sumpta ex quadru-  
plici similitudine. Prima uia sumitur ex simili-  
tude reperta in rebus in aiat. Secunda ex parti-  
bus eiusdem animalis. Tertia ex diuersis spēbus  
animantium. Quarta ex diuersitate sexuū in spe-  
cie humana. **P**rima uia sic patet. Nam nūqua  
aliqua multa secundum debitum ordinem effici-  
unt aliquid unum nisi sit ibi aliquid prædomi-  
nans respectu alio: ut si plures uoces efficiunt  
aliq̄ armoniam: oportet ibi dare aliquam uocē  
p̄dominante scđm quam tota armonia diuidi-  
cat. Sic etiam si plura elementa concurrūt ad co-  
stitutionē eiusdem corporis mixti: oportet aliquid  
elementū p̄dominans scđm qđ illi mixto com-  
petat debitus motus aut debitus situs. Inde ē er-  
go q̄ in oibus mixtis dominat terra: quia oia ta-  
lia sunt grauia & naturaliter deorsum tendūt: q̄  
re si sic est in rebus in aiat q̄ nunq̄ aliqua plura  
constituūt naturaliter aliquid unum nisi ibi na-  
turaliter aliud sit p̄dominans: cum societas homi-  
num sit naturalis: quia hō est naturaliter aīal so-  
ciale: ut supius diffusus probabatur nūq̄ ex plu-  
ribus hoib⁹ fieret naturaliter una societas uel  
una policia nisi naturale esset aliquos principati  
& aliquos seruire. Sunt ergo aliqui naturaliter  
dñi & aliqui naturaliter serui. **S**ecunda uia ad  
inuestigādum hoc idem sumit ex his q̄ uidem⁹  
in partibus eiusdem aīalis: quodlibet enim aīal  
tanq̄ in partes naturales diuiditur in corpus &  
aīam: ubi aīa est quasi dñans & corpus est quasi  
obsequens & obediēs. **C**orpus. n. non posset se-  
ipsum dirigere ad operationes debitas: sed diri-  
gitur ad h̄mōi opera per uirtutē aīæ: cum ergo  
multi hoīuni comparent ad alios quasi corpus  
ad aīam sequitur eos esse naturaliter seruos. Sūt  
enim aliqui carentes prudentia & intellectu nō  
ualeentes se dirigere ad operationes debitas. Ex-  
pedit ergo eis ut dirigātur ab aliis & ut aliis sint  
subiecti: sicut ergo in hoīe uirtuoso & bñ disposi-  
to aīa dominat & corpus obedit sic in policia be-  
ne ordinata sapientes debent dñari & insipiētes  
obedire: quia hi comparantur ad alios quasi cor-  
pus ad aīam & quasi organum ad artificem: con-  
tingit tamen aliquando magis dñari ignoran-  
tes q̄ sapientes. Sed hoc accidit ex perueritate po-  
liciæ: nam sicut in hoīe pestilē & h̄nte aīam p̄.

uersam corpus & sensualitas magis q̄ aīa uel rō: sic i policiis pestilētib⁹ & corruptis magis dñan tur ignorātes quam sapientes. **T**ertia uia sumit ex diuersis speciebus aīalium: ut ex hoīe respectu aliorum aīaliū: homo. n. ut supra dicebat naturaliter dñatur bestiis. Videmus enim multis bestias domesticas ut canes & equos in multis consequi salutem pp prudentiā hoīum quā ex propria industria consequi non possent. Expediēt ergo eis & naturale est eis subici hoī: eo q̄ per hoīum prudentiam dirigantur & saluantur. Quare cum insipientes comparent ad industres sicut bestiæ ad hoīes eo q̄ carentes prudentia ne sciāt seipsoſ dirigere: sicut naturale est bestias seruire hoīibus: sic naturale est ignorātes subici prudētibus: expedit. n. eis sic esse subiectos ut p eo rum industriam dirigant & saluent. **Q**uartā uia sumit ex diuersitate sexū uel ex compassione uiro & ad fœrias. **V**idemus enim uiuē eo q̄ sit ratione p̄stantior naturaliter dñari fœiæ de q̄ dici⁹ primo polit. q̄ hēt consilium inualidū: cū ergo uideamus aliquos hoīes respectu aliorum plus deficere a rationis usu q̄ foeminae a uiris: seq̄tur eos naturaliter esse subiectos: quare seruitus ē aliquo modo quid naturales & naturaliter expedit societati hūanae aliquos seruire & aliquos principari: ut in principio capituli dicebatur. **Q**uod præter seruitutem naturalem quā est quasi seruitus simpliciter est dare seruitutem legalem & positiuam. **C**ap. xiiii. Iicut præter ius naturale pp cōe bonū oportuit dare leges aliquas positiuas scdm quas regens regna & ciuitates. Sic uisum fuit conditoribus legū q̄ p̄ter seruitutē naturalē scdm q̄ ignorātes debent seruire sapientibus esset dare seruitutē legalē & quasi positivā: scdm q̄ debiles & uinci seruirent uictorib⁹ & potētib⁹. **E**st. n. iustū legale ut recitat phūs. i. poli. superatos in bello seruire superantibus. **V**idetur aut̄ hmōi iustum qd scdm phūm est scdm quid & positiuū triplice cōgruitatē hēre. Quarū prima sumit ex conditoribus. legū. Secunda ex defensione patriæ. Tertia ex salute debellatorū. **P**rima congruitas sic pater: opotet enim dñans ut dicitur in politi. hēre aliquē excessum respectu servi. Hmōi aut̄ excessus dupliciter esse pōt: uel scdm aīam uel scdm corpus. Nam hō quilibet naturaliter ex his duabus partibus est compositus. Excessus autē scdm bona aīae est quasi excessus simpliciter eo q̄ illa bona simpliciter dici p̄nt. Excessus uero secudū bona corporis respectu illius ē quasi scdm quid eo q̄ hmōi bona non sunt tanta sicut bona aīae: & deficit a bonis illis propter qd bene dictū est: qd dicitur. i. poli. q̄ si dñs aliquos digne dñari: qa exceedunt in bonis corporis: ut quia sūt pulchri & fortes multo iustius est hic diffiniri i aīa ut dicamus aliquos dñari: quia exceedūt i bonis aīae. Nam aīa est p̄stantior corpore: sapia ergo & bo nitas quā sunt bona aīae reddunt dñm naturale

& simpliciter ē enim dignum naturaliter & simpliciter sapientes & bonos dñari ignorātibus & pueris. Sed ciuilis potentia & fortitudo corporis: q̄ sunt bona corporalia & exteriora non faciunt dominiū simpliciter naturale: sed magis faciunt ipsum legale & positiuū q̄ enim supans i bonis corporis in fortitudine uel in ciuili potētia domineſ his quos debellauit non est iustum naturale: sed secundū promulgationem legis. **V**ides tñ hmōi iustum aliquo modo esse cōgruū. Si considerēt legum conditores. Nam cū legum latores sunt hoīes quibus magis sunt nota bona corporis & exteriora q̄ aīae & interiora: ut lex dare iudiciū de aliquo certo: uisum fuit legum latoribus ut superātes in bello congrue minarent aliis supatis eo q̄ talis excessus notoris sit q̄ alius. Vn & phūs ait. Iustius esse diffiniri dominiū secudū bona aīae q̄ secudū bona corporis. Sed ut ait non similiter etiam facile uidere pulchritudinem aīae & corporis. **S**ecūda congruitas sumit ex defensione patriæ: nā ut homines fortiter bellarent p̄ defensione p̄prie ciuitatis & regni i fauorem cois boni & defensionis patriæ: indulatum est: ut superantes in bello dñentur supatis propter q̄ decet uirtuosos & sapientes & bonos non resistere ordinationi legali. quia cōe bonū bono priuato est p̄ponēdum. **T**ertia congruitas sumit ex salute debellatorū: nam pp hanc legem multo tiens superati i bello saluatūr: hoīes enim alios debellantes propiores eēnt ad homicidiū. Si scirēt se ex eis nullam utilitatem consecuturos sed cū cogitat eos acquirere in seruos referuant ipsos propter utilitatem quam inde consequi sperant. **V**nde ierūs scdm unam ethimologiam dicitur a seruando: q̄ tales a uictoribus referuant in bello & n̄ occiduntur ut possint ipsos possidere quasi seruos & ancillantes. **Q**uod p̄ter seruitutem & ministracionem naturalem & legalē est dare ministracionem adduſtam & dilectionem. **C**ap. xv. Oſsumus. dicere q̄tuor esse manieries p̄ ministros. Nā aliqui sūt tales naturaliter aliqui uero ex lege: aliqui ex cōducto. aliqui quidē ex uirtute & dilectione. oīs ergo minister uel est barbarus uel ipotes. uel mercenarius uel uirtuosus & dilectus. Barbari. n. dicūt illi q̄ sunt q̄si siluestres. & nesciūt seipsoſ dirigere p̄pter q̄ tales contigit esse naturaliter seruos ut est p̄ habita manifestū. deficient enim in bonis anima. scdm quoq̄ excessū contingit aliquos naturaliter dñari. Impotentēs uero contigit esse ministros ex lege ut si qui in potentia deficit & non ualētes debellantibus resistere ex promulgatione legis debet eis seruire & ministrare: mercēarios uero cōtigit eē ministros ex conducto. ille enim mercenarius dicit qui principaliter mercedem intēdens obsequit ei a quo mercedē expectat. Sed boni & uirtuosī sunt ministri ex uirtute: & dilectione. licet enim dignus

sit operarius mercede sua & non sit congruū ali  
qué p̄priis stipendiis militare principaliter tū i  
ministerio debet quis intendere bonum. Si aut̄  
intendat ibi mercede aliquam tēporalem hoc de  
bet esse ex consequēti. Oportuit aut̄ dare minis  
trationem conductā & dilectiuā p̄ter ministra  
tionē naturalem & scđm legē nam q̄a est in no  
bis corruptū appetitus. non semper reseruām<sup>9</sup>.  
ordinē naturalē. ut plurimū prin. sunt peruersi.  
nam ignorantes & priuati bonis anime non ac  
quiescūt ministrare & seruire pollētibus prudē  
tia & intellectu. Rursus quia contigit aliquā plu  
res ēt ex nobili ḡne toto ortos tpe uitæ suæ nō  
agere aliqđ iustū bellū ut ex eo possent acq̄tere  
aliquos ancillātes & seruos. ne ergo tales oibus  
priuent ministris ad supplēdū indigētia dome  
sticā oportuit esse aliquos ministros conductos  
seruentes ituitu mercedis. & aliquos dilectiuos  
virtuosos ministrates ex amore boni. ad hos at̄  
ministros quos virtus & amor boni inclinat ad  
seruiēdū. decet principātes se h̄ie q̄si ad filios &  
decet eos regere non regimie seruili: sed magis  
q̄si paternali & regali postulamus aut̄ duplici uia  
ōndere tales ministros si quos eē contigat. ma  
gis honorādos & p̄miādos q̄ cāteros. Pria uia  
sumit ex dignitate ip̄oꝝ ministrantiū. Sedā ex  
unitate & p̄pingtate q̄ habēt ad p̄cipitātē. C P̄i  
ma uia sic patet nā dignioribꝫ sp̄ sunt ampliora  
bñficia tribuēda. Cum ergo virtuosus seruēs ex  
amore honesti & ex dilectione boni dignior sit  
mercenario q̄ principaliter seruit ex cōducto &  
ex mercede. & dignior sit seruētē nō amore ho  
nesti sed q̄a est supat̄ in bello & oīno sit melior  
barbaro q̄ ministrat eo q̄ nesciat seipm̄ dirigere  
& deficiat a rōnis usu. ex ipsa dignitate ministrā  
tiū patet hm̄oi ministros a p̄cipitātē eē magis  
honorādos & p̄miādos. C Secūda uia ad ōndē  
dū hoc idē sumit ex unitate & p̄pingtate q̄ hñt  
hm̄oi ministri ad p̄cipitātē. Dignū est. n. ut par  
tes p̄pinquiores fonti plus p̄fundant̄ aqua q̄re  
si oīs amor q̄ndā uirtutē ūitiuā & cōiūctuā h̄ie  
dicit̄ ut uult. dioni. iiiii. de diuinis no. ministran  
tes p̄cipi non ex mercede principaliter sed ex  
amore magis scđm uolūtātē coniūcti sūt ei quā  
alii q̄re dignū est ip̄os plus de influentia recipi  
re aut̄ p̄honorati & p̄remiari a p̄cipitante.  
C Quod in domibꝫ regū & p̄cipitū sunt  
ip̄is ministris officia cōmittienda. Cap. xvi.

Vm in domibꝫ regū & p̄cipitū mi  
nistris officia dispēsan̄t ut aliqui p̄  
sint mensis aliqui multitudini equoꝝ  
aliqui uero aliis rebus prout requirit modus do  
mesticus. Quātum ad p̄sens spectat tria sunt  
attendenda. uidelicet ordo ministrandi. facil  
itas exequendi & conditio ministrantium. C Pri  
mo enim attendenda sunt officia domesticā sic  
esse commitienda ministris ut reserueretur ibi de  
bitus ordo ministrandi quod maxime fieri con  
tingit si nunquam officium aliquod cōmittat  
ministris nisi ibi plures sint sub aliquo uno cui<sup>9</sup>

quasi architectoris sit principaliter intendere cir  
ca officium cōmissum. ratio autem assignat. ii.  
poli. ubi dicis q̄ aliquādo deterius seruūt mul  
ti ministrates quam pauci. nam cum multis idē  
ministerium committitur s̄epe illud negligit.  
nam s̄epe quilibet ministratiū huiusmodi mi  
nisterium negligit crēdēs q̄ alius exequatur il  
lud ubiq̄ enim est multitudo ibi est confusio  
nisi multitudo illa reducatur ad aliquid unum.  
Sicut uidemus in uniuerso q̄ ipsum est maxime  
ordinatum eo q̄ multitudo entium existētum  
in ipso reducat̄ in unum primum ens. ut in unū  
dominum a quo omnia ordinant̄ sic quālibet  
multitudo si debet esse ordinata oportet reduci  
in unum aliquem a quo ordinetur quare si mul  
tis ministris committitur officium aliquod ne  
illud negligat & ne fiat confuse & ordinate p̄r  
ficiendus est unus architector ministris illis cui<sup>9</sup>  
sit sollicitare & ordinare illos est autem hoc do  
cumētum maxime necessarium in gubernatiōe  
domorum regalium nisi propter magnitudinē  
officiorum oportet idem ministerium commi  
ti ministris multis eo q̄ unius non sufficeret exe  
qui opus illud. Est igitur in cōmissione officio  
rum attendendus ordo ministrandi. C Secūdo  
debet attendi facilitas exequendi quod maxi  
me fieri contingit si eidem non cōmittatur offi  
cia plura & diuersa ratio aut̄ huius haberi potest  
ex hiis quā dicūt̄. ivi. poli. non sūt congregā  
da officia & p̄cipitatus ita q̄ eidem cōmittant̄  
diuersa officia uel diuersi magistratus. quia ciui  
tate magna officia & p̄cipitatus tantā curā ha  
bēt annexam ut eadem p̄sona sufficere non pos  
set ad faciliter exequēdū officia multa sed i par  
ua ciuitate uel in parua uilla ubi p̄pter habitanti  
um paucitatē non multi possunt p̄sidere in offi  
ciis & ubi officia cōmissa non magnā curā hēnt  
annexā congregari possunt officia & magistra  
tus ita quod eidem diuersa officia cōmittantur.  
Quod ergo dictum est de ciuitate parua & ma  
gna intelligēdum ē de parua & magna domo.  
In domo enī parua ubi pauci sūt ministri & ubi  
officia modicam curā hēnt non est īconueniēs  
plura officia cōmitti eidem. Posset enim dom<sup>9</sup>  
esse adeo modica q̄ & faciliter idem posset eē to  
tus minister mēsa & custos portæ. Sed in domi  
bus regū & p̄cipitū ubi est multitudo ministrā  
tiū & ut officia maximā curā habēt sūt oīno of  
ficia particulāda & distinguēda & non sūt plura  
cōmittēda eidem ne ip̄ediaſ facilitas exequēdi.  
C Tertio in cōmissione officioꝫ considerāda ē  
conditio ministrantium cōiter. n. ministri i duobꝫ  
consueverūt deficere nā aliqui male exequūt op̄  
iniunctum quia sunt decipientes & de fraudan  
tes iura legalia aliqui uero male cōsequūt ip̄m  
sed non ex malitia uoluntatis quia ip̄si de se bo  
num uolunt sed hoc contingit ex hebetudine i  
tellectus sunt enim hebetes & imprudentes pro  
pter quod licet ip̄si non decipient nec fraudulent  
decipiuntur tamen & defraudantur. Conditio

ergo ministrantium esse debet ut sint fideles & prudentes fideles quidem quantum ad rectius dinem uolutatis ne fraudulent prudētes uero quā tum ad industria intellexus ne p insipientia defraudent. ¶ Fidelitas autē cognosci habet per diuturnitatem ipsum.n. cor hominis uidere nō possumus. Sed si p diuturna tempora & in diuersis officiis cōmissis fideliter se gessit fidelis est iudicandus prudentia uero cognosci habet per ea quae diximus in prio libro ut si aliquis sit memor puidus cautus & circunspectus & alia q ibi dixius prudēs est reputādus & scdm magis & minus p ut magis & minus participat de cōditionib illis: ¶ Quomodo a regibus & principibus prouidēda sunt indumenta ministris. Cap. xvii.

Via maxime appetet regis prudentia q suam familiam debito modo gubernet & si ei debite & ordinate necessaria tribuat & quia debita pūsio maxime uidet facere ad honoris statum ut instruantur reges & principes qualiter circa hoc se habeant honorifice & prudenter uidendum est qualiter sunt exhibenda indumenta ministris. ¶ Ad cuius evidentiā sciendum q circa hoc quātum ad p̄sens spectat qng sunt attendenda uidelicet regis magnificentia uniformitas ministrantium cōditio psonarū consuetudo patriæ & congruentia temporum. ¶ Cum enim deceat regem esse magnificum ut supra in primo libro diffusius probat̄ decet ipsum erga suos ministros decenter se habere in apparatu debito & in debitiss indumentis nam licet nō ad inanem gloriam nec ad ostētationem talia sunt fienda tamen ut reges & pri cipes conseruent se in statu suo magnifico & ne a populis condēnantur decet eos magnifica facere ut probat philosophus.vi. poli. ¶ Secundo circa uestitum consideranda est uniformitas ministrantium:nam ut appareant ministri pertinere ad unum principem sive ad unum dominans tem reseruata conditione personarum maxime debet attendi ut uniformiter uestiatur: sunt n. in domibus regum & principum diuersi gradus p soharum. omnes ergo illi qui in uno gradu esse cernuntur uel si non multum ad inuicem distat eodem modo sunt induendi ut ex conformitate indumentorum cognoscatur eos esse unius principis ministros. ¶ Tertio circa prouisionem indumentorum consideranda est conditio personarum nam nō omnes decet habere æqualia in dumēta. In tantis enim domibus non solū sunt laici sed etiam clerici & inter utrosq; quidam superiores & quidam īferiores pp̄ quod decet eos aliter & aliter esse ordinatos. Sic enim uidemus in ordine uniuersi q cum totum uniuersum sit quasi una domus summi principis dei sed ut plante innuit philosophus.xii. metha. in hac domo non omnia gaudent æquali apparatu nec æquali pulchritudine sed considerata conditio rege aliqua pollent maiori pulchritudine aliqua minori put requirit ordo & iustitia uniuersi in quo

declaratur conditiois mirabilis sapientia quare in domibus regum & principum quarum quae libet pp̄ uarietatem ministrantium & officiorū quasi quoddam uniuersum dici potest non omnes ministrantes æqua pulchro apparatu nec æq̄ pulchris indumentis gaudere debent considerata conditione psonarum sic secundum suum statum cuiilibet sunt talia tribuenda ut in hoc apparet p̄uidentia & industria principatis. ¶ Quartto circa hoc consideranda ē consuetudo patriæ nam omne inconsuetum uidet̄ quasi turpe & in ordinatum quae enim a pueritia soliti sumus uidere nimis afficimur ad illa. Ideo dicitur circa finem.vii. poli. q semper prima magis amamus uidemus enim cōiter homines adeo affici ad patrīas cōsuetudines & ad conuersationes regionis propriæ ut ēt si peiores & turpiores sint eas pulchriores & meliores iudicant. In indumentis īgī & in oībus conuersationibus aliiquid dandum est consuetudini regionum nisi consuetudines illæ sint pœnituit corruptelæ. ¶ Quinto circa hoc considerandum occurrit congruentia tēporum nam cum hæc īferiora corpora per super cælestia regantur prout uariantur tempora & prout diversificatur conditio cælestis potus cibos & indumenta &c. talia deseruentia ad indigentiam uitæ sunt uarianda.

¶ Quid est curialitas & q̄ decet ministros regū & principum curiales esse. Cap. viii.

Idetur autē curialitas se habere ad nobilitatem moꝝ sicut iustitia legalis se habet ad impletionem legis nam ut in p sequendo patebit sicut legalis iustitia est quodā modo oīs uirtus quia oēm uirtutem lex implexre iubet sic curialitas est quodāmodo oīs uirtus quia nobilitatem morum quasi onnis uirtus cōcomitari debet. ¶ Possumus. n. distinguere duplē nobilitatem unam scdm opinionem ut nobilitatem generis & aliam scdm ueritatem ut nobilitatem moꝝ. Nobilitas autē in excessu alia cuius boni fundari uidet. Nam nunq̄ diceretur unus nobilior alio nisi in aliquo excederet illū. Sicut ergo sunt duo genera bonoꝝ magnorum quia quædam sunt magna bona secundum opinionem ut corporalia & extinsa: qdam uero sunt magna scdm ueritatem ut uirtutes & bona aīæ sic duplex nobilitas hēt eē. Vna q̄ fūdat ī excessu magnoꝝ bonoꝝ scdm opinionē hoium. Alia uero quæ fundat in magnis bonis secundū existētiam & ueritatem hoies. n. uulgares & cōiter populus non p̄cipiunt nisi sensibilia bona & exteriora. hmōi sunt honorabilitas generis diuitiae & ciuilis potentia. Qui ergo pcessit ex gene re honorabili ut ex diuitibus uel ex potētibus & hoc ex antiquo ita q̄ nō sit memoria in populo pgenitores suos fuisse pauperes dī hē nobilitates generis & p consequēs est nobilis scdm reputationē p̄ptri & scdm opinionem. Vera tñ nobilitas ē scdm excessum uirtutū & bonitatē moꝝ. Tamē q̄ nunq̄ fama totaliter pdit & qđ cōmu-

niter dicitur impossibile est esse falsum secundū totum ut uidetur uelle philosophus. vii. ethico. hmoī uulgaris opinio alicui probabilitati innititur. Videmus. n. ut plurimum q̄ nobiles gene re sunt nobiliorum morum qua alii. Nam ut dicatur primo poli. sicut ex homie nascitur homo. & ex bestiis bestia sic ut plurimum ex bonis na scitur bonus. & ex prudentibus prudens. Nobiles ergo homines quia cum pluribus conuersatur quasi experti ut plurimum sunt prudētores aliis & quia multi oculi in ipsos respiciunt com muniter plus uerecundantur & dedignant̄ operari turpia q̄ alii. Quia ergo nobiles homines secundum genus sunt in statu in quo probabile ē eos esse prudentiores aliis & secūdum quem decet eos esse meliores aliis. si probabile est ex bonis bonos & ex prudentibus prudētes oriri qui sunt ex nobilibus natalibus orti dicūtur esse nobiles secundum opinionem quia opinio probabilitati innittitur & tales ut patet per habita p babilis est esse prudentes & bonos. Huic autem probabilitati aliquādo sub est falsitas quia ut dicatur in poli. natura autem uult quod hoc facere multotiens tamen non potest sed deficit. Qui dam. n. nobiles genere degenerant a natura nobilitate & sunt peruersiores aliis secundum mo res. Si ergo nobilitas generis est nobilitas magis secundum opinionem morum uera nobilitas est secundum existentiam & ueritatem qa de cēs est qui credunt & existimant boni esse tales secūdum ueritatem. decēs est nobiles genere eē nobiles secundū mores. Ex hoc ergo curialitas uenisse uidet. Nam curia pprie non dici nisi dominus nobilium & magnorum: & qa decet nobiles & magnos esse nobiles secundum mores. in de sumptum est ut dicant esse curiales habentes mores nobiles. pp quod curialitas morum quādam nobilitas dici pōt est igit̄ curialitas quodā modo oīs uirtus per comparationem ad nobilitatem morum. sicut legalis iustitia ē tota uirtus per respectum ad implectionem legis. Præcipit enim lex oēm uirtutem ut præcipit non mecha ri quod est opus téperantiae non dimittere aciē quod est opus fortitudinis & sic de aliis sic nobilitatem morum docet oēm uirtutem propter quod curialitas est quodāmodo omnis uirtus. Dicuntur. n. curiales si decēter se habeant in magis operibus & sumptibus quod ē opus magnificientiae. Sic & curiales dicūtur cōmestores qui non nimis ardenter uel turpiter cōmedunt. qđ est opus temperantiae. Curiales. n. dicuntur homines se habere erga suos ciues si non eis iniuriā inferant in uxoribus uel in filiabus quod ē opus castitatis. Dicitur etiam quis curialis in cōuersatiōe si sit aliis affabilis & hilari uult alios recipiat quod est opus affabilitatis ut ergo sit ad unū dicere quodāmodo curialitas ē omnis uirtus. Idem ergo opus esse potest a uirtute speciali & a iustitia legali & a curialitate ut si quis suis cōciuib⁹ bona sua prompte largitur si hæc agit

quia ei placent huiusmodi actus liberalis est: sed si ut impletat legem quia hoc lex præcipit iustus legalis est. Si uero id agat quia hoc decet mores curiae & mores nobilium curialis est. Sic etiam si hilariter & affabiliter quis cum aliis conueretur si hoc agit quia ei placent huiusmodi opera affabilis est: sed si ut legem impletat iustus legalis erit. Qui ergo ut seruet mores curiae & nobilium curialis esse dicetur. Sunt. n. multi faciētes opera uirtutum ut bona sua aliis largientes non agentes hoc quia eis parceat expēdere nec q̄ de lectentur in dando quod facit liberalis. nec q̄ ex hoc uelint implere legem hoc præcipiétem qđ facit iustus legalis. Sed quia uolunt retinere mores curiae & nobilium quos decet datiuos esse ppter quod tales curiales dic̄ debent. ¶ Aduerē dum tamen q̄ licet curialitas sit omnis uirtus p quandam quasi antonomasiā largi & affabiles curiales dicuntur quia in curiis & in domibus nobilium ubi multum conuersant & ubi cōmuniter abundant exteriora bona potissime largitas quātum ad sumptus & affabilitas quātum ad conuersationem requirūtur in ipsis. Viso qđ est curialitas de leui patet q̄ decet ministros regum & p̄cipum curiales esse. Nam decet reges & p̄incipes eo q̄ sunt i maximo nobilitatis gradu habere mores nobiles & curiales ministros quos i bonis decet suos dominos imitati oportet curiales esse. ¶ Quomodo reges & p̄incipes erga suos ministros debeant se habere. Cap. xix. Stensem est quales debent esse ministri regum & p̄cipum quia debent habere nobiles & curiales. Nam sicut decet ciues ut debitam polliciam seruent esse iustos legales sic decet ministros dominorum ut seruent decentiam curiae & honoris statum curiales esse. quare si scimus quales oportet esse ministros. Restat ostendere qualiter reges & p̄incipes & uniuersaliter dominantes erga eos debeant se habere. ¶ Debitus autem modus se habendi circa ipsos quasi in quinq̄ uideſ consistere. Primo ut eis debite officia cōmittuntur. Secundo ut ad officia cōmissa debite sollicitetur. Tertio ut sciatur qualiter cum eis est conuersandum. Quarto qualiter ipsis cōmunicanda consilia & apperienda sunt secreta. Quinto & ultimo oportet cognoscere qualiter sunt beneficiādi & quomodo sunt eis gratiae impendendae. ¶ Primum autem horum aliquo modo est exhibitas manifestum. nam si mitiuster constituēdus in aliquo officio uel in aliquo magistratu debet eē fidelis ne defraudeſ. prudēne ne defraudeſ. quanto plus constat de eius fidelitate & prudentia tanto sunt ei maiora officia cōmittenda. Nullus autem ad plenum potest experiri de beniuolentia & fidelitate alterius nisi per diuturnitatē temporis ut uult phūs. viii. ethi. unde ut ibi. dicitur i puerbio est differentie. q̄ non est scire ad inueniē ante multos modios salis cōsumere. Sic et

& de prudentia alicuius plene non constat nisi per diuturnum tempus uiderimus ipsum prudenter egisse. Hoc ergo modo sunt ministris officia cōmittenda quia primo p̄æponendi sunt in partibus magistratibus ut de eorum fidelitate et prudentia experimentum habeatur. q̄ si continet eos bene se habere in illis poterunt eis ultiora cōmitti. **C**est tamen diligenter considerandum q̄ quia mores nuper dictatorum & de novo ascendentium ad altum statum. ut dicitur retho. secundo ut plurimum sunt peiores morib⁹ aliorum. ut si p̄æpositi officiorum ex uili genere sunt assumpti dato q̄ in aliquibus partibus magistratibus uideantur prudēter & fideliter se gesisse non statim assumendi sunt ad officia nimis altas sed gradatim & per diuturna tempora ē habenda de ipsis experientia prius q̄ ad aliud altū ascendant. **C**Viso quomodo ministris sunt officia cōmittenda restat uidere quomodo sunt in cōmissis officiis solicitandi per se enim ipsos habere curam & sollicitudinem de ministris nō decet magnos dominos nec reges & principes nā ut dicitur primo pol. & hoc non habet aliquem magnum. unde ibi concluditur q̄ quibus oportet est potestas ut hoc uident procurator accipit hunc honorem. ipsi uero ciuiliter uiuūt aut philosophantur. Reges ergo & principes quos decet esse magnanimos decet operari pauca & magna ut decet ipsis sollicitari circa ea quae direc̄te spectant ad bonum cōmune & ad regnum regni. Quae autem sunt illa in tertio libro patebit sollicitari non circa quoscunq; ministros & uelle se de quibuscunq; nunciis intromittere nulla tenus decet ipsis. **C**Hoc uiso restat ostendere tertium uidelicet qualiter cum ipsis sit conuersandum. quod aliquomodo tradidit philosophus iiii ethi. ubi uult q̄ ad humiles decet magnanimos se habere moderate: sed ad eos qui sunt in dignitatibus decet magnanimos ostendere se magnos. Reges ergo & principes quos decet esse magnanimos ad proprios ministros qui respectu eorum sunt inferiores & humiles debent se ostendere moderatos quia erga eos uelle se habere in nimia excellentia ut plane tradit philosophus non uirtuosum: sed onerosum. Quid sit autem tenere in talibus medium & esse moderatum sumi potest ex his. quae dicuntur quinto poli. ubi dicitur q̄ persona principis non debet apparere severa. Sed reuerenda non ergo decet principem tam familiarem se exhibere ministris ut habeatur in contemptu & ut non appareat persona reverenda. nec debet se sic excellentem ostendere ut omnino appearat austerus & onerosus. In omnibus enim ut traditur in ethi. medium laudatur & extrema uituperantur. **C**est tamen aduentum q̄ aliqua familiaritas esset laudabilis in ciue uel milite quae non esset laudabilis in rege. Omnino enim decet reges & principes minus se exhibere q̄ cæteros & ostendere se esse personas magis graues & reuerendas q̄ alios non ad ostē

tationem. Sed ne regia dignitas contemnatur. **C**Ostendo qualiter ministris sunt officia cōmitenda & quomodo sunt erga eos solicitandi & qualiter est cum ipsis conuersandum. reliquum est ostendere qualiter sunt eis communicanda consilia & quomodo sunt eis beneficia exhibenda. Dicebatur enim supra diuersas esse maneres seruentium quia quidam sunt serui naturaliter quidam ex lege. Quidam uero seruiunt principaliter pro mercede. Quidam uero ad seruendum principaliter mouet amor & dilectio principis magis q̄ merces aliqua quam inde habituēt. Cum seruis ergo naturaliter non sunt communicanda secreta neq; consilia. quia ut supra dicebatur nūtiquam est quis naturaliter seruus nisi sit inscius & ab usu rationis deficiat. De his autem loquens philosophus circa finem primi poli. ait q̄ foemina quidem habet consilium inuolidum. puer autem habet sed imperfectum. Seruus uero omnino habet nihil consiliarium. Sic etiam nec seruis ex lege cōmuniter sunt cōmunicanda consilia. Quia tales ut plurimum magis seruiunt ex timore q̄ ex amore. Nec etiā mercenarii sunt communicanda secreta: quia tales non personam principis: sed mercedem principaliter amant. Sed his qui ex amore ministrant si per diuturnitatem temporis constet ipsos esse beniuolos. fideles & prudentes poterunt eis apparet secreta magis & minus prout de eorum fidilitate & prudentia p̄sonæ principis plus constabit. Qualiter autem pro laboribus sunt beneficia exhibenda ministris quo ultimo dicebatur esse tractādum de leui potest patere. Nam reges & principes in quorum potestate est multa tribuere mercedes ministri & tribuere non debet. Sed debent ipsis maiora & minora beneficia tribuere prout apparebit ipsis minus uel amplius meruisse. **C**Quod in mensis regum & principum & universaliter nobilium tam recumbentes q̄ etiam ministrantes non decet in eloquiis abundare. **C**apitulum. xx. Icto quales debent esse ministri regū & principū & qualiter reges & principes debeant se habere de ipsis restat ut dicamus qualiter in mensis principū circa eloquia habere se debeant tam ipsis reges & principes & omnes recumbentes cum eis q̄ etiam ministrantes. **C**Possimus autem dupli uia ostendere q̄ non decet in mensis regum & principū & universaliter omnium nobilium & etiam omnium ciuium abundare eloquiis. Prima uia sumitur ex eo q̄ hoc repugnat ordini naturali. Secunda ex eo q̄ contradicit bonitati mox. **C**Prima uia sic patet. Nam ut dicitur primo poli. tūc secundum naturam unumquodq; perficit quando unum organum ordinatur ad unum opus. Immo q̄a in opibus naturæ non debet esse confusio cum opa eius sint ab ipsis deo & intelligentis ordinata dato. q̄ natura faciat idem organū ad

duo opera ne sit in operibus cōfusio & ne unum impedit aliud contra naturalem ordinem est cum per illud organum intēdimus circa unum illorum operum si per illud tps nō cessemus ab illo. Quare cum secūdū phūm in tertio de anima lingua congruat in duo opera naturæ ut in gustum & locutionem contra naturalem ordinem est. cum hmōi organū exercemus ad illud opus qđ est gustare q̄ sit in mensa tpe cōmestio nis. Si tūc temporis non cessemus ab opere alio qđ est loqui. Repugnat ergo hoc ordini naturali. Secundo repugnat bonitati mōrum. Nam si recumbentes in mensa erga multiloquium infstant. quia uinum uidetur eloquia multiplicare & homines abūdantes uino quasi calefacti & audaces libenter in uerba prumpunt. Videbuntur magis esse ebrii q̄ sobrii. Reges ergo & principes quos decet maxime temperatos esse & obseruare ordinem naturalē omnino in suis mensis ordinare debent ut recumbentes in multiloquio quia non prumpant. Decet etiam hoc uniuersaliter nobiles & omnes ciues quia congruum est etiam & ipsos participare uirtutes & bonos mōres. Sed si recubentes ne tollatur naturalis ordo & ne intemperati appareant decet in mēsis uita re sermōum multitudinem. Decet etiam hoc ipsos ministrantes ne negligatur & impediatur ordo & dispositio ministrandi. Immo si ad mēsas regum & principum aliqua utilia legerentur ut simul cum fauces recubentium eibum summūt earum aures doctrinam perciperent effet omnino decens & congruum. Ordinare igitur debent reges & principes ut laudabiles consuetudines regni si tales sunt iſcripto redate. Vel etiam laudabilia gesta prædecessorum suorum & maxime eorum qui sancte & religiose se habuerūt ad diuina & qui iuste & debite regnum texerūt legerentur ad mēsam uel legeref ad metīam liber de regimine principum. Ut etiam ipsi principantes instruerent qualiter principari deberent & alio docerent quomodo est principibus obediendum hæc ergo uel alia utilia tradita secūdū uulgare ydeoma ut oēs per ea edoceri possent i mensis regum & principum legenda essent. His ergo sic per tractatis circa regnum domus licet q̄dam alia particularia tractari possent tamē quia non omnia particularia sub narratione cadunt proponimus ea silentio per transire. Imponentes finem huic secundo libro in quo de regimine domestico secundum modulum nostræ sciæ artem tradidimus innisi cuius auxilio a quo omnis bonitas & sufficientia habet esse.

Explicit secundus liber de regimine principū in quo tractatur de regimine domus.

Incipit prima pars tertii libri de regimine principum in qua tractatur pp quod bonum inuenta fuit cōitas domus ciuitatis & regni.

Quod communitas ciuitatis est aliquo modo principalissima & est alicuius boni gratia cōstituta.

Cap. I.



Voniam omnem ciuitatē contingit esse cōmunitatē quādam cum oīs cōitas sit gratia alicuius boni oportet ciuitatē ipsam constitutam esse pp aliquod bonū. Probat autem phūs primo poli. duplii uia ciuitatem constitutam esse gratia alicuius boni. Prima uia sumit ex parte hoīum constituentium ciuitatē. Secunda ex parte ciuitatis constitutæ. C Prima uia sic patet quia ut dicitur primo ethico. omnis actus & elec̄io bonum quoddam appetere uidetur & primo poli. scribit q̄ gratia eius quod uidet bonum omnia operant omnes. Si ergo omnes homines ordinant sua opera in id quod uidet bonum cum ciuitas sit opus humanū ex parte hoīum constituentium ciuitatem oportet ipsam constitutam esse gratia eius qđ uidetur bonum. nec sic est intelligendum ciuitatem constitutam esse gratia eius quod uidet bonum q̄ nō sit constituta gratia eius. quod existit bonum. Nam cum opera nostra ordinamus ad aliquod bonum aliquando ad bonū illud habemus impetum a natura. aliqñ quæ si ex corruptione naturæ. Bonum autē illud ad qđ omnes homines habent impetum ex natura sic uidet bonum qđ tamen existit bonum huius autem est constitutio ciuitatis. Nam ut dicit primo poli. natura qđ dem impetus in omnibus inest ad talem cōitatem qualis est cōitas ciuitatis. igit̄ per respectum ad hoīes ciuitatem constituentes eo q̄ habent naturalem impetum ad constitutionem eius ciuitas non solum constituta est gratia eius q̄ bonum uidetur. Sed etiam q̄ bonum existit. Se cunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte ciuitatis constitutæ p comparationem ad ciuitates alias. nam licet omnis cōitas naturalis ordinet ad bonum. Maxime tamen ordinat ad ipsum cōmunitas principalissima. Huius autem est cōitas ciuitatis quæ respectu cōmunitatis domus & uici principalissima existit. quare si cōitas domestica ordinatur ad bonum & etiam ad mala bona. ut supra in secūdū libro diffusius probabat cōitas uici quæ est principalior cōitate domestica. multomagis ordinat ad bonum: & adhuc cōitas ciuitatis quæ est principalissima cōmunitas respectu uici & domus maxime ordinatur ad bonum. Hoc est ergo quod dicitur primo poli. q̄ i cōmunitatem oēm gratia alicuius boni dicimus constitutam. Maxime autem principaliſſimam omnium & eam quæ est omnium maxime principalis & omnes alias circumplexi potissime gratia boni constitutam esse contingit. Hæc autem est cōmunitas politica quæ cōmuni nomine uocatur ciuitas. Aduertēdum tamen cōmunitatem ciuitatis esse principaliſſimam non simpliciter & per omnem modū: sed respectu cōmunitatis domus & uici. Est autem alia cōmunitas principalior ea cuiusmodi est

cōmunitas regni de qua suo loco dicet. Ostendemus n. cōmunitatem regni utilem esse in uita humana: & esse principaliorē cōmunitate ciuitatis. Videtur enim suo modo cōmunitas regni se habere ad cōmunitatē ciuitatis sicut hæc cōmunitas se habet ad domum & uicum. Nam ciuitas n. complectitur domum & uicum & est principalior cōmunitatibus illis & magis sufficiens in uita q̄ cōmunitates p̄dictæ. sic cōmunitas regni circumpletebit cōmunitatem ciuitatis. & est multo perfectior & magis sufficiens in uita q̄ cōmunitas illa.

**C**Quot & quæ bona homines consequūtur de constitutione cōmunitatis politicæ quæ ciuitas nuncupatur.

Cap. ii.

On sufficit dicere ciuitatem constitutam esse gratia alicuius boni ut in p̄cedenti capitulo p̄batur nisi ostendat quæ & q̄ sunt illa bona quæ ex constitutione ciuitatis hoīes consequuntur. Huiusmodi autem bona quantum ad p̄sens spectat tria esse contingit. Ordinat. n. ciuitas ad uiuere. ad sufficienter uiuere & ad uirtuose uiuere. Viuere. n. secundum ph̄um uiuentibus est esse. Sicut ergo aliud est esse. aliud sufficienter esse aliud uirtuose esse. nam esse latissimum est ut dicitur in li. de causis ē. n. prima rerum creaturarum & oīa aliquo modo esse participant. Non tamen oīa participant sufficienter esse: sed solum illa dicuntur habere sufficiens esse secundum naturam suam quæ secundum suam speciem habent esse completum. Si. n. alicui rei deficiat aliqua p̄fectio competens suæ speciei licet possit habere illa res eē aliquod ut imperfectum esse tñ sufficiens esse habere non dicitur. Latius est ergo esse q̄ sufficienter esse sic et latius est sufficienter esse q̄ uirtuose esse. nam virtute quæ est habitus electivus & moralis de qua hic loqui intendimus participare non possunt nisi rationalia & habentia intellectum. Irrationabilia ergo & et inanimata secundum naturam suam possunt habere esse sufficiens. Si habent p̄fectiones competentes proprie speciei. Esse tñ uirtuosum habere non possunt quia nequeunt participare uirtute. Illo ergo modo quo distinguimus esse sufficienter eē & uirtuose eē distinguere possum uiuere & uirtuose uiuere. Qua literūq; homo habeat esse uiuit. Non tamen dicuntur sufficienter uiuere & habere uitam sufficiemt. nisi habeat ea quæ congrue sufficiunt ad supplendam indigētiā corporalem. Aliud est ergo uiuere aliud sufficienter uiuere. Sic etiā est aliud uiuere sufficienter & uiuere uirtuose. Multi. n. habent sufficiemt ad uitam qui propter corruptionem appetitus uirtuose uiuere negligunt. Multorum igitur & maximoꝝ bonorum causa est constitutio ciuitatis quia per eam homines consequuntur oīa tria p̄dicta bona. nam ipsum uiuere consequitur homines excōmunitate politica. q̄a sine ea uita hoīis esse non potest. Loquitur. n. hic de uiuere hominis ut ho-

mo est. Ostendendo ergo uiuere politicum secundum alias leges & secundum alias laudabiles ordinationes recusans sic uiuere nō uult uiuere ut homo: sed ut supra patuit & infra patebit. talis uel est hoīe peior uel homine melior. Homo. n. est naturaliter politicum animal & ciuile ut infra patebit. Ipsum ergo uiuere loquendo de uiuere ut homo consequitur hoīes ex cōitate politica siue ex cōstitutione ciuitatis. **C**Secundo ex tali constitutione hoīes non solum cōsequuntur uiuere. Sed et sufficienter uiuere. nā in una domo uel in uno uico non reperiuntur oīa quæ ad uitam sufficiunt ideo fuit ciuitas cōstituta habens plures uicos in quorum uno exercet ars fabrilis. In alio textoria. In alio aliquid secundum quod uariis indigemus ad supplendum indigentiam uitæ. Nunq. n. est ciuitas perfecta nisi habitatores eius ibi iuenire possint omnia sufficientia ad uitam. Consequimur ergo ex ciuitate non solum uiuere ut homo: sed uiuere sufficienter. eo q̄ si p̄fecta existit est contentuorum eorum quæ ad uitam sufficiūt. Bene ergo dictum est qđ scribit. i. poli. q̄ cōitas quæ est ciuitas constās ex pluribus uicis est cōitas perfecta quia iam ut consequens est dicere hīmōi cōitas est habēs terminum oīs per se sufficientiæ uitæ.

**C**Tertio ex constitutione ciuitatis consequimur uirtuose uiuere. nam inceptio legis latoris & cōstituentis ciuitatem non solum debet esse ut ciues in ciuitate habeant sufficientiam ad uitam. sed ut uiuāt bene secundum leges & uirtuose. Ideo dicit. i. poli. q̄ facta qđem igitur est ciuitas uiuendi gratia existens aut̄ gratia bene uiuendi forte primum motuum hoīium constituentium ciuitatem fuit ip̄m uiuere & hīe sufficientiam in uita. Videntes aut̄ q̄ solitarie non poterant sibi in uita sufficere constituere ciuitatē ut unus alterius de factū supplens haberet sufficientiam in uita. Constituta aut̄ iam ciuitate & hoīes perspicatus intuentes & uidentes q̄ non satis est habere sufficientiam in uita tñ uiuant bene & uirtuose. cū sine lege & iustitia cōstituta ciuitas stare nō posset ordinauerūt cōitatem politicā quæ facta erat ad uiuere & ad habendū sufficientiam in uita & ad bene uiuere ut ad uiuere secundū legem & uirtuose. Si ergo tot bona consequimur ex constitutione ciuitatis bene dictū est qđ scribit primo poli. Videlicet q̄ qui primus ciuitatem instituit existit cā maximorum bonorum.

**C**Quod hō naturaliter est animal ciuile non obstante q̄ contingit aliquos non ciuiliter uiuere:

Cap. iii.

Vbitant nōnulli an ciuitas sit aliquid secundum naturam & an homo sit naturaliter animal politicū. & ciuile. nā ea quæ sunt secundum naturam uident esse semp & ubiq; ut ignis si assit calefactibile semper calefacit & ubicunq; est habet exercere calefactionis actum quare & ciuitas quid naturale esset & homo naturaliter esset animal ciuile nullus peri-

ref homo nō civilis. Videmus aut̄ multos societate polliticam retinētes eligere solitariam uitā & campestrem. sed hec & aliæ dubitatiōes similes uidētur procedere q̄a ignorat q̄uo naturale est hoi eē aīal ciuile. Nō.n.hoc est sic hoi naturale sicut ē naturale igni calefacē & lapidi deorsū tēdere. q̄a talia sic eis naturaliter competit q̄ad contrariū assuefieri nō possunt eis semper & ubi q̄. Nunq̄ enim totiē posset lapis sursum proiicit assueceret sursum ire. Semper ergo lapis q̄tū est de se deorsum tendit & sp ignis calefacit hō ergo nō sic naturaliter est aīal ciuile. Sed dicitur ei hoc naturaliter cōuenire. q̄a habet quēdā ipetum & q̄dā aptitudinem naturalē ut ciuiliter uiuat. Quæ aut̄ sic naturalia ex casu uel ex aliquo ipedimento siue ex aliqua cā ipediri p̄nt ut licet naturale sit hoi esse dextrum multi tñ ex aliquo ipedimēto uel ex aliqua cā repūn̄ abdextri sic licet naturale sit hoi uiuere ciuiliter. Reperiunt tñ multi cāpestre uiuentes: tangit aut̄ phūs. i. poli. tria quare contingit aliquos renuere ciuilem uitam primū est fortuna scđm nimia prauitas & tertīū nimia bonitas. Contingit. n. primo aliquos eē non ciuiles ex fortuna ut quia nimium paupes existētes non p̄nt ciuiliter uiuere sed cogunt ciuitatem exire & agros exceleſ. Sed q̄ hō reddit̄ non ciulis ē nimia prauitas aliqui. n. sic habent appetitum corruptū & uoluntatē pueroram q̄ nequāt̄ uiuere in societate & secundum legē. Ideo ciuitatem aliquā exēunt uel si non exēant aliquā expellunt hii aut̄ sunt illi quos ut recitat phūs. i. poli. maledicebat homerus dices maledict⁹ isocialis ilegalis scelerat⁹ affectator belli. Veluti sicut sine iugo existētes sicuti uolatilia cœli existentia. Tertio aliqui non ciuiliter uiuūt pp nimiam bonitatem uita. n. ciulis & coniugalib⁹ est uita bona sed est uita ut homo aliqui aut̄ sunt tantæ pfectiōis quibus non sufficit uiuere ut hō sed renuentes coniugium & ciuitatem eligunt pfectiōrem uitam nam licet qui nubit & qui non ciuiliter uiuit ut liberius contēplationi uacēt melius facit est ergo homo naturaliter animal ciuile non obstante q̄ contingit aliquos non ciuiliter uiuere nam quicunq̄ non ciuiliter uiuit nisi ex pauptate uel ex hoc accidat uel ex bestia & sceleratus & sine iugo non ualeſ legem & societatē supportare uel est quasi deus i. diuinus eligens altiorem uitā pp qđ scribitur primo poli. q̄ non potēs aliis cōicare nulla est pars ciuitatis sed uel est bestia uel deus.

Quibus rationibus probari potest ciuitatem esse quid naturale & q̄ homo naturaliter est animal ciuile & polliticum. Cap. iiiii.

Emouebantur in praecedenti capitulo  
r Objectiones contrariae p̄ quas p̄bari ui debat ciuitatem non esse aliquid secundum naturā & hominē non esse naturaliter aīal ciuile cum ergo non satis sit remouere oēs obiectiones contrarias ueritatem aliquam ipugnan-

tēs his adducantur rationes propriæ per quas illa ueritas confirmetur. Intendimus in hoc capitulo adducere rationes ostendentes ciuitatē esse quid naturale & hominē esse naturaliter animal ciuile. Possimus autem dupliui ostendere cōmutitatē polliticam siue ciuitatem eē aliquid secundum naturam. Prima uia sumit ex eo q̄ hoc cōmunitas compleſtit domum & uicum. secunda ex eo q̄ est illarum finis & complementum probatur. n. supra q̄ uiuere erat homini secundum naturam ut natura nō deficit in necessariis oportet quid naturale eē quicqd secundū le: sed deseruit ad sufficientiam uitæ cōitas ergo domestica & et uici naturalis sunt quia deseruit ad sufficientiā uitæ humanae quare cum cōitas ciuilis has cōitates compræhendat & pfecti. us deseruit ad sufficientiam uitæ q̄ cōitates illæ oportet eam esse secundum naturam. Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumit ex eo q̄ ciuitas ē illarum cōitatum finis & complementum nam ut arguit phūs primo poli. q̄ est finis generationis naturalium est quid naturale & est natura iplorum generatorum. ut quod est finis hoī generationis est qđ naturale & natura eius nam finis generationis rege est forma quæ p anatonomias est qđ naturale & ē ipsa natura. Videmus aut̄ q̄ cōitas domus est qđ naturale non solum q̄a deseruit ad sufficientiam uitæ sed et̄ q̄a cōitates illæ quæ pfectiūt domū sunt qđ naturale. constat. n. domus ex cōitate uiri & uxoris domini & serui patris & filii quæ q̄libet ē scđm naturam sic et̄ cōitas uici est quid naturale non solum q̄a deseruit ad sufficientiam uitæ sed et̄ q̄a generatio eius habet esse naturale fit. n. uicus naturaliter ex crescentia filiorū collectaneorū & ne potum ut uult phūs primo pol. pp quod tale cōmētum est naturale uicus ipse uicus ipse qđ naturale erat ciuitas ergo quæ finis generationis domus & uici tanq̄ ad finem erit aliud scđm naturaliter eo q̄ sit finis generationis naturalium generatio. n. domus & uici tanq̄ ad finem & complemetum ordinat ad ciuitatem. Viso ciuitatē esse aliquid scđm naturam reliquū est ostendere hoīem esse naturaliter aīal polliticū & ciuile q̄ et̄ dupliui inuestigare possimus. Prima uia sumit ex parte sermonis. scđa ex parte ipetus naturaliter pbat. n. in principio secūdi libri ex parte sermonis hoīem esse naturaliter aīal sociale eo q̄ p̄ sermonem acq̄rimus instructionem & disciplinā. hoc aut̄ ex parte sermonis ostendere possimus hoīem esse naturaliter aīal polliticum & ciuile ex eo q̄ uox humana quæ dī sermo ē aliter significatiua q̄ uox brutorum. Vnde phūs ait primo pol. q̄ i aliis aīalibus ab hoīe usq̄ ad hoc eorum natura puenit ut uox sit eis signum delectabilis & tristabilis ut habeat sensum delectabilem & tristabilem hoc. n. sibi inuicem p̄ uocem significant canis enim eo q̄ latrat aliter latrat cum delectatur & cum tristat potest alteri cani p̄ suum latratum significare tristitiam uel delectatiōem

quam habet. sed hominibus ultra hoc datur est sermo per quem distincte significatur quod cōserens quod nociuū & quid iustum & quid iūstum. Si ergo communitas domestica ordinat ad prosequendum conferens & ad fugiendum nocium: cōmunitas uero ciuitatis ultra hoc ordinatur ad prosequendum iustum & ad fugiendum iniustum oportet cōmunitatem domestica ciuilem esse quid naturale: nam si natura de dit homini sermonē naturalis est illa communitas quae ordinatur ad illa quae sunt apta nata ex primi per sermonem iustum & iniustum nō proprie habet esse in cōmunitate domestica sed in cōmunitate ciuili. In ciuitate enim ubi ciues habent possessiones proprias & distinctas consurgunt lites & litigia quid iustum & quid non iustum quod non proprie sit in domo ubi totum ad patrem familias pertinere uidetur. Differt ergo ciuitas a domo quia in ea non solum queritur quid conferens & quid nocuum sed etiam quid iustum & quid iniustum utraq; tamen cōmunitas erit naturalis tam domestica quam ciui lis eo q; per sermonem nobis datum a natura representatur conferens & nocuum & iustum & iniustum. Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte impetus naturalis nō omnia animalia habent naturalem impetum ad cōseruandum ea quae sunt eis a natura tributa quare si natura dedit homini uiuere dedit ei naturalem impetum ad faciendum ea per quae possit sibi in uita sufficere hoc autem maxime cōtingit secundum philosophum per cōmunitatem ciuilem eo q; ciuitas debeat esse contētua omnium quae ad uitam sufficiunt. Inerit ergo hominibus impetus naturalis ad uiuēdum politice & ad constituendum ciuitatem. Sed cum id ad quod habemus impetum naturalem sit secundum naturā oportet ciuitatem esse quid naturale uel eē aliquid secundum naturam.

Quia p̄ter cōmunitatē ciuitatis utile fuit in uita humana esse cōmunitatem regni. Cap.v.

Oſsumus autē triplici uia ostēdere q; p̄ter cōmunitatem ciuitatis utile ē humanæ uitæ statuere cōitatē regni. Prima uia sumitur ex parte sufficientiæ uitæ. Se cūda ex parte adeptiōis uirtutis. Et tertia ex pte defensionis & remotionis impedimentorū hostium. Prima uia sic patet nam cum ait philosoplius primo politi. q; cōmunitas perfecta quae est ciuitas cōstans ex pluribus uicis est habēs terminum oīs per se sufficientiæ uitæ non sic intellegendum est q; semper oporteat ciuitatem ex p̄priis possessionibus habere omnia quae requirūtur ad uitam sed sufficit ciuitatē sic esse sita q; p̄ mercationes & ponderis portatiuam & per hūnam industriañ faciliter habere possit sufficientia uitæ sicut ergo uicus in quo exercet ars fabrili indiget uico alio in quo exercetur ars textoria eo q; homines ad sufficientiam uitæ indigent tam operib; fabrorū quam textorū sic q;

contingit ciuitates aliquas habundare i uino & deficere in frumento in quo cōtingit ciuitates alias habundare oportet ciuitatem unam idigere auxilio alterius quare sicut utile est uitæ huātæ in eadem ciuitate cōgregari diuersos uicos ut facilius habeantur quae requirūtur ad uitā sic utile est ciuitates plures congregari sub uno principatu aut sub uno regno ut facilius & melius sibi inuicem subueniant quantum ad ea quib; idem gemus in uita nam sicut diuersa membra corporis non eundem actum habent & unum indiget alterius opere propter quod utile est ipsis membris congregari in uno corpore ut sibi inuicem subueniant. Sic quia nō oīs ciuitates habundat in eisdem utile est eis cōgregari sub uno regno ut melius possint sibi inuicem subuenire. in his q; requiruntur ad sufficiētiā uitæ. Secūda uia ad inuestigandum hoc idē sumitur ex parte adoptionis uirtutis. Intētio enī legislatoris ut supratangebatur non solum esse debet ut ciues habent quae requirunt ad supplendam indigentia corporalem. Sed etiam uiuant secundum legē & uirtuose. Immo tanto principalius debet intēdere hoc quam illud quanto anima est potior corpore & q̄to operationes uirtuose excellunt exteriora bona oportet ergo rectores ciuitatis habere ciuilem potentiam ut possint cogere & punire nolentes uirtuose uiuere & turbantes pacē & bonum statum aliorum ciuium quare cū peruersi in ciuitate aliqua non audeat insurgere contra principem si sciant ipsum magnam habērē ciuilem potentiam & dominare i ciuitatibus multis si constet de principe q; iuste regat & q; non conuertatur in tyrannum expedit ciuitatibus ppter uirtuose uiuere & propter corruptionē peruersorum congregari sub uno regno q; si tñ p̄ceps tyrannizare uellet quanto minorem habet potentiam tanto magis esset expediens ciuitati. Tertia uia ad inuestigandum hoc idē sumitur ex parte defensionis & remotionis impedimentorum hostium. Videm enim q; cum aliqua ciuitas impugnatur cōfederat se ciuitati aliis ut melius possit resistere impugnationem hostium cum ergo regnum sit quasi quædam confederatio plurium ciuitatū eo q; uniātur sub uno rege cuius est quamlibet partem regni defendere & ordinare ciuilem potentiam aliarum ciuitatum ad defensionem cuiuslibet ciuitatis regni si contingat eam ab extraneis impugnari propter faciliorem defensionem & tuitionem utile fuit ex pluribus communitatibus politicis cōstituere communitatē unam regni.

Quod diuersi sunt modi generationis ciuitatis & regni & q; oportet hunc tertium librum i quo determinatur de hmōi reginine diuidere in plures partes.

Eneratiōis ciuitatis: & regnū duos modos possumus assignare quorum qui libet est aliquo modo naturalis alter tamen ē naturalior altero. Primus ē ille de quo

supra in secundo libro fecimus mentionem ubi diximus q̄ propter ex crescentiam filiorum collatione & nepotum domus potest in unum uicus in ciuitatem & ciuitas in regnum ex crescere. **C**Alius modus est ex concordia constituentium ciuitatem uel regnum. nam ut recitat philosophus secundo poli. antiquitus homines morabantur dispersi uel tempore Aristoteles contingebat circa quasdam gentes quæ vocabatur archades. ubi quilibet per se morabat. homines sic dispersi morantes aliquando concordabant in unum constituentes sibi ciuitatem aliquam in q̄ simul morantes habere possent sufficiētius quæ requiruntur ad idigentiam uitæ. hoc ergo modo posset fieri constitutio regni ut si multæ ciuitates & castra simul confederarent & concordarent ut sub uno rege existeret timentes inimicorum potentiam. Vterq; autem horum modorum est naturalis sed primus. n. naturalior secundo. Prima est constitutio ciuitatis & regni est dupl. citer naturalis. Primo enim naturalis est quia constituitur ex generatione q̄ est opus naturæ. **C**Se cundo naturalis existit quia homines naturale habent impetum ad constituendam ciuitatem & regnum. Si enim per generationem ex crescentibus filiis & nepotibus si eadem domo & nō ualibus simul habitare faciant sibi plures domos & constituant sibi uicem & ulterius ex crescentib; & non ualentibus habitare in uno uico faciant sibi uicos plures & constituant ciuitatem. Ante autem ipsis ex crescentibus & nō ualentib; habitare in una ciuitate fabricet sibi ciuitates plures & constituant regnum talis constitutio regni & ciuitatis ē maxime naturalis nō solum quia homines habent naturalem impetū ad tales costitutions. Sed etiam quia huiusmodi constitutio procedit ex generatione filiorū quæ est opus naturæ. **C**Secundus autem modus constitutio regni & ciuitatis ut cum ex concordia hominū talis constitutio habet esse licet non sit adeo naturalis in prima attamē naturalis est quia homines propter uiuere habent naturalem impetū ut concordent ciuitatem constitutere in qua reperiuntur sufficientia ad uitam sic etiam habent naturale in impetum ut constituant principatum & regnum quia per tales constitutionē possunt magis pacifice uiuere & magis resistere hostib; uolentibus impugnare ipsos est enim huius impetus naturalis. nam sicut homines naturalem habent in impetu ut uiuant & ut sufficiente sibi in uita perfici per ciuilem societatem. sic naturalem habent in impetu ut pacifice uiuant & ut naturaliter resistant hostibus quod fit per societatem principatus & regni: uidemus enim ciuitates nō existentes sub uno rege plures generales discordias habentes ad inuicem. **C**Ennumeratis autem duobus modis generationis ciuitatis & regni quoq; quilibet dici potest naturalis. possumus addere modum tertium qui quasi est simpliciter uiolentus. cum enim homines dispersi morabantur poterat q̄s

insurgere per tyrannidem & per uiolentiā & dominari eis & ut faciliter eis domiaret poterat eos uolenter cōgregare in unum & constituere inde ciuitatem. sic etiam & regnum per uiolentiā & per tyrannidem & per ciuilem potētiam opprimat ciuitates alias & faciat se regem constitui super illas. **C**Viso diuersos esse modos generationis ciuitatis & regni restat uide in q̄ p̄tes oportet hunc tertium librum diuidere in quo de huiusmodi regimine tractatur sumus patet enim ex dictis naturalem generationem ciuitatis & regni ordinati ad bene uiuere & ad pacifice uiuē & ad resistendum uolentibus turbare pacem & impugnare ciues. Ondendum est ergo qualiter possit bene regi ciuitas siue regnum tempore pacis & qualiter impugnandum sit hostes tempor belli. Verūq; ut patet p̄ phūm. ii. metha. & circa finem elenco nullus sibi sufficit in inueniēdo artem aliquam sed oportet ad hoc uiuati per auxilium præcedentium tradentium notitiam aliquam de arte illa. iō oportet propter sufficiētiā artis regiminis ciuitatis & regni recitare quid senserūt philosophi de huiusmodi regimine & quomodo anquit̄ regebat̄ ciuitates: nam ex hoc aliqualiter manducemur ad scieudū quid uitandum & quid imitādum sit in regimine regni & ciuitatis. totū ergo hunc librum tertium diuidemus i tres partes. nam primo narrabunt̄ opinones philosophoꝝ circa regimē ciuile & reprobabunt̄ ea i quibus nisi sunt nō bene sentire circa huiusmodi regimē. recitabunt̄ ergo prima regimia istituta ab antiquis philosophis. ut per eorum notitiam manducantur reges principes quomodo debeant regere ciuitates & regna. Secundo ostēdef̄ qualiter optima policia siue optimum regnum & quibus cautelis uti debeant principantes. & quomodo tempore pacis propter uiuere sufficienter & virtuose regenda sit ciuitas regnū. **C**Tertio manifestabitur quō eligendi sunt pugnatores. & qualiter impugnādi sunt hostes & quomodo ordinādæ sunt acies bellorum & quibus cautelis uti debeant belantes.

Quomodo socrates & plato dixerunt ciuitatem esse ordinatam & quid senserūt de ciuili regimine.

Cap. vii.

Orcates autem quādū phāt̄ esset naturas rerū. Videns circa naturalem scientiam magnam difficultatem eē ut narrat philosophus in metha. sua conuertit se ad moralia quem plato suus discipulus i multis securus est. propter quod philosophus platonem secūdum socratē appellauit. Determinādo aut̄ socrates & plato de moralibus quinq; testigisse uidentur circa ciuitatem & regnū ciuile. **C**Primum est q̄a dixerūt ciuitatem debere esse maxime unam q̄a forte ideo hoc opinati sunt quia semper multitudo ab unitate procedit: & semp̄ unitas uide ē esse potior multitudine: unde priā causa deus ipse quia ē summe unū arguitur

esse summe bonum uidetur ergo ciuitas esse potissimum bona si sit potissimum una. igitur quanto plus ad unitatem procedit tanto plus appropinquat ad terminum bonitatis. **C** Secundum autem quod circa ciuitatem statuerunt dicti philosophi est quod dixerunt ciuibus omnia esse communia debere ut quod haberent omnes possessiones communes uxores ut quod quilibet accederet ad quamlibet. & per consequens haberet communes filios. nam quod propter communem usum foeminae patres non certificaretur de propriis filiis. reputaret quemlibet puerorum esse filium proprium. uidebat n. socrati & platonis totam dissensionem ciuium consurgere ex proprietate possessionem & ex eo quod quilibet utitur dicere hoc est meum. quare ut arguebat si possessiones essent communis & ciues nihil haberent proprium cessaret eorum proprietas & eorum iurgia. & esset ciuitas optime ordinata. Volebant etiam uxores esse communis quia ex hoc consurgeret maxima dilectio inter ciues. nam uxoribus non existentibus propriis sed communibus essent communis filii & quia patrum ad filios est maxima dilectio in ciuitate illa esset maximus amor eo quod antiquiores diligerent omnes iuniores ut filios. & iuniores eos diligerent ut patres. Posuerunt etiam huiusmodi communiam uxorum & filiorum ut esset maxima unitas & maxima coniunctio in ciuitate nam cum sit maxima unitas & maxima coniunctio patrum ad filios antiquiores reputarent se habere maximam unitatem cum iunioribus. & econuerso eo quod crederent eos esse suos filios illi uero opinarentur eos esse suos patres. **C** Tertium uero quod senserunt dicti philosophi circa regimen ciuitatis est quia dixerunt mulieres instruendas esse ad opera bellica & debere bellare sicut & uiros. Inducebant enim ad hoc ut philosophus recitat secundo politicorum. ex his quae uidebant in bestiis & in animalibus aliis in quibus non solum bellant masculi sed etiam foeminae. Immo in bestiis & in animalibus uiuentibus ex rapina ferociores esse uidetur foeminae quam mares. nam si consideramus aues ipsas uiuentes ex raptu maiores corpore & audacie corde & praestantiores uiribus sunt foeminae quam masculi. ut accipitres & austures & aquila ut dicitur sunt omnes foeminae. quarum masculi feruntur uiiores eis. quare si in aliis animalibus hoc uidemus quod non solum bellant mares sed foemine quia maxime uidetur esse secundum ordinem naturalem in quo communicamus cum animalibus aliis uidetur ciuitas maxime naturaliter ordinata si ad opera bellica ordinetur non solum uiri sed et mulieres. **C** Quartum quod dixerunt instituendum esse in ciuitate est quod semper uolebat eos de principiari & esse in magistratu. ut quod erant officiales semper essent officiales & quod praepositi semper praepositi & sic de magistratibus aliis assumebant et ad hoc exemplum de terra. Videmus enim partes terrae in quibus abundat uena auri semper quasi abundare ibi talem uenam & in quibus ha-

bundat uena argenti similiter se habere. si ergo natura sic agit quod uenam auri non contumuit in uenam argenti tamen in uenam ferri nec econuerso. quia maxime bene operantur si imitamus actiones naturae. & maxime bene regit ciuitas si imitetur ordinem naturalem. Vena auri ut principates maiori principatu uel existentibus in maioribus principatibus & uena argenti ut existentes in minoribus non debent conuerti in uenam ferri ut quod fiant subditi & deponantur a magistratis suis. **C** Quintum autem quod dicti philosophi sententia statuendum circa ciuitatem est quia dixerunt ciuitatem quamlibet diuidendam esse in quicunque partes. uidelicet in agricolas. artifices bellatores consiliarios & principem. Dixerunt enim agricultoribus necessarios esse ad constitutionem ciuitatis propter ea quae requiruntur ad uitum. Artifices uero necessarii erant propter uestimenta & domos & alia quae requiruntur ad uitam. Bellatores quidem necessarii existebant propter defensionem ciuitatis & reprimendos hostes. dicebatur autem ciuitatem si bene ordinata erat ad minus deberet habere mille bellatores. & ad plus quinque milia. Principes uero & consiliarii necessarii erant in ciuitate ad dirigendum ciues ut uirtus se uiuerent. & ut debite obseruarent leges tangentibus autem dicti philosophi quedam alia circa regimē ciuitatis de quibus si locus occurrat merito fieri poterit.

**C** Quod non oportet ciuitatem maximam unitatem & conformitatem habere ut socrates & plato statuerunt.

Cap.viii.

Axiham unitatem & aequalitatem non oportet querere in omnibus rebus. nam si omnia essent aequalia iam non essent omnia ad hoc enim quod sunt omnia quae requiruntur ad uniuersum & ad hoc quod uniuersum secundum suum statum sit maxime perfectum oportet ibi dare diuersa secunda specie. nam quod tota boetas uniuersi non potest reseruari in una specie. oportet ibi dare species diuersas in pluribus speciebus. etiam reseruetur maior perfectio quam in una tantum. sic etiam in ciuitate ad hoc quod habeat esse perfectum oportet dare diuersitatem aliquam nec oportet ibi esse omnimodam conformitatem & aequalitem ut socrates & plato credebant. **C** Tagit autem prius secundo politicorum. quasi sex rationes probantes quod non oportet ciuitatem esse maxime unitam & maxime consonam. Prima sumitur quantum ad esse ipsius ciuitatis. Secunda per comparationem ad exercitium. Tertia per comparationem ad pates. Quarta per comparationem ad principates subiectos. Quinta per comparationem ad finem. Sexta per comparationem ad ea quod uidemus in aliis totis. **C** Prima uia sic patet nam maior est unitas unius singularis hominis quam totius domus & dominus quam uici & uici quam ciuitatis & ciuitatis quam regni. Constat enim dominus ex pluribus personis. Vicus enim ex pluribus dominibus. ciuitas ex pluribus uiciis. & regnum ex pluribus ciuitatibus.

I 11

Si ergo tantum uniretur domus q̄ omnes habentes in ipsa fieret una persona iam non remāret domus sed fieret homo unus aliquis singulis. sic si tātum uniretur uicus q̄ fieret una dom⁹ iam nō remāret uicus. Eodē autem mō si tātū uniret ciuitas q̄ fieret unus uicus uel una dom⁹ non ulterius remaneret ciuitas. requirit enī ciuitas aliquam diuersitatem ultra quā si descendat perit esse eius. Dicere ergo in ciuitate uel in regno esse debere oēm unitatē est dicere ciuitatē nō esse ciuitatē & regnū nō esse regnū. **T**ercia uia ad inuestigādum hoc idē sumit p̄ cōparationem ad exercitum uel ad pugnationem nam ut dicitur secundo poli. alterum est compugnatio & ciuitas. nam hoc quidem. s. compugnatio utilis est secundum quantitatē quamuis sit idem specie. Est enim cōpugnatio auxili gratia sicut enim plures homines magis trahūt nauem quā tum illi plures sint eiusdem rit⁹ & sint similes & cōformes. sic plures homines magis bellant. ciuitas autem non sic sed constituta est ad sufficiētiam uitæ. quia ergo diuersis idigemus ad uitam oportet in ciuitate diuersitatem esse. **T**ertia uia declarans & manifestans uias prædictas sumit per comparationem ad partes nam sicut quia idē corpus diuersis indiget opibus ut ambulatione tactu uisione & auditu. Ideo oportet ibi dare diuersa mēbra exercētia diuersos actus sic quia ad indigentia uitæ idigemus dominibus uestimentis & uictualibus & aliis hmōi oportet in ciuitate dare diuersitatem aliquam ut in ea reperiatur sufficientia ad uitam. sicut ergo si non esset diuersitas in membris corporis ut si omnia essent oculi corpus īperfectum esset. quia licet uideret non posset audire nec ambulare sic si esset maxima conformitas in ciuitate ut q̄ omnes essent textores uel coriarii. ciuitas imperfecta esset quia ad sufficientiam uitæ non solum idigem⁹ calcialementis sed etiam indigemus uictualib⁹ & dominibus & aliis quæ requiriunt ad uitā. **Q**uartā uia sumit per comparationem ad principates & subiectos. nam cum ciuitas sit ordo ciuiū ad aliquem principantem uel dominantem ut cum in ciuitate oporteat dare aliquos magistratus & alias preposituras q̄ nō esset nisi ibi ali qui essent dominantes & aliqui subiecti. Quācum hoc diuersitatem requirat oportet in ciuite dare diuersitatem aliquā. **Q**uintā uia sumit per comparationem ad finem. nam finis ciuitatis est bene uiuere & habere sufficientiam i uitanam ciuitas est communitas habens terminum oēs per se sufficientiæ uitæ. sed ut dictum est ad sufficientiam uitæ requiruntur diuersa. Iō oportet ciuitatem habere aliquam diuersitatem. in se diuersos habēt uicos ut expediens ad uitā q̄ nō reperit in uno uico repertitur ī alio. **S**exta uia sumit per comparationem ad alia tota. ut nū. quam melodia quæ est multitudo uocum ē bñ proportionata si sit oēs uoces æquales. sed actā cōsonātiā oportet ibi dare diuersitatem tono

rū sic p̄fētura nūquam est bene ordinata nisi ibi sit diuersitas colorum. sic & ciuitas nūquam bñ ordiata erit nisi sit ibi diuersitas officiorū. Decet ergo hoc reges & p̄cipes cognoscere quia nū quam quis bñ nouit regere ciuitatem nisi scierit qualiter cōstituitur & nisi cognoscat q̄ oportet in ea diuersitatē esse. **Q**uod nō expedit ciuitati omnia sic eē communia ut socrates ordinauit & q̄ reges & principes hoc decet cognoscere. **C**ap. ix. **E**rmo in principiis debet esse longus & q̄ paru⁹ error in principio maxiu⁹ est in fine. Diu ergo sunt principia per tractāda & lōgis sermonibus sunt excutie da ne circa ipsa cōtingat error. quare cum i regimine ciuitatis primo sit pollicia ordināda. diu inuestigandum est qualiter ciuitatem oportet esse unā & quam diuersitatem habēt debet. & q̄uo ciues decet se habere ad inuicem quibus communica re debet utrum omnia deberet esse communia & quid debeat habēt proprium. Hæc. n. sunt q̄si principia & quasi quædam p̄æambula ad seqn̄tia. Volumus autem in hoc capitulo ostendere q̄ non expedit uitati habere oīa communia ut socrates ordiauit. nec sequerētur illa bona quæ opinabatur socrates si sic ordiaretur ciuitas. Credebat. n. si essent cōmunes possessiones uxores & filii cessarent litigia quia crederent ciues omnes pueros esse filios suos & sic eēt i ciuitate maximus amor. **P**ossimus autem tripli uia offere q̄ hoc non expedit ciuitati. Primo quia nō cessarent litigia. Secundo quia ciues non reputarent omnes pueros proprios filios. Tertio quia inter eos non esset magnus amor. **P**rima uia sic patet nam quantumq̄ possessiones essent communes usus tamē pertinentium ad uictū esset proprius. nam sicut fieri nō potest quod ex omnib⁹ ciuib⁹ fiat anum corpus realiter ita eē non potest q̄ ille idem cib⁹ qui nutrit corp⁹ unus ciuius nutriat corpus alterius. Existentibus ergo possessionibus communibus oportet cui libet distribui quæ requiruntur ad supplendā idigentiam corporalem & quia homo nimis decipitur in proprio commodo semper uidetur ei se plus debere recipiēt quam accipere. Immo quia impossibile est omnes ciues æqualiter eē prudētes & bonos & esse æqualiter utiles ciuitati statim insurgeret rixa iter ciues quia quilibet crederet plus esse accepturum ut dū unus ciuius iudicaret se meliorem alio uel licet secundum dignitatē suam ei fieri retributionē. Hanc at æqualitatem non de facili esset possibile reseruari inter ciues absq̄ dissensione & lite q̄a quilibet deceptus in iudicando de seipso appreciatur se plus ualere q̄ ualeat. Communitas ergo possessionis quā ordinabat socrates ad uitandum lites potius esset causa litigii quam pacis: nam ut supra ī secundo libro tetigimus hæc est uita p̄sectorum non hīc p̄prium. Perfecti autem sunt pauci. Lex ergo inponenda omnibus ciuib⁹ & toti populo debet

ēē talis secundū quam hoīes cōmuniter possint uiuere. unde & philosophus ait. in poli. ciues nō eē applicandos legibus. Sed leges ciuib⁹. Tales enim debēt esse leges & talis debet eē ordinatio ciuitatis quæ cōpērat omni populo & cōi uitæ cuiusmodi non fuit ordinatio socratis quia inter gētes cōiter uiuentes absq; multis litigis obseruari non posset. Dato tamē cōitatē possesso nū posse obseruare absq; litigiis. Cōitatē tamē sc̄eminaꝝ propter quā uolebat socrates filios eē cōmunes non est possibile obseruari absq; litigiis. Secunda uia sic patet. nā si omnia sic effent cōmunia non oporteret ciues omnes pueros reputare filios pprios. ymmo quia puerorꝝ aliqui effent similes aliquib⁹ ciuib⁹ & aliqui aliis qlibet ciuis appropriaret sibi in filium quē uideret sibi esse similem. Vnde & philosophus narrat secundo poli. q̄ apud quasdam gētes ut in supiori libroru uxores sunt cōmunes. Filios tamen ciues diuidū secundū similitudinē. Quilibet. n. appropriabat sibi in filios quos uidebat ei esse similes. nam & in aliis aialibus hoc cōtingit quia multæ sc̄emellæ reddunt filios similes fratribus quemadmodum in terra fallariæ quædā equæ erant ut phūs recitat semp reddebāt filium similem patri propter qđ uocata est iusta. Non ergo supposita cōitate uxorꝝ effet bonum illud quod oppinabatur socrates uidelicet ciues oēs pueros crederēt eē proprios filios. Tertia uia sic patet nam supposita cōitate uxorum non effet tantus amor i ciuitate ut oppinabat socrates. nā modica cōiunctio plus inducit de amore si sit certa & nota quam multa si sit ignota & dubia. Licet. n. maior sit coniunctio patris ad filium quā patru ad nepotem plus tamē patruis diligenter nepotem si firmiter crederet ipsum esse talē quā pater filium si rationabiliter dubitaret se eum genuisse se. nam plus non modo de dilectione in ciuitate ut phūs innuit. ii. poli. quia unus diligit aliū tanquam filium. alius tanquam fratrem. alius tāquam nepotem. alius tāquam fratrelem. Appellat at phūs fratreles qui sunt ex duobus fratrib⁹ nati. Alius uero diligit ipsum tanquam contribulem itāquam natum ex eadem tribu uel secundū ali quam aliam consanguinitatē quā fuerit. quam ponebat socrates. Modica. n. consanguinitas si sit nota & certa majorē dilectionē causat quam filiatio si sit dubia & ignota. Communitas ergo illa quam ponebat socrates non est expediens ciuitati. Decet autenī hoc reges & principes diligenter aduertere ut sciant sic ciuitatē ordinare ut expedit communitati ciuium.

Quæ mala cōsequuntur si in ciuitate uxores & filii ponantur esse communes. Cap.x.

Hilosophus secundo poli. pbat multa mala sequi in ciuitate: si uxores & filii ponantur esse communes. Quantū. n. ad præsens spectat enumerare possumus. v. mala quæ philosophus tāgit ibidem sequētia ex tali communitate. Primum ē iniuria consanguineo-

rum. Secundū uilificatio nobilium. Tertiū iniuria filiorꝝ. Quartū intēperantia uenereorꝝ. Quintum abusio parentū. Primū sic patet. nā oportet in ciuitate consurgere lites uulnerationes. & contumelias quæ tāto detestabiliores sunt quanto committūtur in personam magis coniunctā. Expedit ergo ciuitati ppter honestatē & bonitatem moꝝ parētes eē certos de suis filiis & quos libet certificari eorū consanguineis. ne propter ignorantia filii in proprios parētes & consanguineos inter seipso iniurias & cōtumelias inferat. quare cū communitas uxorꝝ quā socrates ordinauit tollat certitudinē filiorū & notitiā cōsan- guinitatis nō est cōmendādo quia ex hoc cōse quitur aliquos de facili ppter ignorantia iniuriati consanguineis suis. Secundum malum sic ostenditur nam supposita cōmunitate uxoru & filiorꝝ sequeretur uilificatio nobiliū & exaltatio agricolaꝝ & personaꝝ uiliū. nam esse nō potest uxores & filios communes. nisi æqualis cura geratur de filiis nobiliū & custodū ciuitatis q̄ geritur de filiis agricolarū & personaꝝ uiliū. quare filii nobiliū depriment & uiliū exaltabūt. Non ergo erit amicitia inter ciues. q̄a secundum phūm in eth. pportionale & æquale amicitiam soluit. Cum ergo boni & nobiles sint supra uiles & ignobiles. tunc est amicitia inter eos quando qlibet se habet secundū pportionē suā. ut quādo ignobiles seruiret nobilib⁹ & nobiles eis retribuūt mercedē secundū pportionē seruiti. Velle ergo filios ciuiū communes eē æquale cura geri de filiis nobiliū & ignobiliū ē uilificare nobiles & exaltare ignobiles & nō saluare amicitia inter eos. Tertium malū sic declarat. nā supposita pdicta cōmunitate. sequeret icuria filiorū. nā ut dicit phūs. viii. ethi. multis esse amicum secundum pfectam amicitia non contingit nec contingit multas psonas simul amarū ualde. nam ualde amare dicit quādā superabūdantia. Superabūdantia quidē magis est apta nata esse ad unū quā ad multos unde in eodē. viii. concludit phūs q̄ multis placere ualde nō ē facile q̄re si quilibet ciuis crederet quemlibet puerorum esse proprium filium. quia partiretur eius amor intantam multititudinem modicū diligenter unū quemq; & modicum curaret de unoquoq;. Immo qlibet ciuis nisi esset satius nullo modo suspicari posset omnes pueros esse suos filios. Si ergo omnes diligenter tāquam filios hoc esset ratione duorum uel trium puerorū quos crederēt esse proprios filios & quia illi non essent eis certitudinaliter noti opinabat socrates q̄ omnes alios intime diligenter propter illos. sed ut arguit philosophus primo poli. propter duos uel tres uel propter paucos pueros uelle magnam multitudinem diligere puerorum tanquam proprios filios hoc est pōere parū de melle in multa aqua. Sicut ergo parum mellis totum unum fluum non posset facere dulcem. Sic amor duorum uel trium filiorum innumerabilem multitudinem

Via intendimus ostendere quæ sit optima pollicia & quis sit optimus principatus. Postquam distinximus modus principandi & declarauimus qui illoꝝ sunt rectos & qui peruersi restat ostendere inter principat⁹ rectos quis sit melior. Assignan̄ aut cōmuniter. uiā q̄ regnum est optimus principatus & q̄ melius est ciuitatem aliquam siue prouinciam regi uno q̄ pluribus siue illi plures sint pauci siue multi. Prima uia sumitur ex unitate & pace quæ debet intendi in regno & ciuitate tanq̄ finis. Se cūda ex ciuili potentia quæ requirit ad regnum ciuitatis. Tertia ex hiis quæ uidemus in natura. Quarta ex hiis quæ uidemus & experimento dicimus in regiminibus ciuitatum. Prima uia sic patet nā pax & unitas ciuium debet esse finaliter intēta a legislatore sicut sanitas & inæqualitas humorū est finaliter intēta a medico. Hac ac unitatem & concordiam magis efficere potest qd̄ est per se unum. Magis aut per se unitas reperi in uno principatu si dñes unus princeps quam si dñen̄ plures. Immo cum plures principantur nūquā potest esse pax in hīoꝝ principatu ubi illi plures sint uniti & concordes. ppter quod aut unuq̄odq̄ & illud magis. Si ergo est pax & concordia inter ciues si plures participantēs sūt qd̄ unū. ergo si solus unus principares inter eos nō sic de facili turbari posset pax ipsoḡ ciuiū. Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex ciuili potentia quæ requiritur in regimine ciuitatis. nam quanto uirtus est magis unita fortior est seipsa dispersa. ut declarari habet in libro de causis & i propositionibus Proculi. Videmus autem q̄ si multi homines trahant nauē nisi iuantur in tractatu ut cū unus trahit alius trahat nūq̄ naues traherent. Immo si omnes uires quæ sūt in pluribus trahētibus congregarent in uno quia illae magis unite traheret uirtuosior esset i trahendo. quare si tota ciuilis potentia quæ est i pluribus principantibus congregaretur in uno principe efficacior esset: & ille principās proper abundatiōrē potentia melius posset pollicia gu

verriare. **T**ertia uia sumitur ex his quae uides  
mus in natura Vbicūq; est autem regnum natu-  
rale semper totum illud regimē reducitur in ali-  
quod unum principatis. ut si in eodem corpore  
diuersa membra sunt ordinata ad diuersa offi-  
cia. & diuersos motus est dare aliquod unū mē-  
brum ut cor ex cuius motu sumit originem oīs  
motus animalis factus in toto corpore. Rursus  
si ad constitutionem eiusdem concurrunt diuer-  
sa elementa est dare ibi unum aliquid ut animā  
regentem & retinentem elemēta in corpore ani-  
malis ne dissoluatur prædictum corpus anima-  
lis. Vnde dicitur circa finem primi de anima. q;.  
anima magis cōtinet corpus quam econuerso.  
Sic etiam unum cælestē corpus primum mobi-  
le est illud per cuius motum reguntur & causan-  
tur motus facti inferius: & in toto uniuerso est  
unus deus singula regens & disponens. Si apes  
quia naturale est eis in societate uiuere naturali-  
ter. sunt sub uno rege. Si igitur singula natura-  
lia considerentur semper uidemus multitudinē  
quamlibet reduci in unum aliquod principans  
& gubernans. nam sicut naturale est q; multitu-  
do ab uno procedat. Sic etiam est naturale q; in  
unum aliquod reducatur. Bonum est igitur re-  
gimen populi sive multitudinis si sit rectum. me-  
lius est tamen regimen paucorum. eo q; magis  
ad unitatem cedat. Optima est autem monar-  
chia sive gubernatio unius regis eo q; ibi perse-  
ctor unitas referuetur. **Q**uarta uia sumitur ex  
his quae experimento uidemus in regiminibus  
ciuitatum. Experti enim sumus q; ciuitates & p-  
uincias non existentes sub uno rege esse in penu-  
ria. non gaudere in pace molestari diffensioni-  
bus & guertis: existentes uero sub uno rege ecō-  
trario guerras nesciunt. pacem sectantur abun-  
dantia florent.

**Q**uibus rationibus ostendi potest quod ap-  
pareat melius esse ciuitatem aut regnū regi plu-  
ribus quam uno. & quomodo solui possunt ra-  
tiones illæ.

Cap. iii.

Hilosophus. iii. poli. uidetur tangere  
tres rationes per quas probari uidetur  
q; melius sit ciuitatem aut prouinciam  
regi pluribus quam uno. Videtur. n. in principe  
tria ēē necessaria ut bene regat populum sibi cō-  
missum. Primo. n. debet habere perspicacem ra-  
tionem. Secundo rectam intētionem. Tertio p-  
fectam stabilitatem. Ex his autem sumi possunt  
tres uiae ex quibus uenari possumus q; bonum  
sit principari pluribus & non unū tantum. **P**ri-  
ma uia sic patet nam plutes oculi plus uident q;  
unus. & plures manus plus possent q; una & plu-  
res intellectus superant unum in cognoscendo  
quare si dñentur plures erit ibi pspicacior ratio.  
quia plura cognoscent q; si principaret unus tm.  
unde philosophos. iii. poli. ait q; plures homies  
sic principantes quasi constituunt unum homi-  
nem multorum oculorum & multarum manu-  
um quare melior erit huius principatus. quia hō

sic constitutus & multitudo sic principans effica-  
tior erit in principando. **S**ecunda uia ad inue-  
stigandum hoc idem sumitur ex recta intentio-  
ne q; requiritur in principante. Tunc. n. prin-  
cipans rectam habet intentionem si non intendat  
bonum proprium. sed cōe quanto igitur minus  
intendit cōe bonum tanto peior principatus.  
sed si dñentur multi dato q; intendat bonum p-  
prium quia bonum multorum est quasi bonum  
cōe intendendo sic bonum proprium non oīno  
recedunt ab intentione cōis boni. Sed si dñare/  
tur unus solus & ille intēderet bonum ppprium  
quia bonum unius ē quasi bonum omnino pri-  
uatum; sic intendens recedit quasi omnino a cōi  
bono. peius est igitur principari unum q; plures.  
**T**ertia uia sumitur ex stabilitate q; requiritur  
in principante. Decet. n. principem esse regulam  
rectam & stabilem ut per iram & concupiscenti-  
as & per alias possessiones non corrumpatur nec  
puertatur. Sed ut ait phūs facilius corrumpitur  
unus q; plures melius est. ergo dñari plures quā  
unum. **S**ciendum igitur q; hanc dubitationē  
quam phūs. iii. poli. uenatur dubitādo assignās  
rationes multas q; melius sit dñari multitudinē.  
postea in eodem. iii. tangit quædam per q; obie-  
ctiones huius solui pñt non enim intelligendū  
est simpliciter fuisse de intentione philosophi  
dñium plurium esse cōmendabilius dñio unius  
dum tamen utrung; sit rectum cum ipse pluries  
dicat in eisdē polliciis regnū esse dignissimū pri-  
cipatū inter p̄incipatus. n. rectos p̄icipatū. uni<sup>3</sup> q;  
dī regnū ē optim<sup>2</sup>. Inter pueros uero p̄icipatū  
utus qui cōmuni nomine tyrannides nuncupa-  
tur est pessimus. Sed de hoc infra dicetur. Osten-  
detur. n. q; sicut monarchia regia est optima. ita  
quia maiori bono maius malum opponit mo-  
narchia tyrannica est pessima. **D**ominari aut̄  
plures dominio recto non est dignus q; domina-  
ti unum q; cum nunq; plures recte dominari pos-  
sunt nisi in quantum tenent locum unius. & pro-  
ut habent ad se inuicem concordiam & unitatē  
sed ut supra dicebatur propter qd̄ unum quod q;  
& illud magis. quare si dominari plures in tan-  
tum est rectum & dignum iiquātum tenent lo-  
cum unius. domiari unum & facere monarchiā  
si debito modo fiat erit omnino rectior & digni-  
or. cēscendum est igitur regnum esse dignissi-  
mum principatum & secundum rectum domi-  
nium melius dominari unum q; plures. Sed ut  
soluantur obiectiones præacta sciendum q; q;  
plura cognoscunt plures q; unus. & citius corrū-  
pitur unus q; plures: & multi non sic deviare pos-  
sunt ab intentione cōmuni boni sicut forte fa-  
ceret unus solus. Ideo si fiat monarchia & domi-  
netur unus princeps uel unus rex in toto princi-  
patu uel in toto regno: ille princeps uel ille rex  
secundū philosophum quarto poli. debet sibi af-  
fociare multos sapientes ut habeat multos ocu-  
los & multos bonos & uirtuosos: ut habeat mul-  
tos pedes & multas manus & sic fieri unus homo

multorū oculorū multarum manū & multorum pedum. Nō ergo dici poterit talem unum monarchiam non cognoscere multa quia quantum spectat ad regimē regni quicquid omnes illi sapientes cognoscunt totum ipse rēx cognoscere dicit. Nec etiam dici poterit ipsum de leuis posse corrūpi & puerti. nam si rex recte dñari desiderat non est possibile ipsum peruersti nisi totū consilium & omnes sapientes & bonos quos sibi associauit continget esse peruersos. Talis. n. maxime intendit cōe bonum. Ideo si sic se habeat omnino dignum est ipm p̄cipari. Si autem aliter se haberet ut si spredo consilio & dimissa scientia sapientum & bonorum uellet sequi caput proprium & appetitum priuatum iam non esset rex: sed tyrannus. Talem ergo dominari nō esset melius quam plures. Immo pessimū eēt eius dominiū eo q̄ ut patet ex habitis & ut infra planius oñdef. **Tyrānides est pessimus p̄cipiat?** **Quod melius est regimen regni ire per hereditatem & successionem filiorum quam per electionem aliquam.**

Cap. v.

**I**detur forte aliquibus omnino eē me lius & dignius dñationem regiā & principatum ire per electionem quam per hereditatem. nam superficialiter considerata ueritate quæsici dubitans an regiam dignitatem ire per electionem an per hereditatem. Dubitare uidetur an melius sit constituere dñium arte uel sorte. Nam si per electionem p̄ficiat aliquis in regem uidetur tale regnum non esse expositum casui & fortunae: sed factum esse per artem eo q̄ p̄ficietur melior & industrior. Sed si per hereditatem hoc fiat expositum regnū quasi sorti casui & fortunae. nam incertum est qualis debet esse filius ad quem spectabat hēre regiā dignitatem. Absolute ergo loquendo melius est principem p̄stituendum esse per electionē q̄ per hereditatem tū quia ut plurimū homines habent corruptum appetitū. consideratis gestis & conditionibus hominū quas experimentaliter uimus. uidetur esse censemendum magis expedire regno uel ciuitati ut dñs p̄ficiatur per hereditatem q̄ per electionem. **P**ossimus autem tripli ci via oñdere q̄ consideratis conditionibus hominū melius est esse hmōi regimen per hereditatem ire. Prima uia sumitur ex parte ipsius regis regentis populum. Secunda ex parte filii qui debet in hereditatem succedere. Tertia ex parte populi qui debet per tale regimē gubernari. **P**rima uia sic patet. nam secūdum phūm. ii. poli. in enarrabile est quantam dilectionem habeant & quantum differat putare aliquid proprium. nā quod est naturale ociosum & uanū eē non pōt. Naturaliter autem quilibet habet amicitiam ad seipsum. Naturale est igitur tanto regem magis sollicitari circa bonum regni quanto credit ipsum regnum magis esse bonum suū & bonum p̄prium. quare si rex uideat debere se p̄incipari super regnum non solum ad uitam. Sed etiam

p̄ hereditatem in propriis filiis magis reputabit bonum regni esse bonum suum & ardentius solicitabitur circa tale bonū. Immo quia tota spes patris requiescit in filiis & ex nimio amore mouent patres erga dilectionem filiorum. Ideo oī cura qua poterit mouebitur ad p̄curandum bonū statū regni si cogitet ipsum puenire ad dñiū filiorum. **T**hus tangit. iii. poli. ubi de hac materia determinat ait q̄ hoc est difficile uidelicet q̄ sic patres possint tradere regimē regni p̄prias filiis. Innuit. n. hoc esse quasi uirtutis diuinæ & excedere humanum modū. sed forte iō hoc philosophas dixit quia antiquit̄ ut plurimū reges conuertebant in tyrannos & non diu durabat. ut filii hoc modo succederent in hereditatē paternam uel simpliciter dicis hoc esse diuinū quā nisi reges & principes bñ se habeant erga diuinā. ratio contingit filios regnare post patres. & si regnant filii uix aut nunq̄ regnabunt filii filiorum. Ex parte ergo regis ut magis solliciteſ circa bonum regni arguere possumus q̄ expedit regale regimen & filios per hereditatē succedere. **S**ecunda uia ad inuestigandū hoc idem sumitur ex parte filii ad quē spectat suscipere curā regni. nam sicut mores nuper ditatorum ut plurimum peiores sunt moribus eorum qui fuerūt diuites ab antiquo sic mores nuper potētum & de nouo eleuatorum per adeptiōē ciuilis potētiæ peiores sunt moribus aliorum. Nesciunt. n. tales fortunas ferre. Nuper. n. esse exaltatū in regem est quasi quædam ineruditio regiæ dignitatis. tales quidem ut plurimū tyrannizant & inflati corde & in erudite regnant. Sed si regale regimen p̄ hereditatē uadat filii ex hoc non inflatur nec efficiuntur elatis quia non reputant magnum si illud habeat q̄ patres possiderant: quare ex parte filiorum debetū succedere in hereditatem paternam: expedit regno ne inerudite regatur. & ne regale regimen conuertat in tyranidum. ut regia dignitas per hereditatē transferat ad posteros. **T**ertia uia sumit ex parte populi qui deber per tale regimē gubernari. nā cōsuetudo est quasi altera natura. propter qđ regmina ex consuetudine efficiunt̄ quasi naturalia. Populus ergo si per diuturnā consuetudinē obediuit patribus: filiis & filiōꝝ filiis quasi naturaliter inclinantur ut uoluntarie obediant: quare cū omne uoluntariū sit minus onerosum & difficiliter libentius & facilius obediat populus mandatis regis: expedit regiæ dignitati per hereditatē succedere. Determinate igitur domū & prosapiam ex qua assuendus est rex sedat litigia. tollit tyrannidem: efficit quasi dominium naturale. Litigia enim sedat quia multotiens inter eligentes dissensiones oriunt̄ propter electionem principis p̄p quod turbat pax regni. Tyrannidē tollit quia dominantes p̄ electionē ut pater per habita non sic diligunt bonum regni sicut hereditarie principantes. & q̄a hoc eē tyrānū non intēdere bonū regni tales facilius tyrānizat. Facit

etiam hoc dominiū naturale quia populus qua si naturaliter inclinatur ut obediatur iussionibus talis regis. Ex hoc autem patere potest qd nō solum expedit regno determinare prosapia ex qua perficiendus est dñs. Sed etiam oportet determinare personam. nā sic oriuntur dissensio-nes & lites si ignoret ex qua prosapia assumēd<sup>9</sup> sit rex. Sic etiam litigia oriuntur si non determinetur quae persona in illa prosapia debeat principari. Talem autem determinare personā difficultatem non habet. nam si dignitas regia p hereditatem transseratur ad posteros. oportet eam transserre in filios: quia scdm lineam consanguinitatis filii parentibus maxime sunt coniuncti. Oportet autē talem dignitatem magis transserre ad masculos qd ad foeminas quia masculus ē fœmina ratione pstantior corde animosior: passio nū minus insecuritor. Inter masculos autē oportet talem dignitatem tribuere magis primogenito qd alius: quia ut ait phūs in polliciis decet iuniores senioribus obedire. Immo qd pater plus communiter primogenitos diligit ut magis sit cure regi de bono regni expedit statuere regnum succedere primogenito: ut pater ampliori sollicitudine curet de bono regni sciens ipsum peruenire ad filium plus dilectū. Et si dicaf qd contingit aliquā magis diligere minores talibus obiectiōnibus de facili respondef quia facta humana & gesta pticularia omnino sub recta regula & sub certa narratione non cadūt: sufficit ergo in talibus pertransire probabiliter & leges statuere qd ut in pluribus continēt ueritatē. Quia uero superius tangebatur uidelicet qd ire per hereditatē dignitatē regiam est exponere se fortunæ eo qd ignoretur qualis regius filius sit futurus. Dici debet qd uix sunt aliqua gesta humana quæ ex aliquā parte non exponant periculis. Illa tamen magis cauenda sunt quæ pluribus periculis exponunt. Videmus autem p experientiam plura mala ori ti in ciuitatibus & regnis ubi non ē domin' aliquis naturalis nam contingit alia aliquā diu care re gubernatore & cum gubernatorem habēt ut plurimū tyrannizat plura enim hmōi mala in talibus regiminibus uidimus quæ enumerare p singula longum esset. Dicere ergo possumus qd expedit regno filium succedere in regie patris & si aliquis defectus esset in filio regio ad quem debet regia cura peruenire suppleri poterit per sapientes & bonos: quos tāq manus & oculos debet sibi rex in societatem coniungere: ualde tñ repræhensibiles sunt reges & principes si non nimia cura sollicitentur qd filii ab ipsa infantia disciplina & bonis moribus sint imbuti: cum bonum commune & totius regni in hoc consistat: nec sufficit qd quia solus primogenitus regnare debet ut de eo solo cura habeatur diligēs. Ignoratur enim quid diuina prouidētia statuit & ne scitur cui filiorum succedat regnum. Ideo ne pilitetur bonum cōmune de omnibus cura diligens est habenda.

73  
**T**Quæ sūt in quibus rex' alios debet excedere & quomodo differat rex a tyrāno. Cap.vi.  
 Hilosophus v. polli. narrat in quibus  
 p rex alios debet excedere. Dicit. n. qd antiquitus reges a triplici excessu constituebantur. Prīo ab excessu beneficī nam quia populus non percipit uisi sensibilia bona quos uidet esse liberales & beneficos nimis ardenter modo in eorum amorem: & optat eos habere ī dominos. Inde est qd antiquitus plutes sic p̄ficiabantur in reges. nam si aliquis fuerat primo beneficū gens illa tracta ad amorem eius p̄ficiabat ipsum in regem. Secundo potest aliquis p̄fici in regem ab excessu uirtuosorum actiōnum: nam quia bonorum uirtuosorum est diligere bonum cōmune potius quā priuatū ideo reputatur dignus & p̄ficitur in regē qui a populo creditur uirtuosus. **T**ertio consuevit p̄fici aliquis in regno ab excessu potentiae & dignitatis. nam quia probabile est nobiles & potētes magis uerecūdari operari turpia qd alios: & quia tales ut plurimū uel sunt uel creduntur esse magis apti ad principandum: ideo pluries per hunc modum antiquitus aliqui regna obtinuerunt. Si ergo ex talibus excessibus rex generatur & p̄ficit si recta sit generatio eius oportet huiusmodi excessum per amplius & perfectius reperiri in rege iam in dignitate regia constituto sic enim uidemus in generationibus naturalium quod si gnatur: ignis per rarefactionem & caliditatem qd materia tunc ignis calefacit & rarefacit. oportet raritatem & calorem perfectius reperiri in igne iam generato & in esse constituto. qd res in excessus beneficī actionis uirtuosæ & etiam potentiae possunt esse causa ut rite aliquis constitutatur in regem decens est tales excessus in ipsa monarchia perfectus reperiri. decet enim ipsum regem uolentem recte regere quantum ad p̄fens spectat ad tria sollicitari. **P**rimo ut amet a populo. Secundo ut cura puigil procuret cōmune bonum. Tertio ut castiger & puniat mox uentes seditiones & turbantes populū: quare expedit regem habere p̄dictos tres excessus: nam si habūdet in beneficiis tribuēdis diligetur a populo. Si excellat in actionibus uirtuosis procurabit cōmune bonum: quia si uirtutis est tēdere in bonum eius: etit magis tēdere in maius bonum. Bonum ergo gētis ē cōmune quod ē diuinus qd aliquod bonum singulare magis procurabit uir bonus & uirtuosus qd bonum aliquod proprium & priuatū. Tertio expedit eum habundare in ciuili potētia ut possit corrigere uolētes iulurgere & turbare pacē regni. **V**iso in quibus rex alios debet excedere restat ostendere quo modo differat a tyrāno tangit aut̄ hilosophus v. polli. quattuor differētias inter tyrannum & regē. Prima ē quia rex respicit bonum cōmune tyrannus uero bonū propriū: nam regnum ē principatus rectus: tyranniides uero dominium peruersum: cum ergo bonum gētis sit diuinus

bono unius peruse dominatur qui spreto bono cōmuni intendit bonum p̄prium. Ex hac aut̄ differentia prima sequitur secunda uidelicet q̄ tyrannus intendit bonum delectabile: rex uero bonum honorificum: nam sicut inenarrabile est quāto quis delectatur in bono proprio si qua si inenarrabile est quātus honor sequitur & quāto honore est dignius intendens commune bonum. Quare si tyrannus intendit bonum p̄prium & priuatum sequitur q̄ eius intentio uersetur circa bonum delectabile. Sed intentio regis uersat circa bonum honorificum eo q̄ ipse intendit cōmune bonum. Ex hac aut̄ secunda differentia sequitur tertia uidelicet q̄ intentio tyranica est circa pecuniam: tyrannus quia spreto communi bono nō curat nisi de delectatiōibus p̄priis maxime uersatur sua intentio circa pecuniam crescens se per eam posse huiusmodi delectabilia obtinere. Sed regis intentio uersatur circa uirtutem & ut ciues sint uirtuosī quia ex hoc maxime resultat bonum honorificum & cōmune. Ex hac autem differentia tertia sequitur quarta uidelicet q̄ tyrannus non curat custodiri a ciuib⁹ sed ab extraneis. rex uero uult custodiri ab ipsis ciuib⁹ & genitis in proprio regno. nam tyrannus eo q̄ spreto cōmuni bono non curat nisi de delectationibus propriis uidens se esse onerosū & tædiosum ab his qui sunt in regno. Ideo totā suam custodiā corporis cōmittit extraneis: sed rex e conuerso eo q̄ uideat se maximam habere de bono regni & cōmuni maxime confidit de his qui sunt in regno. Ideo facit se custodiri a p̄priis non ab extraneis.

**Quod** tyrannides est pessimus principatus & quod sūme debent cauere reges & principes ne eoz dominiū in tyranidē conuertat. Cap. vii.

Vaduplici uia uenari possumus tyra  
nidem esse pessimum principatū. Pri  
ma sumitur ex eo q̄ tale dominiū ma  
xime recedit ab intentione cōmuni boni. Secū  
da ex eo q̄ est maxime innaturale. Tertia ex eo  
quod est efficacissimum ad nocendum. Qua  
rta ex eo q̄ impedire habet maxime bona ipsoz  
ciuum. Prima uia sic patet quia si dominatur  
rex non recedit ab intentione cōmuni boni  
eo q̄ rex non est nisi sit uirtuosus & nisi intēdat  
cōmune bonum. Vñ. iii. polli. q̄ dicitur princi  
pari talem est quasi partiri principatum in mul  
tos. Vel q̄ idem est quasi p̄cipari multititudinē  
eo quod in tali principatu intēdatur bonū mul  
torum. Sic etiam si dominent plures quia diuis  
tes uel quia creduntur uirtuosī. uel si dominetur  
totus populus dato q̄ sic dominantes non intē  
derent nisi bonum proprium non omnino rece  
derent ab intentione cōmuni boni eo q̄ plus  
res essent sic principantes. & omne autem bonū  
privilegium est quodammodo bonum cōmu  
ne. Sed si tyrannus dominetur cum unus sit do  
minans & non intēdat nisi bonum proprium  
omnino recedit ab intentione cōmuni boni.

principatus ergo quia non est rectus nisi sit quo  
dāmodo quid diuinum & quia in eo principali  
ter debet intēdi bonum cōmune q̄ est diuinū  
quam aliquid singulare tanto tyrranides ē pri  
cipatus peior quanto in eo plus recedit ab in  
tentione cōmuni boni. Hanc autem rationem  
tangit philosophus circa principium. ivi. polli.  
ubi ait q̄ sicut regnum est optima & dignissima  
pollicia sic tyrranides est pessima cuius causa ē  
ut ubi dicitur quia tyrranides plurimū distat a  
pollicia. i. a cōmuni bono. Secunda uia ad in  
uestigandum hoc idem sumitur ex eo q̄ tale do  
miniū maxime est naturale. nam illa est natura  
lis operatio erga aliquid quando sic agitur ut ē  
aptum natum agi quare tunc regnum naturali  
ter agitur quando homines existentes in ipso sic  
reguntur ut sunt apti nati regi: homo autem qa  
libero arbitrio & ratione participat tunc natura  
liter regitur & ut est aptus natus regi quādo uo  
luntarie seruit & libere obedit: quare quāto do  
minium aliquorum magis est inuoluntarium  
magis debet dici innaturale. tyrranides igitur  
est pessima quia maxime est inuoluntaria & ma  
xinie contra naturam eo q̄ sit maxime subditō  
rum affictiva. Hanc autem rationem tangit phi  
losophus in eodem. ivi. polli. ubi ait tyrranidē  
esse pessimum principatum quia nullus libero  
rum uoluntarie sustinet principatū talem. Ter  
tia uia sumitur ex eo q̄ talis principatus est effi  
cacissimus ad nocendum nam sicut principatus  
regis eo q̄ sit maxime unitus est efficacissimus  
ad proficiendum sic tyrranides efficacissima ad  
nocendum monarchia enim quia ibi dominat  
ur unus & est ibi uirtus unita: ideo uel est opri  
ma uel est pessima: nam si monarchia habet in  
tentionem rectam tunc est rex optimus princi  
pat⁹ quia propter unitatem uirtutis potest mul  
ta bona efficere: si uero monarchia habet inten  
tionem peruersam tunc tyrrannus est pessimus  
quia propter suam unitam potētiā potest mul  
ta mala efficere. Hanc autem rationem tangit  
philosophus. v. polli. ubi ait tyrranidem esse ob  
ligatiā extremam. i. pessimā quia ē maxime no  
ciua subditis. Quarta uia sumitur ex eo q̄ p  
tale dominium impediunt maxima bona ipsoz  
ciuum. Tyrrannus enim non solū procurat  
mala eorum qui sunt in regno: sed etiam fatagit  
impedire eoz maxima bona. Tangit aut̄ phūs.  
v. polli. tria maxima bona quae fatagit impedire  
tyrrannus uidelicet pacem uirtutes & sciētias. Ty  
ranni enim nolunt ciues habere pacem & con  
cordiam. ad inuicem. Rursus nolūt eos esse ma  
gnanimos & uirtuosos. Nec etiam uolunt ipsoz  
esse sapiētes & disciplinatos: quare aut̄ tyra  
nidē p̄dicta bona impediunt in ciuib⁹ infra diceſ. Si ſi  
ficiat aut̄ ad præſens ſcire tyranidē esse pessimum  
principatū p̄ rationes tactas. Qd aut̄ reges ſū  
mo opere cauere debeat ne principens principa  
tu tyranico uidere nō est difficile. nā rāto peior  
est p̄iceps quāto peiori dominio p̄icipat⁹. qua-

re si omnem diligētiā adibere debet rex ne sit pessimus. summe curare debet ne dominetur p̄ tyrānidem qui est pessimus principatus.

¶ Quod ē officium regis & qualiter rex se hēre debeat in regimine ciuitatis & regni. Cap. viii.

I rex autē principes gentem sibi cōmis-  
sam uult debite gubernare & scire de-  
siderat quod sit eius officium diligen-  
ter considerare debet in naturalibus rebus nam  
si natura tota administratur per ipsum deum q̄  
est principes summus & rex regum a quo recti-  
fime regitur uniuersa tota natura:quaē a regimi-  
ne quod uidemus in naturalibus deriuari debet  
regimen quod trahendum est in arte de regimi-  
ne regum.est enim ars imitatrix naturae.In na-  
turalib⁹ autem sic uidemus q̄ natura.Primo dat  
rebus ea per quæ possunt consequi finem suum.  
Secundo dat eis ea per quæ possunt prohibētia  
remouere.Tertio per huiusmodi collata natura  
liter intendunt in suos fine siue in suos terminos  
ut natura dat igni leuitatem per quam potest tē-  
dere sursum.Secundo dat ei calorem per quem  
agit & resistit contrariis.Tertio ignis per ea quæ  
acceptit a natura:naturaliter tendit sursum: ergo  
ad hoc q̄ regimen sit bonum & naturale tria re-  
quiruntur.Primo ut populus taliter disponatur  
& ordinetur ut possit consequi finem intentum.  
Secundo ut remoueantur prohibentia & deuiā-  
tia ab huiusmodi fine.Tertio ut dirigatur & pro-  
moueat in finem prædictum . Sic enim uide-  
mus in sagitta dirigenda in signum aliquod q̄a  
primo efficitur recta ut possit melius in finem tē-  
dere.Secundo efficitur pénata ut melius aērem  
scindat:ne prohibeat tendere in ipsum signū.  
Tertio a sagittante dirigitur & sagittatum in si-  
gnū intentum.Rex igitur & quilibet director  
populi est quasi sagittator quidam: populus ue-  
ro est quasi sagitta quædam dirigenda in finem  
& in bonum . Tria igitur spectant ad regis offi-  
cium quia primo sollicitari debet ut gens sibi cō-  
missa habeat per quæ possit consequi finem intē-  
tum.Secundo debet prohibentia remouere.Ter-  
tio gentem ipsam debet in finem dirigere. ¶ Ea  
uero quæ deseruiunt ut populus possit consequi  
finem intētum & bene uiuere sunt tria uidelicet  
uitures scientia & bona exteriora.Debet igitur  
rex sollicitari ut in suo regno uigeat studium lit-  
terarum & ut ibi sint multi sapientes & idustres:  
nam ubi uigerat sapientia & fons scripturar̄ opor-  
tet q̄ inde totus populus aliquam eruditionem  
accipiat.ne ergo existētes in regio sint tenebris  
ignorantiae inuoluti sp̄ectat ad reges & prin-  
cipes ualde esse sollicitos de studio litterarum.Im-  
mo ut infra patebit si dominator regni non pro-  
moueat studium & non uelit sibi subditos esse  
scientes non est rex sed tyrannus. ¶ Secundo ad  
consequendam finem intentum deseruiunt bo-  
ni habitus & uitutes non enim sufficit finē co-  
gnoscere & habere illuminatum intellectum ni-  
fi sit quis uirtuosus & habeat ordinatum appeti-

74

tum ut uelit consequi finem illum:sp̄ectat igitur  
ad rectorem regni ordinare suos subditos ad uit-  
utes. ¶ Tertio ad consequendum finem qui in-  
tenditur in uita politica organice deseruiūt res  
exteriores.Decet ergo reges & principes sic rege-  
re ciuitates & regna ut sibi subiecti habundēt re-  
bus exterioribus prout deseruiunt ad bene uiue-  
re & ad consequendum finem intentum.In uita  
politici. hoc autem quomodo fieri possit & quo  
modo ordinanda sit ciuitas ut in ea reperiri ua-  
leant quæ deseruiunt ad sufficientiam uitæ.licet  
per præcedentia sit aliqualiter manifestum clari-  
us tamen infra dicetur. ¶ Viso quod sp̄ectat ad  
regis officium sollicitari circa ea per quæ possit  
populus consequi finem intentum restat ostendere  
quomodo sp̄ectat ad reges & principes hu-  
iusti prohibentia remouere quæ etiam tria  
sunt quorum unum quasi sumit originem ex na-  
tura: aliud uero ex perueritate ciuium . tertium  
quidem ex maliuolentia. hostium . ¶ Primum  
sic patet: nam homines in seipsis sunt naturali-  
ter corruptibles . Inde est ergo q̄ quia in seipsis  
dūrare non possunt: naturaliter appetunt per-  
petuari in filiis siue sint naturales siue . adoptiui.  
Videtur enim homini post mortem uitare si eo  
decente secundum suam institutionem aliis in  
hereditatem succedat . Valde ergo turbati po-  
test tranquillus status & pax ciuitatis & finis in-  
tentus in uita politica. Si reges & principes nō  
sollicitentur qualiter posteriores succedant i he-  
reditatem priorum:remouere igitur unum ma-  
xime prohibentium bonum uitam politicam ē  
bene ordinare quomodo hereditates deceden-  
tium perueniant ad posteros. ¶ Secundo status  
tranquillus ciuitatis & regni aliquando: impedi-  
tur ex peruersitate ciuium: sūt enim aliqui adeo  
peruersi ut semper uelint alios molestate solici-  
tari ergo debent reges & principes ne impedia-  
tur pax regni:ut exterminentur malefici & corri-  
gantur delinquentes. ¶ Tertiū huiusmodi im-  
pedituum sumit originem ex malicia hostium:  
quasi enim nihil esset uitare interiora discrimi-  
nā: nisi prohibētur exteriora pericula sp̄ectat igi-  
tur ad regis officium sic sollicitari circa ciuilem  
potētiam & circa industriam armatorum ut pos-  
sint hostium rabiem prohibere . Quomodo au-  
tem hoc fieri habeat in tercia parte huius tertii li-  
bri ubi ager de bellis plenius ostendet. ¶ Ostendit  
so q̄nmodo reges & pr̄cipes sollicitari debet  
ut populus sibi cōmissus habeat per quæ possit fi-  
nem consequi & quomodo debeant prohiben-  
tia remouere restat ostendere q̄uo eos in finem  
dirigat hæc etiam tria sunt. Nam primo obmis-  
sa sunt supplenda ut si uiderit aliquid deesse ad  
bonum regimen ciuitatis illud est supplendum:  
hoc autem fieri potest per consilium sapientum  
de quo infra dicetur. ¶ Secundo bone ordina-  
tiones & bona statuta debent esse obseruanda.  
¶ Tertio bene operantes & maxime facientes ea  
per quæ resultat cōmune bonū sunt remuneran-

di & repremiandi:nam licet obmissa supplere & bene ordinata conseruare multum deseruiat ut populus dirigat in finem recte:nam maxime deseruire uidetur bene apta remunerare:nam ut dicit llii.eth.capitulo de fortitudine apud illos sūt fortis apud quos maxime honorantur:apud illos sunt sapientes & boni apud quos tales remunerantur & honorantur.lollicitari igitur circa prædicta.ix.ad regis officium pertinere uidetur.

**C**Quot sunt illa quæ debet opari uerus rex: & quæ eadē simulat se facere tyrānus. **C**ap. ix.

**A**rrare autem possumus.x. quæ debet n operari bonus rex & quæ tyrānus se facere simulat.Illa enim.x.licet aliquo modo in uniuersali contineantur in phisicis tamen quia ut pluries dictum est circa morale negotium uniuersales sermones proficiūt minus.Ideo bene se habet illa.x.enarrare per singula.  
**C**Est autem primum q̄ spectat ad uerum regē facere ut maxime procuret bona cōmunia & regni redditus studeat expendere in bonum commune:uel in bonum regni.Tyrāni uero hoc simulant facere non tamen faciunt sed ut ait philosophos eos tribuūt meretricibus & adulatoriis & aliis personis inutilibus.  
**C**Secundo sp̄ctat ad rectum rectorem regni non solum redditus & oblatiōes ordinare in bonum cōmune regni sed etiam bōa cōmunia & iura regni debet maxime custodire & obseruare.quod tyrāni licet se facere simulant non tamen faciunt.Immo bona aliorum rapiunt & iura regni non obseruant.  
**C**Tertio decet regē & principē non ostendere se nimis terribilem & feuerum:nec decet se nimis familiarē exhibere:sed apparere debet p̄sona grauis & reuerenda quod congrue sine uirtute fieri non potest.Ideo uerus rex uere uirtuosus existit:tyrānus autem non est sed esse se simulat.  
**C**Quarto spectat ad regem nullum subditorum contēnere nulli iniuriati nec in filiabus nec in uxoribus nec in persona nec in aliquibus aliis & si continget aliquē ex regno forefacere non propter contumeliam uel propter aliquam libidinosam uoluntatem explēdam:sed propter bonum cōmune & iusticiæ ipsum pūire debet.hoc autem tyrāni non faciunt sed quia ipsi intendūt bonum pecūniosum & delectabile iniuriantur ciuibus in uxoribus & in filiabus & rapiunt eōe bona.  
**C**Quinto decet reges & principes nō solum habere familiares & diligere nobiles & barones & alios per quos bonus status regni conseruari potest.etiam si ut ait philosophus in polli.inducere debent uxores proprias ut sint familiares & beniuolæ uxoribus prædictorum:nam mulieres ualde inclinant uiros ad uoluntates proprias eo q̄ quilibet ualde inclinatur ut nolit proprias delicias contristat q̄re si uxores nobiliū & aliorum per quos bonus status regni conseruari habet: uiderent se contēni ab uxore regis aut principis inducerent uiros ut seditiones mouerent in regno aut p̄cipatu:sic ergo gerere se de

bet bonus rector regni aut ciuitatis.tyrānus autem non sic se habet sed corde elatus alios contemnit:propter q̄ nec ipse nec personæ sibi coniunctæ aliis sunt beniuolæ.ea igitur quæ habet uerus rex licet simulare illa uideatur tyrānus in quantum huiusmodi est tamen secundum ueritatem caret illis.  
**C**Sexto decet uerum regem eē moderatum in cibis & uenereis ne a subditis habeatur in contemptu:nam ut dicitur.v.polli.nō contemnitur qui est sobrius sed qui ebrius tyra ni autem hoc non faciunt:nam cum non intendant nisi cōmodum proprium ut bonum pecūniosum & delectabile qa maxima delectatio sensibilis est in cibis & uenereis:tyranni absq; freno fruuntur uoluptatibus illis.Immo quod peius ē ut narrat philosophus primo polli.many tyranorum non solum téperati non sunt sed nolunt uideri temperati esse.Existimant autem reputari ab hominib; scilicet si singulis diebus aspiciantur esse in cōmestationibus & ebrietatibus & in conuiuis affluentibus:non tamē sic se habere debet dato enim q̄ téperamento carerent ne contententur a populis non deberent suam intemperantiam ostendere.Laudatur enim sobrietas & temperantia:uituperatur aut eē auaritia & gulositas.  
**C**Septimo decet uerum regē ornare & munire ciuitates & castra existentia in regno ut appareat magis esse procurator communis boni q̄ tyrannus querens utilitatem propriam.  
**C**Octavo decet uerum regem ut ait philosophus sapiētes & bonos etiam extraneos adeo honorare ut putetur nō sic honoratos esse a ciuib; p̄priis si inter ipsos existerent quod tyranni non faciūt nam sapientes & bonos ut infra patebit non honrant sed perimunt.  
**C**Noно decet uerum regem per usurpationem & iniusticiam non dilatare suū dominium:nam ut dicitur in politi.durabilis est regnare super paucos q̄ super multos quod maxime uerum ē si huiusmodi multitudine ciuilis potentiae acquisita sit per usurpatiōnem & iniusticiam.recitat autem philosophus.v.polli.q̄ cum quidam rex partem sui regni dimisisset quia eam forte iniuste tenebat:increpatus tamen fuit ab uxore dicentes q̄ uerecūdari debet quia minus regnum dimittēret filiis:q̄ accipisset a patre.Respondit rex ille q̄ si dimittebat eis minus in quantitate regnum:dimittebat tamen maius & diuturnius tempore:tyrāni autē hoc non faciunt.nam licet semper se simulent iuste agere:tamē in multis suū dominium iniuste ampliant & aliorum hereditates sine ratione usurpāt.  
**C**Decimo & ultimo decet ueros reges bene se habere circa diuina:populus enim ut recitat philosophus omnino est subiectus regi quē credit eē deicoram:& habere amicum deum:existimat enim talēm semper iuste ageř & nihil iniuum exercere.Possible tamē ad hoc aliam meliorem rationem adducere dicentes q̄ si rex habeat amicum deum diuina prouidentia cui omnia sunt nota & eius potētia cui nihil potest

resistere contingit eum ut expedit suæ saluti semper in suis actibus sperari. Immo propter sanctitatem regis multotiens deus multa bona consert existentibus in ipso regno. ¶ Ultimo autem diximus quod decet regiam maiestatem bene se habere circa diuina hoc debet esse finis & complemetum aliorum ad hoc autem sunt singula ordinanda. Verus ergo rex secundum ueritatē bene se habet erga diuina. tyrannus uero non talis est sed simulat se talem esse.

¶ Quæ & quot sunt cautelæ quibus tyrannus nitit se in suo dominio præseruare. Cap. x.

Vltas cautelas tangit phvs. y. polli. ex m quibus quatuor ad præsens spectat possumus enumerare. x. p. quas nititur tyrannus se in suo dominio præseruare. ¶ Prima cautela tyrannica est excellentes perimere: cum n. tyrannus non diligit nisi bonum, p. prius: excellentes & nobiles existentes in regno non ualentes hoc pati insurgunt contra ipsum: tyrannus autem ex quo talem se esse cognoscit non cogitat nisi quod possit excellentes perimere. Immo aliqui tyrannizate cupiunt non solum excellentes alios immo et proprios fratres & nimia sibi consanguinitate coniunctos uenegant & perimunt signum est tyrannidis pessimæ. Verus autem rex econuerso intentens cōe bonum & cognoscens se diligi ab ipsis qui sunt in regno excellentes & nobiles & multo magis cognatos, p. prius quod bonum status regni conseruari potest non perimit sed saluat. ¶ Secunda cautela tyrannica est sapientes destruere: uidentur n. se contra dictamen recte rationis agere & non intendere bonum cōmune sed proprium. Ideo uellent oēs suos subditos ignorantes & incios. ne cognoscentes eorum nequiam incident populum contra ipsos: semper n. qui male agit odit lucem & non diligit sapientes ut arguantur opera eius: quare tyrannus cuius sunt opera mala sapientes pro posse destruit. Verus autem rex econtrario sciens se secundum rectam rationem agere: sapientes saluat, p. miouet & honorat eo quod ipsi cognoscentes bona opera ipsius populum cōmouent ad amorem eius. ¶ Tertia est: di scipinam & studium non permettere. Tyrannus enim secundum quod huiusmodi est non solum sapientes destruit. Sed etiam truncat uiam & inhibet studium & disciplinam ne efficiantur alii qui sapientes. Semper n. timet per sapientiam reprehendi. Verus autem rex econtrario studium promouet & conseruat uidens quod per ipsum bonum cōmune & bonus status regni quem principaliter intendit meliorari habet. ¶ Quarta est: nullas sodalitates. Nec etiam aliquas congregations permittere. Vult enim tyrannus ciues & eos qui sunt in regno non esse sodales nec esse ad iuvicem notos: nam ut ait philosophus noticia fidem facit. Eo enim ipso quod quis habet noticiam alterius confidit de illo. Hoc autem tyrannus non diligit: timet quidem ne ciues de se confidentes propter iniurias quas eis infert cōtra ip-

sum insurgant. Verus autem rex econtrario permittit sodalites ciuum & uult ciues sibi inuenire notos & de se confidere: nam cum intendit bonum ipsorum ciuum & subditorum: naturale est ut diligatur ab eis: quare uult eos esse confederatos & coniunctos: quia tunc magis unanimiter diligunt bonum regis. Omnino enim esset peruersus populus si cognosceret se haberi uerum regem & diligere cōmune bonum si uice versa non diligenter ipsum regem. ¶ Quinta cautela tyrannica est habere multis exploratores & temptare non latere ipsum quicquid a ciuib' agitur. Cum enim tyranni sciant se non diligiri a populo eo quod in multis offendit ipsum uolunt habere exploratores multis ut si uiderent aliquos ex populo machinari aliquid contra eos possint obuiare illis. Immo eo ipso quod ciues credunt tyrannum habere exploratores multis: non audent congregari ut machinentur aliquid contra eum: nam & si inter eos sic congregatos nullus exploratorum existeret semper tamen timerent ibi exploratores esse. Huiusmodi autem exploratores uerus rex habere non curat ad ciues & ad eos qui sunt in regno: sed ad hostes & ad extraneos. Vtrum autem deceat reges habere exploratores in regno propter aliam causam quod ne populus insurget in ipsum infra dicetur. Ad præsens autem scire sufficiat quod non sic rex eget exploratoribus ut tyrannus. ¶ Sexta cautela tyrannica est non solum non permettere fieri sodalites & amicitias: sed etiam amicitias iam factas: & sodalites turbare & perturberere. Volunt enim tyranni turbare amicos cum amicis: populum cum insignibus insignes cum seipsis. Vident autem quod quādiu ciues discordant a ciuib' & diuites a diuitibus tamdiu non potest sequere de facili eius potentiae resisti: nam tunc quilibet partium timens alteram neutra insurget contra tyrannum. Verus autem rex econtrario non procurat turbationem existentium in regno: sed pacem & concordiam. Aliter enim non esset uerus rex: quia non intendet cōmune bonum. ¶ Septima est pauperes facere subditos adeo ut ipse tyrannus nullus custodia egeat. Volunt enim tyranni subditos esse in tantum pauperes ut sic occupentur circa quotidiana quibus indigent ut non uacent eis aliquid machinari contra ipsos: nec oporteat ipsos habere aliquam custodiā propter illos. Verus autem rex quia intendit bonū subditorum non affligit & depauperat ipsos: sed magis procurat eorum bona. ¶ Octaua est procurare: bella: mittere bellatores ad partes extraneas: & semper facere bellare eos qui sunt in regno: quatenus semper circa bellorum onera intenti non uacet aliquid machinari contra tyrannum. Verus autem rex non intendit affligere subditos fuscitando & procurando bella eo quod intendat bonum regni. Non uult ergo eos qui sunt in regno assumere arma nisi pro defensione regni: uel pro aliquo alio iusto bello. ¶ Nona est custodiā corporis exercere non

eos qui sunt in eo regno: eo q̄ diffidat de illis sed per extraneos. Verus autem rex ecōuerso se habet ut supra plenius dicebat. ¶ Decima caute la est tyrānica q̄ postq̄ procurauit diuisiones & partes in regno: cum una parte affligere aliam ut clauum clauo retundat. Rex autē econtrario non pcurat diuisiones & partes in regno sed si q̄ ibi existunt eas amouere desiderat.

¶ Quid sunt illa ad quae reducuntur cautelæ tyrānicæ & q̄ reges cauere debet ne efficiantur tyrāni quia opera regia sunt optima tyrānica ue ro pessima.

Cap. xi.

Mnes cautelas tyrānicas quas in præcedenti capitulo numerauimus phūs reducit ad quatuor. Tyrāni. n. quatuor intendunt. Primo ut subditi sint inscii. Secundo ut sint pusillanimes. Tertio ut de se inuicem non confidant. Quarto ut sint adeo depauperati & afflitti ut contra eos nō possint insurgere. Ad hæc autem quatuor prædicta oīa reducūtur: nā quātum ad præsens spectat ad hoc q̄ aliquis in ux uadat uel machinetur aliquid contra tyrānum: ex aliquo prædictorum quatuor uidetur procedere ex magnanimitate. Primo. n. uidetur hoc accidere ut quia insurgens est tanti cordis ut nihil reputet magnum. Secundo ex industria & a sagacitate ut quia credit se tot adiuuenire uias & uersutias posse: ut ualeat tyrānum perimere. Ter tio potest hoc contingere ex potentia ut si insur gens confidat de aliis ciuibus & credat se iuuari ab eis propter ciuilem potentiam tyrānum inuadit. Quarto hoc poterit accidere ex nimio ocio ut si ciues nimis sint opulentii: & uacent nimio ocio: quia mens humana nescit ociosa esse. dum non occupantur ciues circa quotidianas indigētias: excogitat seditiones quomodo possint turbare ciuitatem & insurgere contra rectorem ci uiuum. Contra hæc ergo quatuor procurant tyrāni perimere excellētes ne sui subditi sint magnanimi: destruere sapientes impedire scolas & studium ut existentes in regno sint ignorātes & incisi non permettere sodalitates turbare ciues inter se ut de se inuicem non confidant depaupera re eos occupare eos in bello & in aliis exercitiis ut n̄ uacent ocio. ¶ Hæc ergo sūt cautelæ tyran nicæ. uerum quia nullus forte est omnino tyran nus quia malum seipsum destruit & si integrū sit importabile situt dicitur. iiiii. ethi. & forte uix aut̄ nunquam reperitur aliquis qui sit omnino rex quin in aliquo tyranizet. Effet enim quasi se mideus si nihil de tyranide participaret. Inde est ergo q̄ dominantes aliquid participant de cautelis regiis & aliquid de uersutiis tyranorum & tanto est melius dominium quāto plus accedit ad regnum & est longius a tyranno. Voluimus quidem utriusq; opera enarrare & utrasq; caute las describere: nam opposita iuxta se posita magis eluescunt. Magis enim appetit opera regia esse optima ostendendo tyranica esse pessima. Ex hoc autem manifeste patet tyranidem maz

xime esse fugiendam a regibus: quia pessimum de se est fugiendum maxime & optimum maxi me prosequendum.

¶ Quod detestabile est regiam maiestatem des clinare in tyranidem & quicquid corruptionis est in aliis peruersis principatibus totum in tyra ntidem congregatur.

Cap. xii.

Deo iensū hominum sunt ad malum proni ut ualde utile sit in uia morum. multis uis ostendere & multis ratio nibus probare malum & uicum & de esse quid uile & fugiendum ut q̄ una uia non inclinat ut malum uiter. Alia inducat ipsum ad fugiendum malum. Postquam ergo offendimus tyranidē fugiēdam esse a regibus eo q̄ opera tyranī sunt pessima: probare uolumus reges summa diligen tia cauere debere ne conuertantur in tyrannos: quia quicquid corruptionis & iniuitatis est in aliis peruersis principatibus totum in tyranidē congregantur. ¶ Sunt. n. ut patet ex habitis tres principatus boni: & tres peruersi. Dicebatur au tem q̄ si dominatur unus propter bonum com mune est principatus rectus: & uocatur regnum. Si uero propter bonum proprium est peruersus & uocatur tyranides. Si uero principentur pau ci & dominantur quia boni & uirtuosū est rectus principatus & uocatur aristocratia siue principa tus bonorum. Si uero dominantur non quia boni: sed quia diuites est peruersus & uocatur obli garia. Sed si dominatur totus populus & intend ant bonū oīum iā i signū q̄ alioī est principatus rectus & uocat regimē populi. Si uero popu lis tyranizet & intendat opprimere diuites est principatus corruptus & uocatur democracia qd idem est q̄ quasi peruersio & corruptio populi: tyranides uero corruptus principatus diuitum & iniquum dominium populi sunt regimina per uersa. Tyranides uero est peruersior principa tus: quia ut probat philosophus. v. politi. quicquid peruersitatis est aliquo principatu diuitū: & in peruerſio dominio populi totum congregatur in tyranidem: quod sic patet: nam diuites si iniqui dominari cupiant quantum ad præsens spectat tria intendunt uidelicet pecuniam corporales delicias: & custodiam corporis. In tendunt enim pecuniam quia qlibet principans intendit augmentum illius secundum quod se principari uidet. Si ergo aliquis principatur: qa bonus & uirtuosus semper intēdit ad opera magis bōa & ad uirtutem ut efficiatur melior & uirtuosior: sed si principatur qa diutes ut magis principati possit intendit augmentum diuinarum & congregationem pecuniae: quare si diutes iniq̄ dominantes non principatur quia boni: sed qa diutes tota eorum intentio erit circa pecuniam congregandam. ¶ Rursus diutes iniq̄ principantes intendunt delicias corporales & habere uoluptates sensibiles. nam si quis uult aliqd: uult & ea multomagis ad quae illud ordinatur ut si quis uellet potionem: multomagis sanitatem

tuelleret ad quam potio ordinatur. Cum ergo homines communiter & maxime habentes uoluntatem peruersam ordinet pecuniam & diuitias ad delectamenta corporea: & ad uoluptates sensibiles sequit q̄ diuites iniq̄ dominantes & intendentes non cōe bonum: sed pecuniam: intēdere corporales delectationes. ¶ Tertio diuites sic principantes maxime sollicitant circa custodiā corporis: nam nullus spredo cōi bono intēdit ad pecuniam & uoluntates corporis: nisi in multis offendat populum: nam talis ut pecuniā habeat deprædat ciues: ut uero uoluptatis fruatur forefacit & infert contumeliam ciuib⁹ q̄tū ad uxores & filias. Videt ergo se eē odiosum populo ideo non credit se multitudini: sed sp dubitans de furia populi maxime sollicitat circa custodiā corporis. ¶ Omnia aurem hīmōi mala reperta in peruerso principatu diuitium congregant in tyrānidem istam. Nam tyrānus ut supra dicebat non intendit bonum cōe: sed pecuniā. Rursus ut supra dicebat non intendit bonū honotificum: sed delectabile. ¶ Tertio tyrānus maxime delectat circa custodiā corporis eo q̄ uidat se plurimos offendisse. Legitur. n. de quodam tyrāno q̄ cum a fratre suo quotidie increparetur: quare ipse semp̄ tristis existeret: & quare nunq̄ hilarem uultum ostenderet. tyrānus ille uolens reddere cām quæsiti eum expoliari fecit & ligari: & supra caput eius acutissimum gladiū pendentem tenuissimo filo apponi fecit: circa ipsum q̄ hoies cum balistis sagittis appositis stare faciebat: & cum frater eius timore horribili inuaderetur timens ab actu gladio vulnerari: & a balistis perfodi ait tyrānus gaude frater hilare ostē de multum. Respondente illo q̄ non posset propter imminentia pericula: inquit tyrānus q̄ nec ipse gaudere poterat eo q̄ in maiori piculo existebat quia in tot forefecerat q̄ sp sibi de morte dubitabat. Valde ergo cauere expedit regi ne conuertatur in tyrānum. nam tyrāni cum hoc q̄ perdunt æternam uitam in hac temporali uita uix unam diem bonam habent eo q̄ semper uident pericula imminere. Rursus pecuniam nō tantum habent tyrāni quantum ueri reges: tum quia oportet eos multa expendere superuacuum: tum etiam quia ueris regib⁹ plus donat ex amore q̄ tyrānis proueniat exprædatione populi. Ex periti. n. sumus tyrānizantes plus uixisse in egestate quā alios ueros reges. Delectamenta etiam corporea non tot habent tyrānni quot ueni reges. nā habere amicos & diligi a populo est maxime delectabile: non confidere de aliquo & credere se odiosum esse multitudini est maxime tristabile. Priuatuer ergo tyrānus a maxima delectatione cum uideat le esse populis odiosum. ¶ Viso tyrānidem cauendam esse quia mala: iniqui principatus diuitium congregantur in ea. Restat uidere esse eam cauendam eo q̄ etiam in ipsa congregant mala peruersi principatus populi. Cū enim populus principatur peruersus non intēdit

qdlibet seruare in sua statu: sed satagit opprime re nobiles & insignes. Hoc etiam tyrānus facit quia ut patet ex habitis ipse pro uiribus nitit op primere excellentes & petimere diuites & insignes. summe ergo est cauenda tyrānides a rege in qua tot mala congregantur..

¶ Quod summe expedit regibus & principibus recte gubernare populum & cauere ne tyrannizet quia multis de causis contingit subditos insidiare tyrānis.

Cap. xiii.

Voniam hunc librum composuimus propter eruditionem regum & principum ut recte & debite gubernent populum sibi cōmissum. cum deuiae a recto regimine sit tyrānizare & iniuriari subditis & non intendere commune bonum: licet pluribus uis ostenderimus per iam dicta detestabile & periculose esse regiæ maiestati tyrānizare & non recte gubernare populum: non piget adhuc nouas vias adducere ad ostendendum hoc idem. Volumus autem declarare in hoc capitulo q̄ q̄ multis de causis subdi insidiantur tyrānisi & quia ualde est periculosa uia tyrannica & deuiaatio a recto regimine. Iō reges cura peruigili stude debent ne delinquentes rectum gubernaculum tyrānizent. Narrat autem philosoph⁹. v. poli. vii. causas quare subdi tyrānisi insidiantur. ¶ Prima est propter timorem nam multi pusillanimi existentes cum nimis timent & non credunt se posse euadere quasi desperantes inuadunt alios: & efficiuntur probis. Vnde & proverbialiter dicitur q̄ nimis fugam timidum qui compellit esse audacem. Sic etiam & alia animalia quasi cōmuniter timet hominem & nisi credent se ledi ab eo ratio aut nunq̄ inuaderent ipsum. Bestiæ ergo ut plurimum timore cōpulsæ insidiantur homini & inuadunt eum. Hoc ergo modo multo tiens subdi insidiantur tyrāno & perimunt ipsum tyrānum timēte se offendit ab eo. ¶ Secunda causa propter quam subdi tyrāno insidiantur est iniuria quam passi sunt ab ipso: naturale est ergo desiderare vindictam propter quod omerus dicebat iram dulciorē esse melle quia est appetitus penæ in vindictam. Quia ergo sic est delectabile vindictam exposce re multi insidiantur tyrāno: & propter uehāmē tem iram aliquando inuadunt ipsum uolentes latas iniurias vindicare. ¶ Tertio insidiantur ali qui tyrāno & aliquando perimunt ipsum quia ut plurimum tyrāni faciunt ea per quæ se contēnibiles reddunt nam cum non querat bonum commune: sed delectationes coporis: ut plurimum non sunt sobrii: sed gulosi uel noui sunt casti: sed dant operam uenereis & quia hoc agētes se contēnibiles reddunt de facili inuaduntur. Exemplum bonum recitat philosophus. v. politi. habemus in sardinapolo. & dio. sardinopolis uero sprāto communi bono totum se dedit uenereis. Quidam uero dux contemnens eum eo q̄ uitam pecudum elegisset inuauit &

peremit ipsum. Sic et̄ dio. tyrānizans & curans magis de gula q̄ de bono cōi contemnebatur a subditis eo q̄ quasi sp̄ eset ebrius. Quidam ergo nomine diō uidens ipsum quasi sp̄ esse ebriū pp̄ despectionem insurrexit in ipsum. ¶ Quarto hoc fieri contingit pp̄ honorem aut pp̄ lucrū adipiscendum: nam cum honor & gloria inter bona exteriora sit bonum maximū multi uidentes tyrānum non quærere nisi honorem & gloriam pp̄ priam & non honorare subditos & non quærere cōe bonum uolētes adipisci honorem & gloriam quā conspiciunt in tyrāno: inuadūt eum & perinunt ipsum. Sic etiam quia multi reputant pecuniam esse maximum bonum uidentes tyrānum non intendere nisi ad lucrum propriū: & ad congregandam pecuniam inuadunt ipsum & accipiūt thesauros eius. Vnde dī v. pol. q̄ quidam tyrānos inuadunt uidentes lucra magna & honores magnos existētes i ipsis. ¶ Qui to siunt insidiæ tyrānis ab aliquibus non ut posseident monarchiam: sed ut uideant facere actiones aliquas singulares. Volunt. n. aliqui esse i ali quo nomine uel in aliqua fama. Ideo ut nominent faciunt aliquid mirabile & aliquod singulare factum & q̄a insurgere cōtra tyrānum repudiant populi ualde stupendum. Ideo contra ipsum insurgunt. Sed tales qui pp̄ hanc causam facientes ipetum in tyrānum ut ait phūs sunt paucissimi numero: supponi. n. oportet eos nihil curare ut saluentur. ¶ Sexto contingit aliquos insidiare tyrānis & perimere ipsos ut liberent partiam ab opprēsione eoz. His ergo de causis siunt insidiæ contra tyrānum. Ne ergo siunt insidiæ contra regiam maiestatem & ne rex sp̄ dubitet ne perimat a subditis: summa diligentia caue re debet ne conuertant in tyrānum. nam si non iniuriaſ subditis est continens & sobrius & non eligit uitam bestiale & contemptibilem honorat insignes & alios existentes in regno ut requiri eorum status: non de pauperet nec opprimat eos: & in oībus se habet non ut tyrānus: sed ut uerius rex: inducit oēs existētes in regno ad amorem eius & tollit ab eis oēm materiā & causam quare insidentur ipsi.

¶ Quod maxime rex cauere debet ne efficiatur tyrānus eo q̄ pluribus modis corruptatur tyrānides q̄ regius principatus. Cap. xiii.

Icet p multa capitula præcedentia iduximus reges & principes ut non tyrānizent. sed ut recte regant populum sibi cōmissum adhuc in hoc capitulo uolumus alias rōnes adducere ostendentes q̄ si reges cupiant suum durare dominium sūmo ope stude re debent ne efficiantur tyrāni eo q̄ tyrānides & principatus puersus pluribus modis corrupti p̄ rectus & regius principatus. ¶ Narrat autē phūs. v. poli. tres modos corruptionis tyrānidis dicēs tyrānidem corrupti a se: a tyrānide alio & a regno. Corrupti. n. tyrānides a seipſa nam ut dicebat supra malum seipſum corrupti: &

interdum sic importabile sit. tyrānides ergo pp̄ peruersitates & nequitias quā congregantur in ipsa corruptitur & durare non pōt. Ideo dicit in poli. q̄ tyrānides quāto intenſior tāto minus durat. Iustitia. n. urbanitates seruat quare cum a iustitia recedit præparati via ut corruptaf pricipatus ille. Pollicia ergo q̄to de se magis a iustitia recedit tanto ex se habet ut facilius corruptatur. Restat ergo & principes si uolunt suum durare dominium sūme cauere debet ne a iustitia deuiantes in tyrānidem conuertaf & si eos alii. q̄o tyrānizare contingat suam tyrānidem pro viribus moderare debent quia quāto remissius tyrānizabunt tanto durabilius principabuntur. ¶ Secundo tyrānides corruptitur ab alia tyrānide contraria: nam licet bonum non contrarie tur bono eo q̄ bonum sit uno modo malum tñ potest contrariari malo eo q̄ esse habet multipli citer. Contingit. n. uno modo percutere signū pp̄ quod in hoc non est diuersitas nec contrarias: sed contingit multipliciter deuiare ab ipso quare in deviationibus contrarietas esse potest: ut si multum opponitur paucō: projectio ultra signum contrariatur projectioni circa: & projectio in dextrum projectioni in sinistrum. Sicut & in proposito pricipatus rectus non contrariat recto principatu: sed puersus peruerso. Una ergo tyrānides pōt contrariari alii & corruptere ipsam ut tyrānides populi contrariatur tyrānidi monarchiæ. & una monarchia tyrānica contrariatur alii. cum aliquis monarchia uel aliquis unus princeps tyrānizet in populū: gens illa opprēſsa non uales sustinere tyrānidem principis insurget & tyrānizat in ipsum eum perimens uel expellens totus ergo populus efficitur quasi unus tyrānus contra principem & tyrānides populi corruptit tyrānidem monarchiam. Sic & una tyrānides monarchia corruptit aliam: quia multotiens unus monarchia tyrānus insurget in alium ut obtineat principatum eius. Debent ergo cauere reges & principes ne tyrānizent cum tot modis dissoluat tyrānicus principatus. ¶ Tertio dissoluat tyrānides non solū pp̄ seipſam uel pp̄ tyrānidem aliam. Sed et̄ ppter regnum nam non solum malum contrariatur malo. Sed et̄ bonum malo contrariaf. Non solum. n. tyrānus tyra no obuiat. Sed et̄ & rex si uiderit expedire tyra no se opponit. Tot ergo discriminibus oppositus ē tyrānus. & tot modis habet dissoluī eius principatus. Regium autem dominium nō tot periculis exponitur nec tot modis habet dissoluī. nam licet tyrānus satagat pro viribus uerum regem op̄timere nullus tamen uerius rex uero regi se opponit. nam nullus bonus & uirtuosus insequitur alios bonos & uirtuosos: sed eos pro posse saluat & promouet eo. n. ipso q̄ aliquis bonis & uirtuosis se opponeret: deficeret eē bonus & uirtuosus. Debet ergo regiam maiestatem sūmo studio cauere tyrānidem ne prædictis periculis exponatur.

**C**Quæ sunt quæ soluant dominium regium: & quot oporteat regem facere ut se in suo principatu conseruet.

Cap. xv.

Angit autem phus. v. poli. x. quæ policiam soluant & q̄ oportet facere regem ad hoc ut se in suo principatu p̄seruet. **P**rimo est nō permettere in suo regno transgressiones modicas: nā multæ modicæ trāsgressiones ut ait phus æquans uni magnæ. sicut multæ parvæ expensæ æquivalent uni magno sūptui. Parvæ. n. trāsgressiones si multæ sint disponunt ad disgressiones magnas. Nā qui minima negligit paulatim decidit in maiora. Principis ergo est obstandū & inhibēdæ sunt obliquitates etiam modicæ. **S**ecundū præseruās polliciam & regnū regiū est bene uti his qui sūt in regno. Introducendo eos ad aliquos principatus honorando eos & non iniuriando eis. Nam ut innuit phus in poli. bene uti ciuibus non solum præseruat polliciam rectā: sed etiam principatus ex hoc durabilior reddit. Dato ergo q̄ in ipso sit aliquid obliquitatis admixtum. **T**ertiū est incutere timorem hiis qui sunt in pollicia. nam corruptiones longe scdm rem prope aūt scdm timore polliciam soluat ciues. n. magis sunt subiecti principi & plus ei obediunt si ex timoribus corruptionē timeāt. Guerra. n. exterius tollit seditiones intrinsecas & reddit ciues magis unanimes & concordes. **E**xemplū aūt huiusmodi habemus in romanis qui postquā defecerunt exteriora bella infra seipso bellare cœperūt. Est aūt hæc cautela utilis solum duobus principatibus ut principatiū constituto ex hominibus assuetis ad bella: & principatiū in quo quis principari cœpit. hoies. n. bellatores & assueti ad prælia quibus non sūt curæ de uirutibus aliis nisi de fortitudine scdm phūm. vii. polliticorum assūmilant ferro quod dum est i continuo exercitio claritatē hēt: sed si diu remanet in officiōsum rubiginem contrahit & sic tales bellantes sunt obedientes principi. Vocantes uero nesciūt debite se h̄re: quare talibus ut debite se habeāt semper incuciendi sunt timores bellici & correctio-nes extrinsecæ. **R**ursus si quis sup aliquos de nouo principari cœpit quia contra talē principatiū facilius insurgit ne ciues iſurgat in principē: & magis unanimiter obedienti incutiēdi sūt illis timores de extrinsecis periculis imminentibus: sed si regnum diu in statu perstiterit & dñs ille sit naturalis ita q̄ quasi non sit in memoria hominū ex quo ille & antecessores sui obtinuerūt huiusmodi principatum tanta cautela non magnam utilitatem habere uidetur. **Q**uartum autem q̄ pollicia habere uidetur: est cauere seditiones & contentiones nobilium: nā baronibus & hoc ponendo eis leges quia legibus non de facili cōtra dicitur: sunt enim in regno tales leges insti-tuendæ ut per eas sedari possit contētiones nobilium: nam baronibus dissidentibus sunt seditiones in regno & per consequens fit præpara-

mentum ut dissoluat regius principatus. **Q**uicum est diligenter aspicere quomodo se habeāt quos maiestas regia honorauit & promouit ad aliquam præposituram uel ad aliquem principatū aut magistratum nihil adeo regnum conseruat & polliciam saluat sicut præficere homines bonus & virtuosos & conferre eis dominia & principatus quare maxime saluatuum polliciae. Est etiam regiam maiestatem considerare diligenter quos præficit in aliquibus magistratibus: & si bene se habuerint augere eorum dominia. Si male minuere uel adeo male se habere possent q̄ essent totaliter a domino remouendi uel etiam capitali sententia condemnandi. **S**extum est nulli magnum dominiū conferre. nam magna dominia ex nimia bonitate & fortitudine ut plurimum corruptit mentes hominum ut si ant transgressores iusti. Est aūt hæc cautela maxime utilis ad homines de quibus rex certam & diutinam experientiam non accepit. Ideo potissime obseruandum est ne repente constituat aliquis in maximo principatu. **S**eptimum salvans regnum & polliciam est regem siue principantem habere dilectionem & amorem ad bonum regni & ad polliciam in qua principatur. Quicūq; enim amat sollicitatur & timet ne aliz quod inconueniens accidat circa amatū. timor autem consiliatius facit ut dicitur. ii. rhetorico rum ibi enim est magna salus ubi & multa consilia. quare si rex bonū regni diligat saluabit regnum: quia timens ne in regno aduersa contingant adhibebit multa consilia q̄ualiter possit bona regni promouere & periculis imminentibus obuiare. **O**ctauum saluās regnum & polliciam est habere ciuilem potentiam: nam ut dicit in magnis moralibus iusticia urbanitates cōseruat. Sed iusticia in regno conseruari non potest nisi per potentiam ciuilem puniātur transgresores iusti. Debet enim rex aut princeps si uult seruare iustitiā & uult punire transgressores iusti habere multos exploratores & multos inquisitores inuestigantes facta ciuium & inquirentes unde ciues accipiunt quod expendunt & quomodo possunt reddere rationem sui uictus: nā qui huiusmodi rationem non potest reddere si. gnū est q̄ ex furto uel ex male ablato uiuat. Sic enim faciendo ista poterit seruare iusticiam & p̄seruare regnum a maleficiis & transgressoribus iusti. **N**onum est maxime salvans regnum eē regem bonum & virtuosum. Nam ut dicitur. v. politi. maior uirtus requiritur in custodia ciuitatis & regni quam in duce exercitus. Nam in duce exercitus requiritur potissime experientia. Sed custos ciuitatis & custos regni totius oportet q̄ sit virtuosus & epyetes idest super iustus: decet enim tamē esse quasi semideum ut sicut alios dignitate & potentia excellit: sic eos bonitate superent hoc enim maxime saluabit regnum & polliciam si rex sit bonus & virtuosus quia itē de bono regni & communī. **D**ecimum enim

est regem non ignorare qualis sit illa pollicia secundum quam principatur & quae eam possunt saluare & corrumpere talia autem maxime scire poterunt per experientiam: nam cum quis diu expertus est regni negotia de leui arbitrari poterit qui bonum statum regni corrupti & saluat. ¶ Decet ergo regem frequenter meditari & habere memoriam praetitorum quae contingunt in regno quomodo iudicata fudavit & quomodo temporibus retroactis melius conservatus fuerit bonus status regni ut sciatur cognoscerre qualiter principari debeat & quae corruptum & saluat regnum & gubernationem regni quia his ignoratis recte regnum gubernare non poterit.

¶ Quae sunt consiliabilia & circa quae oportet consilia adhibere.

Cap. xvi.

Icebatur supra quatuor consideranda d' esse in regimine ciuitatis uidelicet principem. consilium. prætorium. & populum. postquam ergo auxiliante deo determinauimus de principe & distinximus quot sunt genera principatus & qui illorum recti & qui illorum peruersi & declarauimus regnum esse optimum principatum. & tyrannidem pessimum manifestauimus autem quod sit regis officium & quae oporteat ipsum facere ut recte regat populum sibi commissum. probauimus quod decet multis uis regem uigilenti curam assumere ne conuerratur in tyrannum quantum spectat ad præsens negotium sufficienter tractauimus quae circa principem sunt dicenda. Restat ergo de consilio pertransire quae tractanda sunt circa ipsum. Sed cum dicat philosophus. iii. ethi. consiliabitur utique aliquis non pro quibus consiliatur insipiens: insanus: sed pro quibus sapiens & intellectum habens. Ideo primo uidetur est quae sunt consiliatius. & circa quae debent fieri consilia netaquam ignorantibus consiliari uelimus de quibus non sunt consilia adhibenda. ¶ Possimus autem tangere sex quantum ad præsens spectat quae sub consilio non cadunt. ¶ Primo enim quae cuncte sunt mutabilia consilium nostrum subter fugiunt: nam ideo consiliatur ut regulemur in actionibus nostris & ut uitemus mala & ut consequamur bona quae ergo uitari possunt & quae mutationi non subiaceant sub consilio non cadunt. Ideo dicitur. iii. ethi. quod de eternis. id est immutabilibus nullus consiliatur. nullus enim quod est consilium de diametro si est commensurabilis coste uel de quocunque immutabili. ¶ Secundo etiam consiliabilia non sunt quaecumque mobilia si semper uniformiter mouentur. Nam quae semper uniformiter mouentur secundum quod huiusmodi sunt quandam necessitatem habent consiliabilia autem non sunt necessaria sed contingencia. Ideo dicitur in ethi. quod de his quae semper sunt in motu & quae semper uniformiter mouentur: puta de uersionibus solis & de ortibus siderum nullus consiliatur. sidera enim licet mouentur

tamen quia semper sunt in motu nec propter nostra opera in mutari possunt eorum cursus. Ideo circa talia non est consilium adhibendum. Si autem circa talia cadit consilium hoc non est secundum se prout deseruiunt actionibus nostris ut quia aliqua humana opera congruentius fiunt tempore calido. Aliqua uero tempore frigido cursus si derum quae inducere habet secundum diuersa tempora calorem & frigitatem: non per se: sed per accidentes potest sub consilia cadere. ut sciamus quo tempore quae opera sunt fienda. ¶ Tertio non sunt consiliabilia & quae sunt frequenter si sunt ex natura. Ideo de imbris qd semper sunt tempore yemali & de caumatibus quae sape continent tempore aestuali non habet esse consilium quia talia naturalia sunt & non dependent ex operibus nostris. Ideo de eis non consiliatur nisi ut deseruiunt operibus nostris. hoc ergo modo sicut & circa cursus siderum & circa quae cuncte alia deseruentia humanis actibus: bene ergo dicuntur in ethi. quod de siccitatibus & imbris non est consilium. ¶ Quarta non sunt consiliabilia quae etiam sunt raro si ex fortuna contingunt nam quicunque consiliatur uult ex electione uel ex intentione aliquid adspici. quae ergo praeter intentiunem eueniunt consiliabilia esse non possunt. Ideo dicitur in ethi. non esse consilium de his quae sunt a fortuna puta de thesauri iuettione. ¶ Quinto non sunt consiliabilia omnia humana opera: quia non cadunt sub consilio nostro: opera illorum hominum quae propter nostra facta mutari non possunt. Ideo dicitur in ethi. quod qualiter utique scire optime conuersentur: nullus lacædemoniorum consiliatur: nec etiam nulli galici consiliantur qualiter optime uiuant indii. consiliabilia ergo non sunt immutabilia nec uniformia semper. nec quae sunt a natura: nec quae a fortuna: nec omnia humana cadunt sub suo consilio: sed solum consiliatur de his quae sunt operabilia per nos: nam ut dicitur. iii. ethi. singuli autem hominum consiliantur de his operabilibus quae fieri possunt per ipsos. ¶ Sexto non sunt consiliabilia omnia quae per non fieri possunt: nam quaecumque finaliter per opera nostra adipisci intendimus sub consilio non cadunt. nam consilium non est de fine sed his quae sunt ad finem. oportet enim in consilio præsupponere finaliter intentum & non consiliari de ipso. sed de his per quod consequi possumus illud. Medicus enim quia finaliter intendit sanitatem non consiliatur utrum sanare ægrum: sed hoc accipit tanquam certum & notum ægrum sanandum esse & consiliatur de uis per quas facilis & melius sanetur: sic rector ciuitatis & regni non consiliatur utrum ciues inter se pacem debeant habere & utrum regnum oporteat esse in bono statu sed hoc accipit tanquam certa & nota & consiliatur quomodo melius fieri possint. Sunt ergo consiliabilia quae dependent ex operibus nostris & non sunt finaliter intenta. nec se habent ut finis: sed ut ea quae sunt ad finem.

**C**Quid est consilium & qualiter consilia sunt fienda.

Cap. xvii.

St autem omne consilium qdam quæ  
stio quia ut dicitur. vi. ethi. consilians  
autem siue bene siue male consilietur:  
quærerit aliquid & ratiociat propter quod quicū  
q; consiliatur quærerit non tñ econuerso. nam ut  
dicit. iii. ethi. licet omne consilium sit quæstio  
non tamen omnis quæstio est consiliū. Si enim  
consiliabilia sunt solum quæ dependent ex ope  
ribus nostris consilium erit qstio nō de quibus  
cūq; sed solum de agibilibus humanis: possunt  
autem circa speculabilia & circa naturas rerū &  
circa æterna fieri qstiones multæ. sed huiusmo  
di qstiones consilia dici non debent. **C**Viso q/  
dem consilium quia est qstio agibilium huma  
norum restat uidere qliter est consiliandum &  
quem modum in consiliis h̄e debemus. Sūt at  
quantum ad præfens spectat lex obseruanda ut  
sciamus qualiter sit consiliandum. **C**Primum ē  
quia quanto aliquid est magis determinatū tā  
to minori eget consilio. Immo si omnino deter  
minatum esset nulli egeret consilio. Ideo quarto  
ethi. quod circa certas operationes disciplina  
rum non est consilium: puta de litteris. nō enim  
consiliatur scriptor nisi sit omnino ignorans q.  
liter debeat scribere litteras quia hoc sufficiens  
ter determinatum est per artem scribendi. **C**De  
his ergo sunt consilia quæ possunt fieri per nos  
& non sunt omnino certa & determinata quali  
ter fieri debeat. Ideo dubitamus & consiliamor  
circa ipsa. Est ergo unus modus in consiliis adhi  
bendus q; quando aliquid factum regni propo  
nitur quanto pluribus modis fieri potest & quā  
to minus habet certas & determinatas vias tan  
to per plus tps est consiliandum ut de illis uiis  
facilior & melior eligatur. **C**Secundo est in cō  
siliis attendendum & consiliemur de quibuscū  
q; minimis sed de magis dicebatur enim supra  
q; timor consiliatiuos facit: qui ergo consiliatur  
videtur timere & dubitare ne aliquo infortuio  
continentे deficiat a consecutione optari boni:  
uel incurrat aliquod damnum. uel aliquod ali  
ud malum. Quæ ergo sūt ualde modica ut quæ  
sunt apta nata efficere paruū bonum uel prohi  
bere modicum malum non sunt consiliabilia: ē  
ergo modus attendendum in consiliis ut de ma  
gnis consiliet negotiis. **C**Tertio cum consiliari  
uolumus debemus alios assumere nobiscum in  
ter quos conferamus de negotiis fiendis. nam li  
cit homo inter seipsum possit inuenire vias &  
modos ad aliquid peragendum attamē impru  
dēs est qui solo suo capiti inititur. & renuit alio  
rum audire sententias. Magnæ enim prudentiæ  
est in consiliis hunc habere modum: ut cum ali  
is conferamus quid agendum quod ex duobus  
patet. nam consilia ut dictum est debent de reb⁹  
magis. In talibus autem nullus debet omnino  
sibi credere & proprio sensu inniti: sed debet ali  
os ad se uocare sciens q; plura cognoscere posse

sunt multi quam unus. Ideo dicitur. iii. ethi. cō  
siliatores assumimus in magna discredentes no  
bis ipsis uelut non sufficiētib⁹ dinoscere. **C**Rur  
sus hoc idem patet ex eo q; consiliū est circa agi  
bilia particularia in quibus multum ualet expe  
rientialia. nam in talibus ut dicitur primo metha  
plus proficit expertus quam artifex quare cum  
plures plura experti sint quam unus solus: decet  
ad h̄mōi negocia alios adnotare ut per eorum  
consilium possit eligi uia melior quales autem  
esse debeant consiliarii adnotandi in prosequē  
do patebit. **C**Quarto est in consiliis attenden  
dum ut secreta habeantur quæ ibi dicuntur: nā  
multa negotia disturbantur ex reuelatione con  
siliorum. Inde forte consilium nomen accepit.  
Dicunt enim aliqui q; consiliū quasi idem est q;  
desidium: dictum est autem consilium: quia plu  
res simul concedere debent: sed forte melius di  
cere possumus q; consilium dictum sit a con &  
sileo ut illud dicatur esse consilium & simul ali  
qui plures silent & tacent. Nam maxime est hoc  
in consiliis attendendum. & maxime in consili  
is ubi tractat̄ negotia cōmunia & facta regni:  
ut unusquisq; consiliarius adiecta dilectione pri  
uati boni. solū aspiciat ad cōmunem pfectum:  
& ut regni pfectus impediri non possit: secre  
ta tenere debet quæ ibi sūt tradita. Hoc enim fu  
it q; apud romanā rem publicam exaltauit fide  
litas consiliantium: quibus quicquid per consili  
um in eorum auribus dicebatur adeo secretum  
erat ac si non audissent illud. Vñ ualerius maxi  
mus scđo libro de factis memorabilibus capitū  
lo de institutis antiquis cōmēdans romanos cō  
siliatores ait. q; fidū & altū erat secretū consisto  
rium reipublice silentiq; salubritate munitū cu  
ius limē intrantes abiecta priuata dilectione ita  
dilectionem publicam induabant ut non dicā  
unum sed neminē audisse credere q; tam multo  
rum auribus fuerat cōmissum. **C**Quinto est in  
consiliis attendendum ut non loquant̄ ibi pla  
cētia sed uera. Adulatores enim dū principi pla  
cere student uera silentes & placita promulgant  
es exponunt periculo totum principatum uel  
totum regnum. Inde est ergo q; quidam sapiēs  
Aristodes nomie dicebat consiliarios duo in se  
habere debere q; nec essent plani. i. manifesti &  
propalatores consiliorum: nec essent placētes ut  
quod essent adulatores plus curantes loqui pla  
centia q; uera. Sic etiam ut recitat ph̄s. ii. rethi  
quidam poeta nomine alexander. Videns pria  
mum in consiliis esse secretarium & ueracē con  
mendas eum dicebat iste est qui consuluit ac si  
diceret q; alii respectu eius consiliatores dici n̄  
debent sed magis forte adulatores. **C**Sexto est:  
in consiliis attendendum ut diu consiliemur: &  
si assit oportunitas cito in opere exequamur. nā  
cum adeſt oportunitas operandi & si recte uolu  
mus & non illud facimus hoc est q; ignoramus  
an expediāt illud fieri. bene ergo se habet diligē  
ter quodlibet negotium discutere arduū an uti

le sit illud facere. sed post q̄ per diuturnū cōsiliū est recte cognitum quid fiendum si assit operandi facultas prompte operari debem⁹. bene ergo dictum est quod scribitur. vi. ethi. q̄ cōsiliāmūr multo tempore: operamur autem prompte & q̄ oportet consiliari tarde sed facere consiliata uel lociter.

**T**Quales consiliarios assumere deceat regiam maiestatem. Cap. xviii.

Mnia autem quæ habere debet bene persuadens & bene creditiuus apparet expedit ut habeat bonos consiliarios existenter: Nam ex hoc aliquis persuadet in consiliis & creditur dictis eius. quia extimat bonus consiliarius esse ad persuadendum. Sed ad hoc q̄ aliquis sit bene creditiuus non oportet ipsum esse existenter talem: sed sufficit q̄ uideatur uel appareat talis esse: nam homo iudicat q̄ fortis patent & ex apparentibus. Ideo fit sufficiēter homini fides & redditur ei aliquis creditiuus si extimet illum bonū consiliatorē esse. sed ad hoc q̄ bonus consiliator existat: non sufficit q̄ sit apparenter talis requiri existenter talē esse. bene igitur dictum est q̄ qcunḡ bene persuadens habet apparetē bonus consiliator existenter habere debet. Quare si scire uolumus quales consiliarios habēr̄ deceat regiā maiestatem & q̄ & quot sunt incōsiliis requireda: scire expedit quot modis persuadetur hominibus uel quot modis sit eis fides & inclinantur ad credēdū sermones auditos: hæc aut̄ sunt tria secundum q̄ in omni locutione tria sūt cōsideranda uidelicet dicētē qui loquit̄: auditorem ad quem loquit̄ & rem de qua loqtur. **P**rimo enim esse potest q̄ persuadetur auditoribus & inclinant ad credēdū sermones auditos ex parte dicentis qd̄ continuit si dicens sit bonus uel credas bonus: nam bonus hominibus etiam si nullas rationes assignare sciant: creditur & faciunt fidem auditoribus: sed hmoī fides sumit originem ex parte dicētis: nam quia dicens creditur esse bonus cum tales mentiri nolit de facili creditur eo& dictis. **S**econdo potest fieri cōsideritas auditoribus ex parte ipsorum auditorum quod contingit si proferēs sermones sit beniuolus & amicus: nam sicut homines cōmuniter & ut plurimū decipiunt circa seipso & credant se plus ualere q̄ ualeant & eē magis sapientes q̄ sint. & in negotiis fiendis cōmuniter credunt homines plus uidere q̄ uideat & magis loqui ad propositū q̄ loquunt sic quia amicus reputatur alter ipse cōmuniter decipiūtur homines circa amicos. Nam ut dicit̄ in reth. amantes & odientes non pariter iudicam⁹. Cōmune est enī ut amicorū facta ut plurimū defēram⁹ in bonum: & inimicorū in malū. Passiona- mū. n. circa amicos sicut circa nos ipsos ut credamus eos plus ualere quā ualeat & esse meliores q̄ sint. Quare si auditores credunt beniuolus & amicus uel eis quos estimant esse. Huiusmodi cōsideritas sumit originē ex parte ipsorum audi-

torum ad quos est sermo quī ex se passionans & inclinantur ut fidem adhibeant eis quos putant amicos esse. **T**ertio fit cōsideritas ex parte ipso rum rerum quod contingit si dicens sit prudens uel credatur esse prudens: nam prudentis est sci- re & cognoscere ipsas res: negotia agibilia: quia ut dicitur primo ethi. unusquisq; bñ iudicat de his quæ nouit: ex ipsis ergo negotiis & ex ipsis rebus de quibus loquitur prudens quia ea scit co- gnoscere & iudicare facit fidem auditorib⁹: hæc autem cōsideritas & hæc persuasio est p se: nam reddere se credibilem & bene persuadere p se ē ex ipsis rebus & ex ipsis negotiis de quibus loq- tur: scire assumere rōnes & argumēta per quæ fi des fiat audientib⁹ & quia prudētes sciūt faceū & qui existimantur prudētes extimātur talia face- re. Ideo ad hoc q̄ aliquis ex rebus de quibus lo- quitur fidē faciat uel oportet q̄ sit prudēs uel q̄ credas esse prudēs. Omnis ergo bene persuadens uel omnis ille cuius dictis creditur & adhibet fi- des: uel oportet q̄ sit bon⁹: uel q̄ amicus: uel pru- dens: & si non existenter apparenter saltem. Itaq; cum dictum sit q̄ quæ bene persuadens & ille cui fides adhibetur debet habere apparenter oportet q̄ bonus consiliator habeat existēter sa- tis. apparet quales consiliatores deceat q̄ tere rex- gijā maiestatem: qa debet quærere tales qui sint boni: & amici & sapientes: ut si boni sint nō mē- tianſ ratione sui: qa bonis displicet omne malū & omne detestabile: mēdaciū autem ut dicitur. iiiii. ethi. per se est malū & detestabile. **S**ecun- do consiliarii. debent esse nō solū boni sed ami- ci ut non solū non mētianſ ratione sui q̄ loquū- tur & qui consiliū præbent sed etiā ratione eius ad quem loquūtur & cui consiliū præbēt: quia amicorū ē amicis uera & bona consulere. **T**er- tio consiliarii debent esse sapientes qa non mēti- ent ex parte rerū de quibus loquunt̄ qa cognos- cent negotia agibilia & scient qualiter sit agen- dū: hæc ergo tria quærenda sunt in consiliariis: uidelicet bonitas amicitia & sapiētia. nam ut re- ste consulant sicut patet ex dictis debent esse bo- ni: & amici & sapientes.

**Q**uot oportet scire consiliarios & circa quot sunt consilia adhibenda. Cap. xix.

I consideren̄ dicta phī. i. reth. v. sūt de quibus consiliarii homines: uidelicet de puentibus: de alimiēto: de custodia ciuitatis: & de pace & bello: & de legislatore: cir- ca hæc ergo. v oportet consiliatores esse instru- ctos. Primo enim contingit esse regis consiliū circa prouētus in quo duo sunt attēdēda. **P**ri- mo ne maiestas regia aliquos prouētus iniuste usurpet a suis conciubibus: probatur enim supra regem debere eē talem qui bonus & uirtuosus tanquam polliciam diligenter existētes in regno promoueret & honoraret quod esse non posset si bona eorum quæ sunt in regno usurparet in- iuste. **R**ursus est attendendum ne in suis pro- uentibus defraudentur: expedit enim regium cō-

silium pro viribus salvare iura regis. eo q̄ huiusmodi bona ordinanda sunt ad bonum communē: ut ad defensionem regni & ad bonum statū eius: decet ergo consiliarios scire introitus & puentus regni: quos oportet peruenire ad regem qui & quanti sunt quatenus: si quis est superflus & iniuste acceptus auferatur si quis uero deficit uel est diminutus apponatur & augeatur. ¶ Secundo debet esse consilium de alimento ut sciat utrum civitas uel regnum cui principatur aliquis rector sufficiat sibi ī alimento & inde seruientibus ad sufficientiam uitiae: considerandum est enim quantum alimento est in regno uel in ciuitate qualibet ipsius regni & quātum est ibi ad ductibile & quorum inductione adduci ualeat: ut circa hæc debita consilia & debitæ ordinatio[n]es fieri possit: non enim modicum consiliadū est circa alimento ut quælibet ciuitas habeat sufficientia ad uitam quia aliter iam non esset ciuitas ut hī dī sufficientibus ad uitā fieri debent debitæ commutationes ut debitæ emptiones & venditiones. Considerandæ enim sunt mensuræ & pondera uendentium & cum expedit taxā dum est præcium uenditionis si ultra q̄ debent uenditores res suas uendere uellent. ¶ Tertio ē consilium adhibendum circa custodiā ciuitatis & regni quod dupliciter fieri habet: nam primo est custodia adhibenda ne insurgat seditiones & malitia inter ciues. Ideo attendendum ē diligenter qui ciuium reputantur boni & qui infames & circa infames maior custodia adhibeatur: si dephendatur male egisse puniantur: uel etiam totaliter extirpentur: quia reges & principes non debent pati maleficos uiuere. Sunt etiā consideranda loca in quibus consueuerunt magis maleficia perpetrari: nam sicut qdā hominum magis iniustificant q̄ alii: sic sunt quædam loca magis apta ad iniusticandum q̄ alia: ut in ciuitate contingit esse uicos aliquos magis esse suspectos q̄ altos: quia iniustificantes ibidem possunt magis latere & effugere puniētes: sic etiam est extra ciuitatem loca aliqua sūt nemorosa & umbrosa magis apta ad iniusticandum q̄ alia: debet ergo adhiberi consilium ut circa talia major custodia præbeat. ¶ Rursus circa custodiā ciuitatis & regni non solum sunt adhibēda consilia propter ipsos ciues uel propter eos qui sunt in regno: ne unus iniustificet in alium sed etiam propter ipsos extraneos. Considerandum enim ē utrum regnum ex aliqua parte possit inuadī: & utrum aliqua ciuitas regni ab extraneis possit suscipere detrimentū: ideo passagia portus introitus &c. talia unde possunt extrinseci ad uenire: non sunt extraneis cōmittēda uel tribuēda: sed sunt diligēter custodiēda uel muniēda. ¶ Quarto habet esse consilium circa pacem & bellum quod non est intelligendum circa pacem ciuitū uel circa eorum bellum: nam pax ciuium est aliquid finaliter intentum: bellum autem est cuius oppositum: de fine autē & de eius opposito nul-

lus sanæ mētis consiliatur: nam non est consilium nisi de his de quibus est dubium eo q̄ consilium sit qdā quæstio: & q̄stio sit dubitabilis p̄positio: de fine: at & de hoc q̄ principaliter intēditur nullus dubitat ipsum esse p̄sequendum. De eius aut̄ oppositio quilibet cognoscit ipsum esse fugiendum. ideo pax ciuium pro uitribus est p̄sequenda & eorum dissentiones & bella p̄ viribus fugienda: & in hoc non est quæstio nec consilium. ¶ Sed utrum cum extraneis debeamus hī pacē uel bella dubitabile esse potest & possunt ad hoc adhiberi consilia circa quod sunt duo consideranda. Primo ut nunquam ci piatur iniustum bella quia iniustificari in alios & eos idebite opprimere per se est malum & fūgiendum: deinde si uisum sit bellum esse iustum consideranda est potentia regni uel ciuitatis: q̄ bellare debet quanta sit & quāta ei potest aduenire extrinsecus. Considerāda est etiam potētia aduersariorumnam scđm phūm. i. reth. ad me liores pacem debemus habere: ad deteriores autem nobis est expugnare uel non pugnare contra eos. Posito enim q̄ potentiores ad quos res stete non ualemus: in nos forefaciant prudētiae est non insurgere in ipsis nisi occurrat oportunitas temporis in quo ex eis congrui possimus uindictas assumere. ¶ Quintum circa qdā sunt consilia adhibenda: est lator legum: nam ut dici tur primo retho. in legibus ē salus ciuitatis. Cōseruātur enim ciuitates & regna per leges iustas quia absq̄ iustitia nequeunt regna iustinere. Debet aut̄ scire regem quot sunt genera dominorū siue quot sunt species principantium & qui principatus est durabilior: & qualiter principatus secundum quē dominat habet saluari & corrumpi ut eligens optimum modū principandi ferat leges iustissimas scđm quas saluari habet principatus ille. Quis sit aut̄ optimus modus principandi & quale debeat ēē regis officium. & quō rex se debeat ī suo dominio p̄seruare fuit in superioribus patesfactum: quare p̄ superius iam dicta coadiuante experientia gestorum particularium quæ continue occurruunt in curiis regū & principū: instrui poterit rector ciuitatis aut regni: qualiter circa lationem legum sit consiliandum & quæ leges sunt ferendæ ut saluetur principatus eius intendimus in capitulis sequētibus de legibus multa inquirere ut simul ex dictis & dicendis melius ueritas patebit.

¶ Quod quantum possibile est sunt omnia legibus determinanda & quam pauciora possunt arbitrio iudicū cōuittenda. Cap. xx.

Via in p̄cedentibus capitulis deter minamus de principe: oñdendo q̄ lis debeat esse princeps & determinamus de consilio: declarando quales debent esse consiliarii & quæ & quot sunt illa circa q̄ ha bet esse consilium. Restat secundo ordinem p̄taxatum ut exequamur de prætorio siue de iudicio inuestigando qualiter iudicandum sit & q̄

sunt genera legum & alia q̄ circa istam occurruūt materiam. Sed cum iudicium fiat per leges aut per arbitrium aut per utrumq. Prisquam ostendamus qualiter sit iudicandum declarare uolumus q̄ quātum possibile est sunt omnia legib⁹ determinanda & quam pauciora possunt arbitrio iudicūm cōmittēda. Quod quadruplici via inuestigare possumus quarum tres tanguntur. i. retho. quātuor uero tāgit. vii. poli. ¶ Prima via sic patet nam pauciores sunt legum conditores quam iudices iudicantes secūdum leges iam cōditas. Nam in qualibet ciuitate oportet esse alii quod prætorium ordinarium ad quod causæ reducantur & litigia exorta in ciuitate illa p leges tamen conditas in una ciuitate regulari possunt ciuitates multæ. Immo eadem ciuitate in qua leges condūt contingit plures esse iudices q̄ legum conditores. nam leges si iuste sint debet esse quasi immortales & immutabiles: quia circa eas nulla aut modica mutatio fieri debet. Iudices tamen iudicantes secūdum illas moriuntur & corrupti punctionur. Contingit etiam absq; corruptione & morte iudices a suo officio removeti & alios in suum locum succedere sibi saltem p successione ipsorum oportet in eadem ciuitate multos esse iudices: eo q̄ ipsi quasi continue inouantur nō tamē sic oportet multiplicare legū conditores eo q̄ leges non sic contnuæ inouari debēt: q̄ si legum conditores respectu iudicū sunt pauci: quia facilius est inuenire paucos sapientes quam multos: ut omnia sapienter disponantur expedit quantum possibile est per legem. omnia determinari & quam paucissima arbitrio iudicū committere. ¶ Secunda via sic ostenditur nam facilius & melius uidetur quid rectum & quid iustum & si illud multo tempore diligēti consideratione discutias q̄ si oporteat statim iudicatiā sententiam proferre. Itaq; cum legum conditores multo tempore & multo cōsilio deliberare possint quales debeat leges ferre. Iudices propter iustiam pertinet & quia non debent lites plongari: sed deprimi nisi tantam habent diurnitatem ad uidēdum quid iustum in proposito: ne igitur in iudicando erretur quantum possibile est sunt omnia legibus determinanda & pauca discretioni iudicium committenda. ¶ Tertia via sic declaratur nam conditores legū leges ferunt in uniuersali & de futuris dicentes quicunq; sic egerit sic puniatur ignorantes an amicus uel inimicus sit illa facturus: & debeat illam subire sententiam nam si scirent q̄ amicus: forte obliquarentur in iudicando & pœnam palliarēt. Si uero inimicus inclinaretur forse in partem oppositam & punitiōnem augerent. Nunc autem quia solum in hoc leges ferant & nesciūt quid in particularibus sit futurum non perueruntur in iudicando amore uel odio inclinati. iudices autē non sic nam iudicūm iudicia non sunt de futuris: sed de p̄teritis nō uniuersaliter: sed in particuliari. Inculantur enim determinatae personæ ad

quas est amare uel odire & s̄æpe talia annexum habent propriū cōmodum. Ideo iudex de facili obliquatur. nam amantes & odientes & ali quod temporale cōmodum considerantes nō æqualiter iudicant: quare ne iudicium iudicū obliquatur: bonum est quātum possibile est omnia lege determinare & quam paucissima arbitrio iudicū committere. ¶ Has autem tres rationes tangit philop̄us. i. retho. dicens q̄ maxime quidem contingit recte positas leges quācunq; possibile est determinare: & præterea paucissima committere iudicantibus. Primum quidem quia facilius est habere unum aut paucos sapientes quam multos: deinde quia legislatores sunt ex cōsideratis ex multo tempore iudicia autem ex suborto & subito. Tertium uero quod est maximum omnium quia legislatores sunt de futuris & in uniuersali: sed p̄fectus aut iudex iudicat de p̄scentibus & determinatis ad quos est amare & odire & quibus propriū cōmodū annexum est s̄æpe. ¶ Quarta via ad ostendendum hoc idem sic declarari potest: nam ut infestatebit oportet aliqua committere arbitrio iudicium quia gesta particularia complete sub narratione non cadūt nec lege omnia complete determinari possunt tamen quantum possibile est omnia legibus sunt determinanda: & quanto pauciora possunt sūt arbitrio iudicū committenda: quia ut dicitur. vii. poli. quanto utiq; minor inimicitia fuerit exequentibus iuditia. tanto magis accipiet finem excutione iuditiorum: quare cum iudex iudicando reos secundum leges non tantam inimicitiam incurrit: quātum si iudicare eos arbitrio proprio ne iudex timore inimicitiae inclinatus differat debito fini iudicia mancipare: quantum possibile est sūt omnia legibus determinanda: & pauca arbitrio iudicū cōmittenda: sufficiēter enim iudex excusatur cū secundum positas leges aliquid iudicat: quia nō uidetur ipse scdm se hoc agere: sed lege compulsus dicitur talem sententiā p̄mulgare. ¶ Qualiter est in iudicio procedendum: & q̄ sermones passionales sunt coram iudice prohibendi.

Cap. xxii.

¶ Tendere debent iudicēs ut in iuditio procedant ut sermones passionales p̄uocantes ad passiones ut ad iram & odium in iuditio prohibeantur. Multi enim litigantium cognoscentes se habere malam causam non amant quid factum & quid non factum: sed conuertunt se ad commouendum iudicem ad iram & odium circa aduersarios & ad benignantatem & misericordiam erga seipso: sed q̄ tales sermones sunt prohibendi triplici via inuestigare possumus. Prima sumitur ex eo q̄ huiusmodi sermones obligare habent iudicē quem esse oportet quasi regulam in iudicando. Secunda uero quia p̄dicti sermones tollunt ordinem iudicandi. Tertia quia quidam sunt in pertinentes ad propositum. ¶ Prima via sic

pater scire enim debemus q̄ iudex in iudicando de litigiis ut recte iudicet sic debet se habere inter partes litigantes sicut lingua uolens discerne re de saporibus uel sicut quilibet aliis sensus uolens discernere de propriis sensibilibus habere se debet inter ipsos sapores uel inter propria sensibilia. est enim sensus media proportio sensibiliū & quam diu non inficitur secundum alterū contrariorum dat rectū iudicium de sensibus ut quā diu lingua non est infecta aliquo humore recte iudicat dicens amarum esse amarum & dulce dulce. Si uero iūcialis colera uel flegmātē uel aliquo alio humore tunc non quasi existens in medio: sed contracta ad alterum contrariorum peruerso ut patet in infirmantibus & habentibus infestum gustum sic iudex quando est medius inter litigantes non declinās ad alteram partem quasi regula recta dicet iustum eē iustum & iniustum iniustum. Si vero ad alteram partem declinet p̄ misericordiam & amicitiam: ab altera uero recebat per iram & odium quasi regula tortuosa peruerse iudicabit: & quia hoc faciunt sermones passionales: permettere talia in iudicio nihil ē aliud q̄ regulam obliquare: quare si inconueniens est permittere obliquari regulam inconueniens est sustinere in iudicio passionales sermones. dato tamen q̄ contingat sustinere aliquos passionales sermones quia ut in sequentibus patebit prōniores debent esse iudices ad miserendum quā ad puniendum potius sustinendi sunt sermones passionales prouocantes ad misericordiā uel benevolentiam q̄ ad odium uel ad iram. Secunda uia omnes passionales sermones permettendos non eē sumitur ex eo q̄ talia peruerunt ordinem iudicandi. in iudicando. n. est ordo quidam qua aliquid est ibi tanquam supremum & aliquid tanquam medium & aliquid tanquam infimum tanquam supremum quidem est rex ipse uel princeps: uel alias legislator: tanquam medium uero est ipse iudex: sed tanquam infimum est ibi reus: uel incusatus uel partes litigantes est enim iudex medius inter legistatorem & litigantes: & q̄a medium aliquid debet accipe ab utroq; extremorum. Iudex tanquam medius aliquid accepit ab utrisq; nam a legislatore accepit quid iustum & quid non iustum. Si enim per leges discernitur quid iuris ab alio addiscit iudex qd iustum in agibilibus humanis per cuius leges regulantur in iudicando a legi ergo latore dicit iudex quid iustum: sed a partibus dicit quid factum uel non factum. Si autem dicit ab eis quid iustum hoc est per accidens inquantū allegant leges cōditas a legum latore: quare cum sermones passionabiles inclinent uoluntatem & faciant apparere aliquid iustum uel non iustum eo q̄ passionari ut amantes & odientes & gaudentes & tristantes non pariter iudicamus permittere passionales sermones in iudicio ē peruertere ordinem iudicādi: q̄a est facere partes legislato

res & tenere supremum gradum in iudicando quae debent tenere infimum: peruerititur ibi talis ordo quia partes passionando iudicem ei faciūt apparere aliquid iustum uel iniustum quod nō est officium partium: sed legislatoris per legis enim latorem uel per leges ab eo conditas oportet apparere iudici quid iustum & quid iniustum non autem hoc debet fieri per partes litigantes uel per sermones passionales a partibus promulgatos. Tertia via sumitur ex eo q̄ tales sermones sunt impertinentes ad propositum & sunt extra negocium iudicandum. nam cum lis sit de aliquo facto uel de aliqua re nihil oportet dici in iudicio nisi pertinens ad rem uel ad negotium de quo est litigium: passionare autem iudicem aut narrare iniurias quas pars aduersa iudici intulit uel narrare bona quae ip̄i iudici contulerūt & hoc modo prouocare iudicem ad maluolentiam partis aduersæ & ad beniuolētiā sui est omnino impertinens ad propositum: quare non sunt talia permittenda.

Quae & quot oporteat iudices habere ut contingat eos bene iudicare.

Cap. xxii.

Ossumus autem. iiiii. enumerate quae p̄ oportet habere iudices ut uera iudicia proferant & ut recte iudicēt. Primum est autoritas iudicandi. Secundum est prudentia legum. Tertium experientia agibilium. & quartum rectitudo uoluntatis. In omni enim litigio quantum ad pr̄sens spectat. iiii. est considerare uidelicet partes litigantes negocium de quo litigant leges secundum quas sunt litigia iudicanda & legistatorem: aut regem aut principem a quo datur autoritas iudicandi: expedit autem iudices ut recte iudicent ad omnia haec debite se habere: nam iudicium non debet esse usurpatū nec temerarium nec iniquum nec pr̄sumptuū sum siue suspiciosum. Iudices. n. si non recte se habent ad legistatorem faciūt iudicium usurpatū. Tunc quidem dicuntur iudices nō recte se habere ad legistatorem quando excedunt autoritatem sibi cōmissam. Secundo dicuntur iudices facere iudicium temerarium si nō recte se habent ad leges: ut si careant legum prudētia nam sine cognitione legum recte causæ iudicari non possunt. Tercio si iudices nō debite se habent ad partes litigantes: facient iudicium iniquum: nam ut patet ex habitis iudex debet esse quasi regula recta media inter utrasq; partes: quare si huiusmodi regula a medio deuiat & ad unam partem declinat per amorem ab alia uero recedit podium oportet ipsum iudicare iniq; quia tūc iudicium nō procedit ex zelo iustitiæ: sed ex amore uel odio partium. Quarto si iudices non debite se habent ad negotia agibilia ut si sint in excepti humanoꝝ actuum faciēt iudicium suspiciosum quia aliquā ex leui suspicioē alios condēnabit nō erit ergo rectum iudicium nisi concurrant ibi autoritas iudicandi prudentia legum: zelus iustitiae & experientia agibilium. Nam sicut in curā

do morbos corporales aliquando plus proficit expertus q̄ artifex eo q̄ habeat notitiam conditionum particularium sic iudicio agibilium & in discussione causalium aliquādo plus p̄ficiunt experti q̄ scientes iura. Omnia ergo prædicta requirunt ad recte & debite iudicandum. Patet itaq̄ quales iudices & quales discussores causae querere deceat regiam maiestatem: nam decet eos tales querere qui sint humiles non excedentes autoritatem sibi cōmissam sicut prudētes in legibus sciētes eas applicare ad litigia exorta habet zelum iustitiae uel ut non ex amore uel odio partium: sed ex dilectione iustitiae sentētias proferunt. Habeant experientiam agibilium ut cognolentes particularia acta melius discutiant causas.

**C**Quæ & quot oporteat considerare iudices ut indulgeant h̄umanis ut sint clēmentes potius q̄ crudeles.

Cap. xxiii.

Vantum ad præsens spectat. x. enumere possumus quæ uideſ tangere philosophus. i. reth. ad quæ decet respicere iudicē ut h̄umanis indulgeat & ut sit clēmēs potius q̄ severus. Primum est ipsa natura humana. Secundū legislator. Tertium pius intellectus legum. Quartum operantis intētio. Quintum multitudo bonorum operum. Sextum diuturnitas ipsis retroacti. Septimum excessus bonitatis supra maliciam. Octauum patientia accusati. Nonum corrigibitas peccantis. Decimum subiectio delinquentis. **P**rimo. n. ipsa natura humana clamat p̄ clēmentia delinquentis: nam cum natura humana de se sit debilis & mutabilis & pna ad malum si contingat aliquem delinquere. infirmitas naturæ supplicat prouenia. Ideo dicitur. i. retho. q̄ ep̄yelres ē indulgere h̄umanis. Dicitur. n. esse ep̄yelres qui est supra iustum siue supra iustitiam. philosophus igitur parcentem h̄umanis appellat supra iustum quia clēmentia est extollenda supra ueritatem & supra iustitiam. **S**ecundum q̄ inclinare debet iudicem ad clēmentiā est ipse legislator: nam forte ipse rex uel ipse princeps cuius est leges ferre si consideraret conditions peccantis indulgeret eis quare si iudex hoc potest opinari q̄ legislator dispensaret in legibus & parceret reo magis debet agere cū eo misericorditer q̄ crudeliter. Ideo dicitur. i. retho. q̄ iudicans potius debet respicere ad legistorem q̄ ad leges. **T**ertium inclinans ad pietatem est peius intellectus regum. Leges. n. ad terrendum delinquentes quādam ampliorem seueritatem continent: quare si legum uerba ut terrent peccantes sunt amplioris seueritatis conteniuia decet ut per plūm intellectum modereſ supplicii magnitudo: hoc ē ergo quod dicitur. i. retho. q̄ iudicans non debet respicere ad uerba legum: sed ad intellectum legis. **Q**uartum ē intentio operantis: nam licet de quo incūtur aliquis sit de genere malorum ipse forse non habuit prauam intentionem uel si habuit adeo prauā

**T**a propter commutationes & contractus. Dicebatur enim supra cum de legibus tractabamus quod facere commutationes & contractus erant secundum ius gentium: & erat proprium humano generi. Quia enim nullus homo: habet omnia sufficientia ad uitam: nisi commutet ea quibus abundet in illa a quibus deficit. Ideo necessariae fuerunt emptiones uenditiones commutationes. constituta fuit ciuitas ut homines simul coiuuerent. **C** Quintum bonum ad quod ciuitas ordinatur est communicatio connubiorum. Nam homines simul conuiuentes adiuicem amicis contrahunt: & ut firmius se diligent. uel propter aliquod aliud bonum quod uident inde consurgere iungunt connubia & fiunt adiuicem a fines. **S**extum bonum propter quod est ciuitas constituta est uiuere eligibiliter & uirtuose. Nam magis possunt puniri delinquentes & malefici: si homines simul conuiuant in ciuitate: quam si morarentur dispartim & uitam solitariam ducerent. Inde est igitur quod timore poenae multi desunt malefacere & assuecant ad operationes bonas quod faciendo disponuntur & fiunt boni & uirtuosi. **Q**uoniae igitur uirtutes & opera uirtuo sa sunt maxima bonorum: licet propter omnia praedicta bona sit aliquo modo ciuitas constituta. Potissime tamen constituta est propter uiuere eligibiliter & uirtuosae. quod si maiori fine & maiori bono quod intenditur in re accipienda eius notitia. Bene dictum est quod dicitur. **i.ii. polli.** quod unitas loci communicatio connubiorum compugnationis gratia: commutatio rerum: & cetera talia sunt ea sine quibus non habet esse ciuitas. Principaliter tamen: est ciuitas constituta: propter bene & uirtuose & feliciter uiuere. Si igitur queratur quid est ciuitas. Dici debet quod est communicatio ciuium propter bene & uirtuose uiuere: & propter perfectam & per se sustinentem uitam. **V**iso quid est ciuitas: de leui uideri potest: quid est regnum. Nam regnum supra ciuitatem uidetur addere multitudinem nobilium & ingenuorum. Est enim ciuitas pars regni. & in regno est maior multitudo: & sunt plures nobiles & ingenui quam in ciuitate una. **P**otest ergo sic diffiniri regnum. quod est multitudo magna in qua sunt multi nobiles & ingenui: uiuentes secundum uirtutem ordinati sunt sub uno uiro optimo: ut sub rege. Viuere enim secundum uitatem est finis principaliter intentus in quolibet ciue: in qualibet ciuitate: & in toto regno. Nam secundum philosophum in politicis. Idem finis est unus ciuis & totius ciuitatis. Sic etiam dicere possumus: quod idem est unius ciuitatis: & totius regni. **D**ebet n. rex si sit uerus & rectus idem intendere in uno ciue: & in tota ciuitate & in regno toto. Nam cura peruigili studere debet: ut quilibet ciuis uirtuose habeat: ut tota ciuitas uirtuosa existat: & ut totum regnum bene & uirtuose uiuat. Sed si quilibet ciuis debet uirtuose se habere. quia secundum philosophum in politicis. secū

dum quod aliquis excedit alios in potentia & dignitates: sic debet eos excedere in bonitate & uirtute. decet nobiles & ingenuos esse magis bonos & uirtuosos quam ciues alios: propter quod regem ipsum tamquam omnibus excellentiorem decet esse optimum & quasi semideum. Inde est igitur quod regnum dicitur esse multitudo: in qua sunt multi nobiles & ingenui: non quoconque modo se habentes: sed uiuentes secundum uirtutem: & ordinati sub uno uiro optimo ut sub regne. **O**stenso quid est ciuitas: & quid regnum de leui patere potest qualis debeat esse populus existens in ciuitate & regno. **N**ā si ciuitas & regnum principaliter ordinatur ad uitam bonam & uirtuosam. habitatores regni: & populum existentem in ciuitate & regno: oportet esse tales: quod uiuat bene & uirtuose. In est ergo quod ait philosphus tertio politicorum. quod magis est ciuis abudans in bonis operibus uirtuosis. quam sibi abudaret in diuinitate: uel in nobilitate generis: uel aliis exterioribus bonis. Credunt ergo multi esse ciues: & esse de regno si in regno habeant domos multas possessiones magnas: sed magis sunt de regno abundantes in operibus uirtuosis & obseruantes leges rectas & statuta regni quam habentes nobilitatem generis ciuilem potentiam & multitudinem ipsorum bonorum exteriorum. **Q**uod tunc est optima ciuitas & optimum regnum & optimus populus quando est in multis personis mediis constitutus. **Cap. xxxiii.**

**V**arto politcorū ait philosophus quod tres oportet esse partes ciuitatis. Nam huius quidem sunt opulēti ualde. Huius autem egeni. Huius uero tertii sunt horum medii. Hoc ergo modo quo diuisa est ciuitas. in tres diuidi potest quilibet populus. & quodlibet regnum. Intentio autem huius capituli est ostendere optimam esse ciuitatem & regnum: si ibi sit populus ex multis personis mediis constitutus. **T**angit autem philosophus quarto politico rum quattuor ex quibus sumi possunt quattuor viæ: ostendentes meliorem esse policiam uel melius esse regnum & ciuitatem: si ibi sit populus abudans in multitudine mediarum personarum. Prima uia sumitur ex eo quod talis populus magis rationabiliter uiuit. Secunda ex eo quod inter ipsos habet esse maior dilectio. Tertia: quia ibi maior æqualitas. Quarta quia est ibi minor inuidia: & minor contemptus. **P**rima uia sic patet. Nā si in populo sint multi ualde diuites: & multi uale de pauperes & paucæ personæ mediæ: uix aut nunquam rationabiliter uiuet. Nam multum diuites: ad multum pauperes nesciunt rationabiliter se habere: sed modica occasione sumpta eis manifeste nocent. Sic etiam multum pauperes ad nimium diuites nesciunt se rationabiliter gerere. Insidiantur enim eis quomodo possint astute & latenter eorum deprædari bona. Sed si in populo sint multæ personæ mediæ: cessabunt his

iusti modi documenta: & de facili rationi obediunt. Hoc est quod dicitur poli. quarto qd quo niam mediocre est optimum: optima est posses sio media. quia facilis rationi obediet. Nam si una pars ciuitatis sit superingenua: superpotentes & superdiuites. Alia uero huic contraria sit supergenera superdebilis & ualde uilis. difficile est rationem sequi. Nā hii quidem uidelicet superpotentes fient iniuriosi. Hii autem superpauperes fient nequam ualde astute & latenter iſidiani diuitibus. ¶ Secunda uia sumitur ex mutuo amore qd est esse inter existentes in eodem regno inter commorantes in eadem ciuitate. Nam ut dicit quarto ethicorum. isti uidelicet pauperes nimie amant principes. id est potentes & diuites. Hæc autem ut ibi subditur: sunt ualde nocua ciuitati. Ut ergo sit mutuus amor inter ciues: bonum est propter hoc abundat in personis mediis. ¶ Tertia uia sumitur ex æqualitate & iustitia quæ est seruanda in ciuitate. Nam ut ait philosophus: excessentes in euafortuniis potentissimis diuitiis & amicis: & in aliis huiusmodi bonis nesciunt subiici. Qui autem secundum excessum sunt indigentes & pauperes: nesciunt principari. quare si populus sit solum ex duabus partibus constitutus: ex nimis diuitibus & nimis pauperibus & paucæ aut nullæ sint ibi personæ mediæ: de difficulti seruabitur ibi æqualitas & iustitia: sed diuites pernitus uolentes principari & suppeditare alios. Alii uero contra nitentes dissensionem faciunt & si contingat pauperes optimere: quia principari non nuerunt male tractabunt diuites & potentes. Quarta uia sumitur: ut uitetur inuidia & contemptus. Nam pauperes ut dicitur quarto politorum: maxime inuident diuitibus & maxime diuites contemnunt eos nulla societas est bene durabilis ubi est multa inuidia & contemptus. quare optimus est populus ex multis personis mediis constitutus. quia tunc de facili ratione biliter uiunt ad inuicem se diligere: reseruabitur inter ipsos æqualitas & iustitia. Non erit inter illos contemptus & inuidia. Non enim habebit unus unde alium contemnat: nec unde ei inuideat: niderit se ei quasi æqualem existere & non esse magnū excessum inter ipsos: huic auctoritati attestat: qd sibi id est: karēdas & Lyurgus tradiderūt de policiis. Dixerunt. n. eas cōstituendas esse ex personis mediis. Decet ergo reges & principes adhibere cautelas ut in regno suo abundet multa personæ mediæ: ut ne aliis ad nimia paupertatem deuenientibus efficiantur reliqui nimis diuites: quod fieri poterit si non pro quaçū qd causa liceat ciuibus paternas possessiones uendere: non quibuslibet indifferenter liceat quascunq; possessiones emere adhibenda est debita diligentia circa emptione & uenditionem agrorum & terrarum poterit aliqualis æqualitas reseruari inter ciues.

¶ Quod expedit populo cum magna reuerentia obedere regibus: & cum summa diligētia leges

regias obseruare. Cap. xxxiiii.

Onlequitur autem populus quantum ad præsens spectat tria. si cum magna diligentia obediat regibus & principibus & obseruet leges regias. ex quibus triplici uia uenari possumus quantum sit utile & expediens populo: obedere regibus & principibus & obseruare leges. ¶ Primo enim ex hoc cōsequitur populus: uirtutes & maxima bona. ¶ Secundo ex hoc consurgit salus regni & ciuitatis. ¶ Tertio ex hoc oritur pax & tranquilitas ciuiū: & habundantia exteriorum rerum. ¶ Prima uia sic patet. Nam ut dicebatur in præcedenti. bus intentio legislatoris est inducere ciues ad uirtutem. In recta enim pollicia ut uult philosophus circa principiū quarti polli. Eadem ē uirtus boni ciuis & boni uiri & per idem siue per eosdem mores est aliquis bonus ciuis & bonus homo. Est quidem aliquis bonus ciuis si bene obediat principati: & ei cuius est leges ferre. quare si principiū recte regat populum sibi commisum. Et quia intentio eius est inducere alios ad uirtutem: cum uirtus faciat habentē bonum: & opus bonum oportet in recto regimine: qd bonus ciuis sit bonus homo: & qui bene subiicitur regi sit bonus uir. Si enim Rex non intenderet qd sibi subiecti essent boni & uirtuosii: iam non est rex. sed tyrannus. Si ergo quilibet ciuis debet intendere ut sit bonus & uirtuosus: eo qd uirtutes sunt maxima bona: cum summa diligentia studere debet ut Regi obediatur. & ne prævaricentur leges & præcepta eius: omnibus enim tā nobilibus quam ignobilibus necessaria est obedientia regia & obseruantia legum. Imo tanto magis est hoc expediens nobilibus quam ignobilibus quanto decentius est eos esse bonos & uirtuosos. ¶ Secunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex eo qd ex obedientia regis & ex obseruatione legum oritur salus regni & ciuitatis. Credunt enī aliqui qd obseruare leges & obedere regi sit quædam seruitus. Sed secundum philosophum quinto politicorum hoc non est seruitus. sed libertas. Ignorant enim quid est libertas: dicentes obseruare leges & obedere regibus esse seruitutem. Cum enim bestiae sint naturæ seruiles: quanto quis magis accedit ad naturam bestialem: tanto est magis naturaliter seruus. es quidem sceleratum & affectatorē belli & turbatorē pacis: uelle uiuere sine freno & sine lege secundū sententiā philosophi & secundum dictum Homeri. Est esse magis bestiam quam hominem. quare non obseruantes leges nolentes obedere regibus & superioribus sunt magis bestiae quam homines & per cōsequēs sunt magis serui qd liberi. Saluaf itaq; salū regni & ciuitatis. habitatores regni efficiuntur liberi: si obediāt regibus & obseruent leges. Quanta autem salus surgat in regno ex obedientia regis: sufficieret ostendit si considerentur uerba philosophi quarto polli.

qui compatat Regem ad regnum sicut animam ad corpus. Nam sicut anima corpus regit & conservat: sic rex regit & conservat regnum. & sicut anima est salus: & uita corporis. sic Rex si recte pricipetur: est salus & uita regni. Quare sicut pessimum est corpori delinquere animam & non regi per eam. Sic pessimum est regno deserrere leges regias & praecpta legalia & non regi per regem. ¶ Tertia uia ad ostendendum hoc idem: sumitur ex eo quod ex obedientia regia. & ex obseruatione legum oritur pax & tranquillitas ciuium & abundantia exteriorum rerum. Nam ut supra dicebatur. leges etiā & legislatores. ut reges & principes coactuam habent potentiam: ut qui amorem honesti per increpationes paternas & amicorum non retrahitur ab operibus sceleratis: saltē timore poene retrahantur ab illis. Expediens. non sicut regno & ciuitati habere aliquem regem uel aliquem principantem: ne malefici turbarent pacem ciuium. Intendere enim debet quilibet legislator: ut corda ciuium sint tranquilla: & ut ciues uiuant pacifice & unanimes. Vnde & philosophus primo rethori. uidetur uelle quod sic se habent legislatores ad animas: sicut medicina ad corpora. Nam sicut medicus intendit sedare humores ne insurgat morbus & bellum incorpore. Sic legislator intendit placare corda sedare animas: ne insurgat rixa & dissensio in regno aut in ciuitate. Inde est ergo quod dicitur primo rhetori. quod non tantum nocet peccare contra praecpta medici quantum consuecere non obediēre principi est enim anima maius bonū quam corpus. & pax ciuium & eorum qui non sunt in regno potior est quod equalitas humorum uel quod sanitas corporum. Summo ergo opere studere debet populus & oēs habitatores regni circa obedientiam regiam. & obseruationem legum cum ex hoc consurgat tantum bonum: quantum bona est pax & tranquillitas existētum in regno. Consurgit etiam ex hoc abundantia exteriorum rerum. Nam existente guerra in regno terrae manent incultæ fuit depredatio: & oriuntur sterilitates: deducuntur habitatores regni ad inopiam. Si ergo consideretur quantum bonum aduenit ex rege non solum regibus recte regentibus: sed etiam dato quod in aliquo tyrannizarent studeret populus obediēre illis. Nam magis est tollerabilis aliqualis tyrranides principantis: quā sit malum. quod consurgit ex inobedientia principis: & ex pruaricatione mandatorum eius. ¶ Qualiter se debent habere ciues & uniuersaliter habitatores regni: ne Reges prouocentur ad iracundiam contra ipsos. Cap. xxxv.

Ostquam docuimus populum & omnes habitatores regni: ut obediant regibus & obseruent eorum leges uolumus in hoc capitulo declarare qualiter se habere debeant existentes in regno: ne reges prouocentur ad iracundiam contra ipsos. ¶ Ita autem ses-

tundum philosophum in principio secundi retho. Est tristitia proueniens ex appetitu appetitis punitiones: propter apparentem paruipensionem eorum quae in ipsum: aut in aliqua ipsius aut in aliqua quae ordinatur ad ipsum. Nunquā enim ira sine tristitia est. Appetit autem iratus aparenter. i. manifeste punire eos qui paruipendunt ipsum: uel aliqua quae sunt ipsius: uel ea quod aliquo modo ordinantur ad ipsum. Cum ergo quis aliquo dictoru modorum manifeste forefatur in aliud: ille tristatus ex appetitu punitionis dicitur irasci. Ciues itaque ut non prouocet reges ad iram non debent forefacere. nec regē nec in ea quod sunt ipsius. nec in illa quae aliquo modo ordinatur ad ipsum. Primo quidē expedit eis quod sunt in regno ut non incurvant regiam iram non forefacere in ipsum regem. ¶ Regi autē duo debētur: honor & obedientia. Est enim rex caput regi. caput autem ad alia membra dupliciter comparatur. Primo quidem quia est altius & excellentius illis. Secundo uero quia ea dirigit in actioēs suas. In capite enim uiget sensus & ymaginatio per quam dirigimur in operatioēs nostras. Sic rex excellētior est omnibus illis qui sunt in regno. Ritus quia eius est leges ferre. & quia in rege maxime uigere debet sensus & prudentia. ad ipsum spectat per se & per alios dirigere eos qui sunt in regno. Ratiōne ergo quia rex est excellentior aliis ei debetur honor & reverentia. Ratione uero quod ipsius est dirigere alios debet ei subiectio & obedientia. Quare dupliciter potest forefieri ad regem ab hiis qui sunt in Regno. Primo si non ei exhibeant honorem debitum & reverentiam dignam. Secundo si non sint ei subiecti & obediētes: obseruando eius leges & mandata. Cum enim hæc duo: honor uidelicet & obedientia subtrahuntur a rege merito prouocatur ad iram. Ideo dicitur. ii. rhetoricon quod irascimur hiis qui tentent uel consueuerunt nos honorare. si non sic se habeat. Et est ratio: quia sic se habentes uident nos despicerē. Nam si nos non despicerent impenderent nobis honorem dignum. Sic etiam ibidem dicitur quod & ad minores irascimur: si non sic se habeant ut debent. uel si faciant contraria eorum quae debent. quod maxime contingit: si transgrediuntur mādata superiorum & non obdiunt regi: quasi praeexcellenti. ¶ Viso quomodo habitatores regni non debet prouocare regem ad iram: forefaciendo in ipsum: non exhibere ei debitum honorem & obediētiam condignam. Restat uidere: quomodo non debent ipsum prouocare forefaciendo in eos qui sunt eius & qui pertinent ad ipsum. Ad regem autem pertinet re uidentur quatuor genera personarum. uide licet parentes & uniuersaliter omnes cognati uxor filii & subditi. Spectat itaque ad habitatores regni si uolūt regem ad iram prouocare non solum non forefacere in ipsum regem: sed etiā non forefacere in cognatos: uxores filios. & uniuersaliter in omnes subiectos regi. & quia oēs

qui sunt in regno ipsi regi sunt subditi forefacit in regem quotienscumq; alicui existeti in regno efficitur iniuria aliqua. Hoc est ergo quod dicitur secundo reth. capitulo de ira: q; irascimur forefaciens in parentes filios uxores & subiectos: eo q; turpe sit ipsis non auxiliari. ¶ Tertio spectat ad habitatores regni non forefacere i ea quæ aliquo modo ordinantur ad regem. Huius modi autem sunt possessiones propriæ & debita iura regni. quia in hoc uidentur ipsum conteneret & paruipendere si iniuste & absq; iussione regia matum apponat in ea quæ ad regem spestant. Decet ergo omnes ciues & uniuersaliter omnes habitatores Regni ab ipsa infantia provocare filios ad dilectionem regis. Instruere eos quomodo debeat honorare regem obedire ei: non forefacere i cognatos eius: nec in filios: nec in alias personas ei subiectas. nec in aliqua iura regni. Pessimum est enī ut dicitur quinto politi. non instruere pueros ad uirtutem & ad obseruantiam legum utilium: & ad obseruandum ea quæ requirit pollicia uel regimē regni i quo semp. n. amamus prima magis: & illud ad quod primo instruuntur iuuenes sunt magis proni ad obseruandum.

¶ Quomodo reges & principes debeat se habere ut amentur a populo. & quō ut timeantur & q; licet utrungq; sit necessarium: amari tamen plus debent appetere q; timeri.

*Cap. xxxvi.*  
Voniam in primo libro promisimus quos dicturos: quō reges & principes debeat se habere ut amentur in populo: & quomodo ut timeatur. uolumus hic exequi qualiter fieri hoc contingat. ¶ Scindū itaq; ut reges & principes cōmuniciter amentur i populo: tria potissime in se habere debent. Prior quidem esse debent beneficis & liberales. Secundo fortis & magnanimi. Tertio æquales & iusti. ¶ Primum autem sic patet. Nam uulgus nō percipit nisi sensibilia bona. ideo beneficos & liberales in nummisniata: & in ea quæ possunt nū misimata mensurati: amat & reueretur. Ideo dicitur rethori. secūdo capitulo de amore. q; populus amat & honorat beneficos in pecunia & liberales. ¶ Secundo ut reges amentur in populo: debet esse fortis: & magnanimi: ponētes si oporetat seipso pro bono cōmuni & defensione regni. nam populus ualde deligit fortis & magna nimis exponentes se pro bonis cōmunitibus. credit enim per tales salutem cōsequi. Ideo dicitur secūdo rethori. q; quia diligimus beneficos i salutē. i. eos qui possunt nobis benefacere nos salvando & liberando. Ideo diligimus fortis & cor datos. ¶ Tertio ut reges diligentur a populo: decet eos esse iustos & æquales. Nam maxime prouocatur populus ad odium regis si uiderit ipsum non obseruare iustitiam. Ideo dicitur secundo rethori. q; iustos maxime diligimus. ¶ Viso quō reges & principes debeat se habere ut amentur a populo. Videre restat quō se habere debent ut

timeantur ab eis. Potissime autem timentur potentes ut paret in secūdo rhetoriconi propter puniones quas exercent in subditos. In punitione autem tria sunt cōsideranda. uidelicet punitionem ipsam personam punitam. & modum punitiendi. ¶ Quantum ergo ad punitionem: timentur reges & principes: si in eos qui ultra modum regnum & polliciam perturbant: in exquisitas crudelitates exerceant. Ideo dicitur secundo retho. quod homines timent eos de quibus sūt consciē fecisse aliquid dirum. ¶ Secundo timentur reges & potentes non solum ratiōe punitionis diræ: sed etiam ratione personarum punitarum. Nam iustus pro iustitia nulli parcere dēt. Ideo dicitur septimo polli. q; bene operās nulli parcit. q; nec pro parte nec pro filio nec p amico nec pro aliquo alio dimittendū est operari iuste & bene. tunc itaq; ratione personarum puitarum timētur reges & principes qñ nec amicis nec aliis parcūt. si uiderint eos forefacere. Timet igitur tunc quilibet ex populo: forefacere. cogitans se non posse punitionem effugere. Imo ut uult phūs septimo politicorum. Decet reges & potentes ut magis timeantur: & ut uirilis obseruent iustitiam magis punire & severius se gerere cōtra amicos si cōtingat eos ualde forefacere q; cōtra alios. ¶ Tertio timent reges & principes rō. ne modi punitiendi: quod fieri contingit: cum ad eorum iudices q; præpositos latenter & caute se gerunt in punitionibus exequēdis: & in iustitia facienda: & mali effugere non possunt. quin puniantur. Ideo dicitur secundo rhetoriconi. q; latitiui magis timentur q; manifesti. ¶ Viso quo mō reges & principes se habere debeat ut amentur: & quomodo ut timeantur de leui patere potest & licet utrungq; sit necessarium. amari tamen magis appetere q; timeri. Dicebatur enim supra q; principalis intentio regis & cuiuscumq; principiantis esse debet inducere alios ad uirtutē. Omne ergo bonum per: quod ciues sunt magis boni & uirtuosii debet esse magis intentū a legislatori. Cum ergo ciues & existentes in regno si bñ agat: & obseruent leges & mādata regis ex amore honesti & ex dilectione quā habent ad bonum cōmune & ad regem: sint magis boni & uirtuosii: q; si hoc facerent timore poenæ & ne punirentur. magis debent appetere reges & principes amari a populis. & q; amore boni populi bene agant q; timeri ab eis & q; timore poenæ cauere sibi ab actibus malis utrungq; enī est necessarium timeri & amari. Nam non omnes sunt adeo boni & perfecti: q; solo amore honesti & boni cōmunitatis & ex dilectione legislatoris: cuius est intendere commune bonum: quiescant male agere. oportuit ergo aliquos inducere ab bonum & retrahere a malo timore poenæ. Eligibilis tamen est amari q; timeri ut est per habita manifestum. ¶ Incipit tertia pars tertii libri: de regimē principum. In qua tractatur quomodo regenda sit ciuitas aut regnum tempore belli.

**C**Quid est militia & ad quæ est instituta : & quod omnis bellica operatio: sub militia continetur.



**Cap.i.**  
Eractis partib" duabus:huius tertii libri quia ostensum est quid senserunt antiqui philosophi de regimine ciuitatis & regni .& determinatum est: q. liter sit ciuitas atq regnum a tempore pacis . Reliquum est tractare de tempore bellico: ut sciant reges & præcipes qualiter committenda sint bella.Nam ut plurimum bellorum industria:ut patet per Vegeciū in de re militari. plus consert ad opinendam uictoriam:q faciat multitudo uel fortitudo bellantium. opus autem bellicum ut patebit in sequendo. contineatur. sub militari. quare si de opere bellico tractare uolumus. Videndum est quid sit militia & ad quid sit instituta.

**C**Sciendum igitur militarem esse quandam prudentiam siue quandam speciem prudentiae. Possumus autem quantum ad p̄fens spectat distinguere: quinq species prudentiae. uidelicet prudentiam singularem. yconomicam: regnatiuam: polliticam siue ciuilem:& militarem. **C**Dicitur enim aliquis habere singularem uel particularem prudentiam: quando seipsum scit regere & gubernare & hæc ē maior prudentia:q yconomica & regnativa. Nam minus est sciare regere seipsum: quam sciare regere familiam & ciuitatem aut regnum. **C**Secunda species prudentiae dicitur esse yconomica. Nam prudens ex hoc aliquis dicitur ut patet ex septimo ethicorum:quia bene consiliari & bene dirigere ad bonum finem. ubi ergo reperitur alia & alia ratio boni:ibi reperitur alia & alia species prudentiae quare cum bonum domesticum & bonum totius familie sit aliud bonum a bono alicuius singularis persone. Sicut bonum commune est aliud a bono aliquo singulari. Ieconomicam siue prudentiam per quam quis scit regere domum & familiam: oportet esse aliam a prudentia:quia quis nouit seipsum regere. **C**Tertia species prudentiae dicitur esse regnativa: uel legum positiva. Nam sicut persona aliqua singularis est pars domus ita domus est pars ciuitatis & regni. & sicut bonum commune est aliud a bono alicuius singularis personæ. sic bonum ciuitatis & Regni est aliud a bono domestico. Prudentia uero regnativa & legum positiva. i. prudentia quæ requiritur in rege & principate: cuius est leges ferre & regere regnum & ciuitatem: est alia a prudentia yconomica quæ requiritur in patresfamilias: cuius est gubernare domum. ymo quanto hominum ciuitatis & regni excedit bonum domesticum:& bonum alicuius particularis perso-

næ tanto prudentia quæ requiritur in rege oportet excedere prudentiam patrisfamilias. uel prudentiam alicuius particularis hominis. Propter quod bene dictum est q̄ ait Vegecius in primo libro de re militari. q̄ neq̄ quēquam magis decet uel meliora scire uel plura quam principem: cuius doctrina omnibus subiectis prodefesse potest. Inde est igitur q̄ in erudiendo reges & principes: hunc totalem librum diuisimus in tres libros. quia in primo libro docuimus regem esse prudentem prout rex aut principes est quædam persona in se & prout habet seipsum regere. In secundo uero docuimus ipsum ut est paterfamilias: & ut habet dispensare bona domestica. In tertio uero eruditur Rex aut principes ut est caput regni aut principatus. & ut habet ferre leges & gubernare ciues. Omnes autem tres prudentias decet habere regem. uidelicet particularē: yconomicam & regnatiuam. **C**Quarta species prudentiae dicitur esse politica siue ciuilis. Nam sicut in principante requiritur excellens prudentia qua sciat alios regere. Sic in quolibet ciue requiritur prudentia aliqualis qua noscat adimplere leges & mandata principantis. Non enim sic obsequitur ciuius principati aut regi sicut martellus fabro. quia in martello nulla ē cognitio: sed solum agitat a fabro. Sed in ciue requiritur prudentia aliqua per quam habeat bonam opinionem de hiis quæ imperantur a Rege. **C**Dif fert autem hæc prudentia a prudentia particuliaria: quam collocauimus in prima specie. Nam aliud est q̄ sciat se regere ut ē aliquid in se. & aliud ut subiectus principanti. Nam & si quis solitariam uitam duceret: adhuc oporteret ipsum habere aliqualem prudentiam qua sciret se regere & gubernare: non tamen esset in ipso prudentia ciuilibus nec yconomica nec regnativa. quia non esset ciuitas nec pars ciuitatis. **C**Quinta species prudentiae dicitur esse militaris. Nam regimen regni & ciuitatis: si sit rectum & ordinatum: assimilatur hiis quæ uidemus in uno & eodem homine. Sicut ergo quilibet homo habet duas uirtutes animæ. Una per quam sequitur bonum & fugit malum. Et aliam per quam aggreditur: & relistik prohibetibus. Sicut quilibet ciuitas & regnum iudicet dupli uirtute & dupli prudentia. uidelicet legum positiva & militari. ut per legum positivam tota ciuitas & totum regnum prosequatur proficia & fugiat nocua. Per militare uero & per operationem bellicam aggrediatur & superet impediētia: & phibentia. Militaris ergo est q̄dam species prudentiae per quam superatur hostes: & prohibentes bonum ciuile & commune. **C**Ex hoc autem appareat ad quid sit milicia istituta. Nā sicut leges ut supra ostendebatur principaliter respiciūt cōe bonū: Sic & militia principaliter instituta est ad defensionē cōunis boni: ut ciuitatis aut regni. Quare cum cōmune bonū directe uideatur ipediti p̄ ipugnationem hostiū ex consequenti uero ex seditione ipsorū ci-

uium; & ex oppræssione debilium personatum. Dicere possumus q̄ sicut ad fortem principaliter spectat bene se habere in opere bellico. Ex consequenti uero spectat ad ipsum bene se habere in aliis terribilibus. Sic etiam ad milites principaliiter spectat bene se habere in opere bellico & p actiones bellicas opprimere impedimenta hostiū. Ex consequenti uero spectat ad ipsos secundum iussionem regiam: & secutum mandata principiantis impedire omnes seditiones: ciuiū: & omnes oppræssiones eorum: qui sunt in regno: per quas turbari potest tranquillitas ciuium & commune bonum. ¶ Hanc autem rationē prudentiam uidelicet militarem: maxime decet habere Regem: Nam licet executio bellorū: & remouere impedimenta ipsius communis boni: spectet ad ipsos milites: & etiam ad eos quibus ipse Rex. Aut principes uoluerit committere talia. Scire tamen quomodo committēda sunt bella: & qualiter caute remoueri possit impedientia commune bonum: maxime spectat ad principatē. ¶ Ex hoc ergo patere potest quales sunt ad miliciam admittendi. Nam milicia uidetur eē: quædam prudentia operis bellici: ordinata ad commune bonum. uidetur se habere milites in opere bellico sicut magistri & doctores in scientiis aliis. Quare sicut nullus efficiendus est magister in aliis scientiis: nisi constet ipsum esse doctum in arte illa. Sic nullus assumēdus est ad dignitatē militarem: nisi constet ipsum diligere bonum regni & commune & nisi spes habeatur q̄ sit bonus in opere bellico. & q̄ uelit secundū iussionem principiantis impedire seditiones ciuium: pugnare pro iustitia & pro iuribus remouere quæcūq; impedire possunt commune bonū. ¶ Ex hoc etiam patere potest omnem bellicam operationem contineri sub militari. Nam licet bellare contingat homines pedites uel etiā eq̄stres non existentes milites. debent tamen milites esse magistri bellorum & ordinatores aliorum in bello. ideo sub militari dicitur opera bellica contineri.

¶ Quæ sunt regiones illæ in quibus sunt melhores bellatores: & ex quibus artibus eligendi sunt homines bellicosi.

## Cap. ii.

Idetur quantum ad præsens spectat in opere bellico duo necessaria esse strenuitas bellandi. & prudentia erga bella quare si scire uolumus i quibus regionibus meliores sunt bellatores oportet attendere circa predicta duo. ¶ In partibus igitur nimis propinquos soli non sunt eligendi bellantes. quia in eis deficit strenuitas & animositas circa bellum. ut ait philosophus. vii. pollutorum. Ratio autem huius assignatur a uegecio primo libro de re militari capitulo secundo. ubi dicitur q̄ natiōes quæ uincere sunt soli nimio calore siccate. amplius q̄ dem sapiunt: sed modicum habundant in sanguine. & propterea non habent cōstantiam pugnandi neq; fiduciam. quia naturaliter metuūt

uulnera. Nam cum naturaliter habeant modicum sanguinis naturaliter timet sanguinis amissionem. non ergo sunt prompti ad bella nec ad percussionses. ¶ Rursus in partibus septentrionalibus & nimis a sole remotis non sunt eligendi bellantes. & q̄ si illis est sanguinis copia: ut uulnera non metuant. tameū propter sanguinis habundantiam & impetum sunt quasi suribundi & imprudentes. Ideo non omnino sunt utiles operibus bellicis. quia consilium & prudentia in dimicādo non est modicum utilis. Experimento enim uidemus & plane hoc uult philosoph⁹ septimo polliti. q̄ gentes nimis propinquæ soli habundant sagacitate & industria: sed deficiunt impietu & animositate. Gentes uero a sole remota econtrario prudentia deficiunt & animositate superant. quare si tam animositas quam industria necessaria est in bellis: ex neutrīs partib⁹ eligendi sunt bellatores. sed ex regione media: nec omnino a sole remota: nec omnino soli propinqua eligendi sunt bellantes: ut tam prudentia q̄ animositate participant. ¶ Aduertendum tamen cetera talia documenta accipiēda esse ut in pluribus. Nam in omnibus partibus sunt aliqui industres: & aliqui animosi ut plurimum soli propinqui animositate deficiunt. remoti uero prudenter. ¶ Aduertendum etiam q̄ licet in bellis tam animositas q̄ etiam prudentia sit necessaria: magis tamen animositas est utilis. Ideo & si gentes omnino propinquæ soli: & omnino remotæ non sunt penitus utiles artibus bellicis: magis tamen inter medias regiones eligēda sunt ad opera bellica remotiones a sole: quam propinquiores: ut magis animositate participant. ¶ Viso ex quibus partibus meliores sunt bellatores. Vide re restat: ex quibus artibus eligendi sunt bellantes. Enumeranda sunt igitur ea quæ requirūtur in hominibus bellicosis: ut sciamus quales homines sunt eligendi ad bellum & ex quibus artibus sunt assumendi bellantes. ¶ Sciendum ergo q̄ cum bellantes debent habere mēbra acta & assueta ad percutiendum non debeant horreare sanguinis effusionem. debeat esse animosi ad inuadendum & etiam potentes ad tolerandum labores. Dicere possumus q̄ Fabriferati & Carrpentarii utiles sunt ad opera bellica. quia ex arte sua habent brachia acta & assueta ad percutiendum. Sic etiam utiles sunt maceilarii. quia non horrent sanguinis effusionem. cum assueti sint ad occisionem animalium: & ad fūtidēdum sanguinem. Venatores etiam aprorum admittiendi sunt ad huiusmodi opera. quia non sine magna audacia contingit aliquos inuadere apros. Sunt ergo tales animosi & strenui ad bellandū. Imo forte nō minus periculōsum est: bellare cū apro: quam pugnare cum hoste. Nam non timet aprorum pericula signum est: eos non timeat hostiū bella. ¶ Ruris uenatores ceruorum non sūt repudiādi ab artibus bellicis: eo q̄ tales assueti sunt ad labores nimios. Ex hiis ergo arti-

bus propterea quæ diximus eligendi sunt bellatores. ¶ Barbitonfores autem & futores si consideretur ars propria: ad pugnam sunt inutiles. Nam nunquam bene uibrat clauam aut ensim. qui debet habere manum leuem: & nō est assuetus retinere in manibus nisi raforium aut acum. Quæ enim proportio ē acus: ad lanceam: & raforii ad clauam. Sic etiam apothecarii aucupes & piscatores non sunt eligendi ad huiusmodi opera: eo q̄ non habeant artem cōformem operibus bellicosis. Poteſt ergo contingere q̄ in q̄ libet arte sint aliqui bellicosi & audaces. Aliqui uero timidi & pusillanimes. Sed quantum est ex genere artis: & prout ars ipsa reddit hominem aptum uel inherentem ad opus bellicum. Aliq̄ genera attium diximus utilia ad actiones bellicas: & aliqua in utilia. ¶ In qua etate assuēscendi sunt iuuenes ad opera bellica: & ex quibus signis cognoscere possumus homines bellicos. Cap. iii. Iximus supra philosophū uelle in vii. pol. iuuenes a xiii. anno ultra assuefiendos esse ad labores fortis: ut ad labores militares & bellicosos. Quod concordat cum Vegecio de re militari dicente: q̄ a tempore pubertatis assuēscendi sunt homines iuuenes ad militares labores. Imo quia quæ a iuuentute inchoamus nimis diligimus & delectamur in illis. Si uult legislator ciues bellatores faceř & redere ipsoſ aptos ad pugnandum potius debet præuenire tempus q̄ præmittere. Nam ut ait Vegerius melius est: ut iuuenis exercitatus causetur ætatem nondum aduenisse pugnandi gratia q̄ doleat præterisse. ¶ Est etiam ſpecialis rō quare oporteat iuuenes ab ipsa iuuentute assuēscere: ad artem bellandi. quia non parua nec leuis ars esse uidetur armorum industria. Nam siue equitem ſive peditem oportet esse bellatē. quæ ſortuitu uideatur peruenire ad palmam: si caret industria bellandi. Tam enim pedestri q̄ etiam in equestri pugna ſunt multæ adhīendæ cautelæ. Factum est quidem nō prius: sed tunc uelle addiscere bellare: quando imminet necessitas pugnandi: ubi uita periculis mortis exponitur. Ut ergo bellatores habeant ſpacium addiscendi singula: quæ re quiruntur ad bellum: ab ipsa pubertate assuēscendi ſunt ad opera bellica. Quare si legislator ut rex aut princeps debeat committere bellum: uitios exercitatos & bellatores ſtrenuos debet affiſſe. ¶ Vifo in qua ætate assuēscendi ſunt qui debet effici bellatores ad actiones bellicas. uidere reſtat ex quibus signis cognosci habeant honiues bellicosi. ¶ Scindum igitur uiros audaces & cordatos utiliores eē ad bellū quā timidos. Rursus homines fortes & duros corpore: quia potentiores ſunt uiribus: ſunt magis eligēdi ad opus bellicum. Amplius cum uideamus aliqua animalia bellicosa. Aliqua uero timida. Homines ſimiliores animalibus bellicosis utiliores: uidentur esse ad bellum. ¶ Tribus igitur generib⁹

signorum cognoscere poſſumus bellicosos uiros. ¶ Primo quidem per signa: ſecundū quod arguitur animositas & audacia. ¶ Secūdo uero per signa ſecundum quæ oſtendit uirilitas & fortitudo corporis. ¶ Tertio autē per signa ſecundum quæ oſtendit animositas & ſtrenuitas cordis uigilantia oculorum & erexitio ceruicis. Ideo dicit Vegecius: q̄ adeo leſcenſ martio operi depudandus debet eſſe uigilantibus oculis & erecta ceruice. Signa uero p q̄ oſtēdi fortitudo corporis & uires membrorum ſunt duricies carnis & compactio neruorum musculorum & laſcertorū. Nam ſecūdum philofophum octauo polli. opus bellicosum & industria mentis oīno requirunt modum contrarium. Nam ut ſcribiſ in ſecundo de anima molles carne aptos mente dicimus. Sed e contrario dicimus: duri carne habentes compactos neruos & lacertos ſunt uitiosi & fortiores corpore: ſunt aptiores ad pugnam. Signa uero conformantia nos animalibus bellis ſunt magnitudo extremitatum & latitudo pectoris. Videmus enim leones & aīalium fortifimos habere magna brachia & lactum pectus. Quando igiſ in homine uidenius q̄ ſit uigilans oculis: erectus ceruice: durus in carne: compact⁹ in neruis & musculis habens longa brachia & latum pectus debemus arguere ipsum eſſe bellicosum & aptum ad pugnam. Tales ergo quærēdi ſunt bellatores. quia ut plurimum cōtingit eos eſſe aptos ad actiones bellicas. ¶ Quæ & quot habere debet homines bellicosif: ut bene pugnent. & ut eos ſtrenue bellare cōtingat. Cap. iv. Vantum ad præſens ſpectat: enumera q̄ re poſſumus octo: quæ habere debent homines bellatores: ſecundum quæ quantum ad præſens ſpectat inuestigare poterimus quos aut q̄les bellatores debet rex aut princeps eligere. ¶ Primo enim oportet ut pugnati uos homines poſſe uſtinere magnitudinem pōderis. ¶ Secundo poſſe ſufferre quæli affiduos membrorum motus & labores magnos. ¶ Tercio poſſe tolerare parcitatē uictus. ¶ Quarto nō curare de incommoditate iacendi & ſtandi. ¶ Quinto quæli non appetiari corporalem uitiam. ¶ Sexto non horrere ſanguinis effusionē. ¶ Septimo habere aptitudinem & industriam ad protegendum ſe & feriendum alios. ¶ Octauo uerecundari & erubescere eligere turpem faſgam. ¶ Est enim primo neceſſarium bellantib⁹ poſſe uſtinere ponderis magnitudinem. Nam inermes a quacunq; parte feriantur ſuccumbūt. quare niſi qui poſſet uſtinere armorum pondra inutilis eſt ad bellū. ¶ Secundo bellatibus expedit poſſe ſufferre quæli affiduos membrorum motus. Nam si quis in bello nō continue ſe ducat: aduersarius non fallitur in percutiendo. quare ſemp exponit ad pcutiēdū fortiores iuctus expertum. eſtenim q̄ homine cōtinue ſe ducentre & mouente: uix & nunquam ad plenum aliqua

percussio potest ipsum attingere: sed semper uulnera subterfugit. Nam sicut si signum se moueret & non staret fixum: nō sic de facili percuteretur ab arcu. Sic homo se circunuolens. non sic de facili uulneratur ab hoste. Continuus ergo membrorum motus est necessarius ad uitandum plaga. Sic etiam est necessarius ad incutiendū eas. propter quod tales debent esse homines pugnatiui: ut diu tolerare possint assiduum membrorum motum. ¶ Tertio homies pugnatiuos decet nō curare de parcitate uictus. Non grave est ultra armatum pondera & eorum quae requiruntur ad defensionem exercitus deferre in abundantia uitalium copiam. ymo quia & si absq; grauamie adesset pugnatibus ciborum ubertas: adhuc eēt eis necessaria abstinentia: & non grauare ex nimio cibo: ut laborem pugnandi melius tolerare possent. ¶ Quarto decet eos non curare de incōmoditate iacēdi & standi. Nam expedit aliquādo pugnantibus die noctuq; esse in armis propter quod nec in stando nec in iacēdo est eis cōmodum aut requies. ¶ Quinto decet ipsos p̄pter iustitiā & cōe bonū quasi non app̄ciari corporalem uitam. Nam cum tota operatio bellica exposita sit periculis mortis: nunquā quis est fortis aio & bonus bellator: nisi aliquo modo sit iapuidus circa pericula mortis. Spectat enim ad fortē & ad bonum bellatorem: ut innuit philosophus tertio ethicorum non curare in bello bene mori. Tunc enim quis dicitur bene mori in bello. quando iuste bellans: ut pro defensione patriæ. uel aliquo alio magno bono iuste & audacter exponit se mortis periculis. Cum autem quis ultra quam debeat diligere corporalem uitā de facili eligit turpem fugam. ¶ Sexto pugnantes non debent horrere sanguinis effusionem. Nam si quis cor molle habens muliebris existēs horreat effundere sanguinem: non audebit hostibus plagas infligere. & per consequens bene bellare non potest. ¶ Septimo decet eos habere aptitudinem & industriam ad protegendum se: & ad fiendum alios. Nam ut dicitur primo ethi. Finis militaris est uictoria. Sed cum omnis bellica operatio continēt sub militari: ut supra ostē detur: & ut habetur a philosopho. circa principiū ethico. Omnis actiōis bellice dicetur uictoria esse finis. Quare cum maxime contingat belantes uincere si bene sciant se protegere & alios ferire. Industria protegendi & feriendi ualde est expediens bellatoribus. Qualiter autem talis industria habeatur: & qualiter sit ferendum hostē & quae ad miniculantur ad ista infra patebit. ¶ Octauo decet bellatores uerecūdari & erubescere turpem fugam. Nam ut dicitur tertio ethi. corū. Apud illos sunt uiri fortissimi: apud quos honorantur fortes. Inter cetera autem quae redunt hominem bellicosum: est diligere honorari ex pugna: & erubescere turpem fugam. ¶ Ad uertendū autem q; cum dicimus bellatores nō horrere effusionem sanguinis non debere. mul-

tum app̄ciari corporalem uitam: & cetera quae diffusus connumerauimus. intelligendum ē si habeat iustum bellum. Nam pro defensione iustitiae & pro communi bono exponenda est periculo corporalis uita. nō est cauenda effusio sanguinis: & cetera alia sunt fienda: per quae iustitia & commune bonum defendi potest. Ex hiis autem plane patet quales bellatores & quos uiros pugnatiuos rex aut princeps eligere debeant. Nam illi sunt eligendi in quibus plura repetiuntur de his quae requiruntur ad pugnam. ¶ Qui sunt meliores bellatores: an urbani & nobiles uel agricolæ & rurales. Cap. v. Vmeratis hiis quae habere debent bellatores uiri. Restat inquirere qui sunt meliores bellantes: an urbani: an nobiles: an rurales. Videtur autem si considerentur prædicta. rurales meliores esse. Huinmodi autē opinionis uisus eū esse. Vegetius dicens: nunq; credo poruisse dubitari aptiorem armis esse rusticam plebem. Ad hoc etiam uigentur facere q; superius diximus. ¶ Dicebatur enim uiros pugnatiuos tales esse debere: qui possent sustinere magnitudinem ponderis: continuum laborem membrorum: parcitatem uictus: & incommunitatem iacēdi & standi: non timere mortem: nō horrere sanguinis effusioem: & cetera alia quae tetigimus in capitulo præcedenti. Constat autē ruralem populū habēr maxime prædicta. Sunt enim rustici assueti ad magnitudinem pōderū. Non enim in bellis grauabit eos armorum sarcina: qui assidue tempore pacis: assueti sunt ad maiora pondera. Nec etiā eos fatigabit cursus uel ductio brachiorum: uel aliotum membrorum motus: q; ad hos & ad maiores labores sunt continuē assueti. Rursus eos non affliget parcitas uitus. quibus potius aquae satissimiebat in siti. & grossus panis sufficiebat ad esum. amplius rurales non affliguntur ex incommunitate iacēdi uel standi: qui solis ardore non timent umbras non currant. balneorum solacia nesciunt in solidā terra iacentes suauius dormiunt q; urbani & nobiles requiescant in fulcis. Hos etiam probabile est non multum timere mortem. Nam tāto quis magis mortē tinere uidetur: quāto magis delicate uixit: & quanto plurimum solacionum est expertus in uita. Hii etiam non uidentur horre effusioem sanguinis. Nam inter ceteras gentes ruralium gens uidetur eē crudelius. Ad hāc igitur intendentibus uidetur censendū esse meliores bellatores esse rurales. ¶ Sunt autem alia per quae uidetur ostendi urbanos & nobiles meliores esse pugnantes. Nam inter cetera per quae quis redditur bonus pugnatiuus est: ut dicebatur uelle honorari. ex pugna & erubescere turpem fugam. Hoc est enim ut ait philosophus tertio ethicorum: q; Hectorem fecit audacem: Dicebat enim Hector. Si ex pugna fugiam. Polamidas mihi redargutioēs ponet. Sic etiam & dyomedes hoc modo effectus fuit strenuus q;

dicebat. Si in bello terga uertam Hector econsumabitur in Troyanis. Dicet a me deuictus est dyomedes. Quare cum uelle honorari & erubescere de aliquo turpi facto magis conueniat nobilibus quam rusticis. Hui meliores esse uidentur ad pugnam: eo quod uerēcudentur fugere. ¶ Rursum in bello multum ualet industria & prudētia. Nam sagacitas & uersitātia aliquando plus faciunt ad optinendam uictoriam quod corporis fortitudo. Quare cum cōmuniter nobiles homines industriosi sunt rusticis. sequitur hos meliores esse pugnantes. Videntur enim hæc duo maxima esse ad optinendam uictoriam. uidelicet etruscēntia fugiēdi & sagacitas bellandi. ¶ Ut ergo sciatur quid sit de quæsito tenendum oportet aduertere. quod securidum diuersitatem pugnarum diversi eligendi sunt bellatores. potest enim et pugna pedestris & equestris. In pedestri itaque certamine magis eligendi sunt rurales quam nobiles: eo quod illis maxime ualet assuefactio ad portationem ponderum & toleratiā laborum. In equestri uero magis eligendi sunt ipsi nobiles: eo quod equorum ipsorum fortitudo supplet defitum quem patientur nobiles in non posse tantos sustinere labores: quantos consueuerunt sustinere rurales. In huiusmodi enim pugna: nimium ualet bellandi sagacitas sociata erubescētia & fugiēti. ¶ Sciendum tamē quod ut nobiles ex oriente efficiantur strenui bellatores: assuefacti sunt ad portandum armorum pondera: & ad sustinendum laborem & motum brachiorū & aliorum membrorum corporis: ut requirit operatio bellica. Quæ autem & quot sunt illa ad quod debeant exercitari bellantes in sequenti capitulo ostendetur.

¶ Quod in opere bellico nimium ualet exercitatio armorum: & quod ad uincendum gradatim & passim & ad cursum & saltum exercitandi sunt bellatores.

#### Cap. vi.

Ecitat Vegecius in libro de re militari: exercitationem armorum & industria bellandi fuisse: ea quæ terræ orbem Romano populo subiecerunt. Nam quod potuisset paucitas Romanorum aduersus multitudinem Hispanorum cōtra dolos Afrorum & pendentias græcorū: nisi partuli fuissent exercitati in armis: & magis habuissent bellādi industriam. Nam est enim inconueniens uirum prudentem & sagacem in uno propter particulariū inexperienced esse in prudentiā in aliquo. Vnde de multotiens contingit quod prudentes in rebus aliis propter inexercitium armorum non sunt industres in bellis. Exercitium enim in quolibet negotio præbet audaciam: ut non metuat illud facere. Nam quia secundum Vegecius. Nezmo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Inde est quod tantum ualet armorum exercitus: quod in bellorum certamine paucitas exercitata sit prompta ad uictoriā. Et multitudo rus & idœta semper sit exposita ad fugam & ad

cædem. ¶ Viso armorum exercitium esse peruti le: ad opera bellica. Restat ostendere quomodo exercitandi sunt bellantes ad incedendum gradatim & passim: & ad cursum & ad saltum. Nā ista ut in psequēdo patebit: necessaria sūt in bellis & in exercitatio circa ipsa: bellantibus est noxiua. ¶ Primo enim milites & ipsi pedites: & universaliter bellantes assuēscendi sunt ad gradum & passum bellicum: ut gradatim pergant ita ut quilibet se in suo ordine teneat. Nam si acies siue peditum siue militum non ordinate incedat duo mala inde consequuntur. Nam non seruato debito ordine: in una parte erit acies quasi sparsa & per uia ultra quam debeat. In alia uero arta & stricta plus quam oporteat. ¶ Primo ergo ex eo quod in aliqua parte per uia est citius ab hoste perforabitur: & per consequens debellabitur. ¶ Secundo in parte illa in qua nimis arta est: impeditur ad percutiendum. Nam cum bellator a suo consocio nimis comprimitur: sua impediuntur brachia: ne possit hostibus: plagas infligere. Hæc enim duo in acie sunt necessaria: ut scilicet non potest de facili perforari ab hostibus: & non impeditur ad percutiendum: quod nisi seruato debito gradu & debito ordine in incessu fieri non potest. Tam ergo pedites quam equites bellatores ante quam bella exerceant: sunt multotiens simul congregandi: & exercitandi: ut onerati armis ordinate incedant: ac si deberent pugnam committere. Et cum uiderit magister bellorum: alienum non tenere ordinem debitum in acie ipsum increpet & corrigat. uel si nimis delinquat ipsum omnino repellat ab acie tanquam inutile bellatorem. ¶ Secundo exercitandi sunt bellatores tam pedites quam equites ad cursum ut sint abiles in præcurrēdo. Videtur enim hoc ualere ad tria. ¶ Primo ad explorandum inimicorum facta. Non bonum est in exercitu aliquos exiliores præcurrere: qui de facili non possint ab ipsis hostibus comprehendendi: explorantes conditiones & facta hostium. ¶ Secundo hoc est utile ad optimendum meliorem locum. Nā & locus multum facit ad pugnam. Ideo si bellatores exercitati: sunt ad cursum: facilius optinebunt aptiorem locum ad pugnandum. Est etiam hoc utile ad perseguendum hostes fugientes. Nam non de facili quis potest euadere manus agilium & præcurrentium. ¶ Tertio exercitandi sunt bellatores ad saltum ut sciant saltim uel per saltum: incedere. Quod etiam ad tria est utile. Primo ad remouendum impedimentum. Secundo ad terrendum aduersarios. Tertio ad infligendum maiores plagas. Contingit enim aliquando inuenire fossas & alia impedimenta in via quæ sine saltu in via transire non possunt quod utile est ad remouenda impedimenta: & equites ut sic sint docti: ut sciāt equum sic pungere: ut per saltum soueas & alia impedimenta pertransire: & pedites & etiam milites: si contingat eos perdes asse: si uolunt boni bellatores existere. sic ad

ipsa iuuentute exercitandi sunt ad saliendum:ut possint per saltum soues & alia impedimenta transire. Terrentur etiam ex hoc aduersarii:quando sic uident hostes per saltum incedere. ¶ Rursus ipse saltus ratione motus facit:ut plaga amplior infligatur.

¶ Quid non sufficit ad incedendum serio & gradatim:& ad cursum & saltum exercitare bellantes: sed sunt plura alia ad quae exercitandi sunt homines bellicosi.

Cap. vii.

Ossumus autem praeter tria praedictas ad quae exercitandos diximus bellantes enumerare octo alia:ad quae exercitandi debent homines bellicosi. ¶ Primo enim exercitandi sunt ad portandum pondera. ¶ Secundo ad inuadendum & percutiendum cum claua. ¶ Tertio ad emitendum tela sive iacula: & percutiendum cum lancea. ¶ Quarto ad iacentium sagittas. ¶ Quinto ad proiiciendum lapides cum fundis. ¶ Sexto ad percutiendum cum plumbatis. ¶ Septimo ad ascendendum equos. ¶ Octauo ad sciendum artem natandi: esset etiam ulterius dicendum:quando exercitandi sunt bellatores ad percucendum cum gladiis & ensibus. Sed de hoc speciale capitulu faciemus. ¶ Primo enim sunt bellatores exercitandi ad portandum pondera:ut plus ponderis portare assuescunt:etiam quam sit armorum sarcina. Nam consuetudo est quasi natura quædam. Cum ergo quis assuetus est ad portandum maius pondus:uidetur sibi quasi quod leuius incusat:si oneretur quodam minori pondere. Rursus non solum una:sed etiam plura alia sunt ferenda in bello. Ideo etiam ad maiora pondera non est inutile assuescere bellatores. ¶ Secundo exercitandi sunt bellantes ad inuadendum & percutiendum cum claua. Recitat enim Vegecius:q; antiqui us apud romanos in campo aliquo multi pali infigebantur:& iuuenes quos uolebant facere optimos bellatores exercitabat ad palos illos. ita ut quilibet haberet scutum dupli ponderis:quam sit scutum quod portatur in bello.& clauam ligneam etiam dupli ponderis:et quilibet illorum iuuenum. sic oneratus contra aliquem illorum palorum quasi contra aduersarium incedebant:& tunc percutiebat palū in summitate tūc in ymo. nūc in medio. & contra palum illum sic impetuose se gerebat percutiendo ipsum & cooperando se ad alia faciendo quæ requiruntur ad bellum:ac si contra hostem dimicaret:& cum diu mane & sero iuuenes sic exercitati essent. cum postea ueniebant ad bellum:non grauabantur in percutiendo cum claua. uel in sustinendo quoscunq; labores bellicos. ¶ Tertio exercitandi sunt bellatores ad mitendum tela & iacula:& ad percutiendum cum lancea. quod etiam ad defixum palum fieri habet. Fiebat enim antiquitus ut cum iuuenes exercitati erant ad percutiendum palos infixos cum claua:q; exercitabantur ad percutiendum cum

telo uel cum iaculo sive cum lancea. Stabat enī remotis & assuefaciebant brachia:ut possent palum percutere uel saltum prope ipsum proiice-re. Est autem attendendum q; in proiiciendo telum aut lanceam primo uibrandum est telum ipsum:& postea fortiter impellendum. ubi brando enim teluni propter maiorem motum quem efficit in aere:longius pergit & amplius nullus infligit. ¶ Quarto exercitandi sunt bellantes ad iaciendum sagittas uel cum arcubus uel cum balistis. Nam quia contingit q; ipsos hostes non possumus immediate attingere. utile est eos sagittis impugnare. ymo dato q; pulsantes se cum hostibus possint coniungere antequam coniungantur:proficuum est eos arcubus & balistis terrere. Legitur enim de affrica no Scipio:q; cum pro populo Romano certare deberet:non aliter cōtra hostes se obtinere credebat:nisi in omnibus aciebus electos sagittarios miscuisset. ¶ Quinto sunt bellatores exercitandi ad iaciendum lapides cum fundis. Hic enim modus bellandi in quibusdam marinis insulis fuit inuentus:in quibus pueri:ut Vegecius recitat:adeo industres erant ut matres nullum eibum eis exhiberent:cum non primo cum funda percuterent. Est enim hoc exercitium utile quia fundam portare nullus ē labor. Interdum tamen euenit in lapidosis locis habeatur conflitus:& ut mons sit aliquis defendendus. In impugnatione etiam castrorum & ciuitatum non inutile est lapides cum fundis eiicere. ¶ Sexto exercitandi sunt bellantes ad percutiendum cum plumbatis. Nam pila plumbea uel ferrea cum cathena aliqua coniuncta manubrio lineo uehementem ictum reddit. Nam propter uehementrem motum aeris uehementius percutit pila cum cathena hoste infixa:quam si ipsi hastæ uel ipsi manubrio lineo esset coniuncta. Ad omne enim genus percussionum exercitandi sunt bellantes:ut contra alios & alios hostes:alter & alter percutiendo dimicent. ¶ Septimo bellatores exercitandi sunt ascensiones equoz. Nam ut Vegecius recitat:fiebat antiquitus equi lignei: ad quos ascendendos iuuenes in yeme exercitabantur sub tecto. æstate uero in campo. & primo equos illos ascendebant inermes:deinde armati:& adeo ad hoc assuefiebant:ut a sinistris & a dextris:& undique equos illos ascendent. Imo q; plus erat:euaginatis mediis gladiis ascendebant in illos. In tātu ergo circa hoc exercitabatur in pace q; in tumultu prælii sine mora de facili ascendebant equos. ¶ Octauo assuēcti sunt bellatores:ut etiam naturæ sciant. Nam non semper pontes sunt prompti & multotiens ignoratur aquæ profunditas propter quod ex ignorantia natandi contingit multos periclitatos esse. Inde est q; apud Rōanos antiquitus consuetudo erat:q; iuuenes futuri bellatores postq; per magnam partem diei exercitati essent ad arma si tempus erat natationi congruū:ducebantur

tur ad fluum: ut arte natandi addisceret. Vmo non solum pedites sed equites: & etiam ipsos equos ad natandum exercebat. Aduertendum autem: q̄ prædicatorum exercitorum. Quædam sunt magis propria equitibus. quædam peditibus. quædam utrīsq;. Quod quomodo sit: non magna consideratio eget: & solerter mentem latere non potest. Nam ascendere equos est pro prium equitibus: proicere lapides cum funda: uidetur esse proprium peditibus. Alia uero sunt aliquo modo applicabilia ad utrosq;. ¶ Quod est in exercitu facere fossas & construe re castra: & qualiter castra sunt construenda: & quæ sunt attendenda in constructione castorum. ¶ Cap. viii. Egocia bellica iter cætera periculosio ra esse uidentur. Ideo in eis est magna diligentia adhibēda. In talibus igitur non potest quis super habundare cautelis. In pugna enim omnino est negligendum maiorem diligentiam habuisse: quam bella cōmissa requi terent. quam circa ipsa in aliquo neglexisse. Nā recitat Vegecius dixisse Cato hem: q̄ in aliis rex bus si quid erratum est: potest postmodum cor rigi. Delicta uero bellorum emendationem nō recipiunt: sed statim poena extorem consequit. quia imperite & imprudenter pugnantes uel cō festim pereunt: uel in fugam peruersi: à deo efficiuntur timidi q̄ contra suos uictores uix aut nun quam audient bella committere. Quare si in bel lis omnino est supérabundandum cautelis: non est prætermittendum quicquid in aliquo castri potest exercitiū eē proficuum nē debelletur ab hostibus. Contingit autem pluries diurno & nocturno tempore: q̄ exercitu absq; fossas & castris existente & non credentes hostes esse propin quos. superuenientibus hostibus fugit exercitus debellatus. igitur postquam exercitus suam die tam complerunt & alicubi uult pernoctare uel ulteriore moram contrahere: si ad locum illū in aliquo casu: uel in aliquo euentu hostes super uenire possunt: statim circa exercitum fiendæ sūt fossæ: erigēdæ monitiones aliquæ quasi ad modum castorum. quia nihil negat tam salutare ne q̄ tam necessarium inuenitur in bello sicut si debite sūt factæ munitiones & recte constituta sint castra ita ut infra castorum spacia totus exercitus securus permaneat: quandoq; & undeciq; superuenientes hostes obſiderat. Debet enim exercitus secum ferre monitiones cōgruas ut cum castrametari uoluerint: quasi quandam munitā ciuitatem secum portasse uideatur. ¶ Viso utile est esse circa exercitum facere fossas & construe re castra. Restat ostendere quomodo huiusmodi monitiones & castra sunt construenda. Nam si hostes sunt absentes: facile est fossas circa exercitum fodere: munitiones erigere & castra construere. Sed si aduersarii p̄tentes assint: diffici lius est castra munire. Sūt enim in tali casu duo necessaria. uidelicet hostib⁹ resistere & castra cō

struere. In tali ergo euentu secutidum sapiētum sententiam: est exercitus dividendus. ita q̄ om̄nes equites & una pars equitum: debet ordinari in acie ad pellendum impetum hostium. Reliqua uero pars peditum quæ possit sufficere ad celerem cōstructionem castrorum. debet celeriter castra construere. Oportet autem semper cō struendis castris & faciendis fossis. aliquos magistratos præstutu: qui negligētes solicent & uniuicīq; iniungant q̄ ipsum oporteat facere. ¶ Ostē so utile esse castra construere. & qualiter etiam præsentibus hostibus construenda sint castra. Reliquum est declarare: quæ sunt attendenda in constructione castrorum. ¶ In faciendis enī fossis & in construendis castris interim quorum spaciū est exercitus collocandus. Tria sunt cō sideranda. uidelicet: situs: forma: & munitionis modus. ¶ Circa situm quantum ad præsens spe ciat sunt quatuor attendēda. Primo ut sit ibi copia aquæ & aliorum quæ sunt exercitui necessaria. Secundo non debet esse ibi uicinus mons aliquis: a quo possit exercitus impugnari. Ter tio circa situm cōsiderandum est spaciū: ut p̄ numero bellatorum accipiendum est spaciū: circa quod sunt munitiones erigēdæ: ut non accipiantur de spacio ultra quam requirat huiusmodi multitudo. nec etiam accipiatur tam modicū: ut ultra quam debeat: oporteat exercitum constringi & constipari. ¶ Quartio si oporteat illi cō alium exercitum moram contrahere: & assit possibilitas: est eligenda circa situm salubritas aeris. Nam in exercitu non solum cauenda sunt uulnera hostium: sed ut offert se facultas: cauen dæ sunt pestes morborum. ¶ Declarato ergo quæ sunt attendenda circa situm castrorum. declarandum est qualis debeat esse eorum forma. Videtur autem uelle Vegecius: munitiones & fossas fiendas circa exercitum debere habere formam quadrilateram oblongam. Attramen quia figura circularis est capacissima: est eligibilis facere munitiones: secundum circularē formam: uel secundum multorum angulorū. quia si multum timeretur de impetu hostium: oporteat formas facere multorum angulorum. eo q̄ illa est magis defensioni apta. ut infra patebit. talis ita q̄ forma est melior in constructione castrorum ne loci situs impedit. Nam contingit aliquando situm illum non pati talem formam. In tali ergo casu: construenda sunt castra semicircula ria. triangularia: quadrata. uel aliquam formam aliam quam requirit disposito & aptitudo situs. ¶ Porta autem principalis ex illa parte fienda ē: quæ respicit hostes. uel circa quam profectus est exercitus. Sūt etiam in castris ponēda insignia: ad terendum hostes. & etiam ad hoc ut si contingat aliquos de exercitu elongare a castris: uisis insignis melius sciant ad castra redire. ¶ His itaq; pertractatis: supereft uidere quis munitionis modus attendendus sit in constructione castrorum. Nam si exercitus diu ibi morari inten-

dat: eligendae sunt fortiores munitiones & sienæ  
dæ ampliores fossæ. Sed si solum ibi pernoctare  
cupit. Aut ibi debent per modicum tempus exi-  
stere: non oportet tantas munitiones expetere.  
**C**Modum autem & quantitatem fossarum: tra-  
dit Vegecius dicens: q̄ si non imineat magna  
uis hostium: fossa debet esse lata nouem:  
alta septem. Sed si aduersariorum uis acrior im-  
minet: contingit fossam ampliorem & altiorem  
facere. ita ut sit lata pedes. xii. & alta nouē. **E**st  
tamen aduertendum q̄ si fossa sit alta pedum. ix.  
propter terram electam supra fossam crescit qua-  
si pedes quatuor. ita q̄ tota fossa alta erit quasi  
pedes. xiii. debet esse fossa in ante: ex parte hosti-  
um. & terra proiecta est ad partem intra ubi est  
exercitus collocandus. In terra autem illa figen-  
di sunt stipites & ligna & munitiones aliae: quas  
secum exercitus portare debet. Sic ergo castris  
constitutis: sic fossis factis: poterit exercitus mo-  
rari securus.

**C**Quæ & quot sunt consideranda in bello: si de-  
beat publica pugna cōmitti. **C**ap. ix.  
**T**pater perhabita: circa negocia bellii:  
ca est cautela maxima adhibenda. Nā  
quia bellorū casus irremediabiles sūt  
diligerter uidenda sunt: quæcunq; circa bella  
conſideranda existunt: prius quam pugna publi-  
ca cōmittatur. melius est pugnam non committere:  
quam absq; debita prævisione fortunæ &  
casu le exponere. Videmus autem in bello: duo  
existere: idelicet uiros pugnantes: & auxilia alia  
quæ requiruntur ad pugnam. Ex parte autem ui-  
rorum pugnantium quantum ad præsens spe-  
ciat: sex sunt attendenda. Sicut etiam ex parte au-  
xiliorum & adminiculatiū ad bellum: sex alia  
enumerari posunt quæ etiam sunt attendenda.  
In uniuerso igitur rex aut princeps aut dux exer-  
citus: qui debet esse uigilans sobrius: prudens &  
industris. xii. debet considerare: sex ex parte uiro-  
rum bellatorum. & sex ex parte amminiculanti-  
um. Prius quam eligat publicam pugnam com-  
mittere: sunt enim sex ex parte hominum bella-  
torum quæ faciunt ad optimandam uictoriam.  
**C**Primum est numerus bellantium. Nam ubi  
plures sunt bellantes cæteris paribus aliis secun-  
dum q̄ huiusmodi sunt: uictoriam obtinere de-  
bent. Nam ut dicitur. ii. polli. quantitas in com-  
pugnatione est utilis: sicut maius pondus magis  
trahit. **C**Secundo ex parte bellatorum attende-  
da est exercitatio: nam habentes brachia inassue-  
ta ad percutiēdā: & membra inexercitata ad bel-  
landum deficiunt in sustinendo pugnam. Est  
enim confuetudo quasi altera natura ut quilibet  
uirilis & expeditius & sine minori labore & po-  
ena faciat opera consueta. **C**Tertio attendenda  
est tolerantia erga necessitates corporis: nam exi-  
stentes in exercitu oportet multa incommoda  
tolerare: quare si sint ibi aliqui molles & mulie-  
bres retinuentes incommoditates alias susti-  
nere deuicti propriæ incommoditates quas susti-

nēt bellare recusat & exercitū fugiunt. **C**Qua-  
to consideranda est fortitudo & duricies corpo-  
ris. Multum enim interest inter duriciem ferri &  
molliciem panni sīcī & inter suauitatem ludi  
& asperitatem pugnæ. Considerato enim bello  
in uniuersali omnes uolunt esse boni bellatores  
sed postquam uenient ad experientiam particu-  
larium gestorum: & gustant quanta sit duricies  
ferri. & quantum armorum pondus. & quantus  
sit labor pugnæ. & quantum aſligū uulnera ho-  
stium: ut plurimum est dutus carne & robustus  
corpo. si propter talia non retrahitur a bellan-  
do. Nam & si contingat molles carne: etiā post-  
quam gustauerunt bella appetere pugnam hoc  
est ut raro. Nam habentes carnes molles ut sus-  
pra tangebatur sunt aptiores ad intelligentum  
sed ut plurimum sunt inepti ad pugnandum.  
Nam tales difficultius sustinent armorum pon-  
dus: uehementius dolent ex illatione uulne-  
rum. **C**Quinto consideranda est in bellantibus  
uerſuſia & industria ad bellandum. Nam quan-  
to cautoles sunt bellatores: tanto citius uictori-  
am optinent. **C**Sexto attendenda est uirilitas  
& audacia mentis. quia audacieſ & magis cor-  
dati: ut plurimum in pugna uictoriam optinet.  
Rex igitur aut principes uel dux exercitus pri-  
us quam publice dicunt ex parte hominum bel-  
latorum septem considerare debet. Primo ex  
qua parte sunt bellatores prius. Secundo qui sunt  
magis exercitati. Tertio qui sunt fortiores in su-  
stinentia necessitates & incōmoda. Quarto qui sunt  
robustiores & duriores corpore. Quinto qui sunt  
industriores & sagaciores mente. Sexto qui sunt  
audacieſ & uiriliores corde & tunc  
dux sobrius & uigilans prout uiderit: suum exer-  
citum in hiis conditionibus abundare aut desi-  
cere: poterit accelerare pugnam: uel differre. &  
bellare publice & aperte: uel per insidias & laten-  
ter. **C**Enumeratis septem conditionibus quæ  
considerandæ sunt prius quam cōmittatur bel-  
lum publicum ex parte hominum bellatorum.  
Reliquum est enumerare sex alia quæ sumuntur  
ex parte amminiculantium & eorum quæ auxi-  
liantur ad bellum. In bello quidem auxiliantur  
equi:arma:uictualia:& loca: pugnandi:tempus  
auxilium præstolatur. **C**Debet igitur Dux exer-  
citus considerare. Primo ex qua parte sunt plus  
res equi & meliores. Secundo ex qua parte sunt  
meliores sagittarii. plures armati & habētes me-  
liora arma. Tertio ubi plus uictualia abundant.  
Nam aliquando absq; uulnere & absq; bello ad  
uersarii cedunt deficientes in uictualibus & ob-  
mendicitatem non ualentes moram contrahere.  
Quarto considerandus est pugnationis lo-  
cus qui sunt in altiori situ uel meliori ad pugna-  
dum. Quinto circa pugnam attendendum est  
tempus utrum tempore quo committenda est  
pugna: sol sit oppositus faciebus eorum uel ho-  
stium. & utrum sit aliquis uentus flans & eleuās  
puluerem contra ipsos: uel contra aduersarios.

Nam habentes solem & uentum siue puluerem contra se offendentur in oculis: ut dimicare non possint. Sexto est attendendum qui plures auxiliatores expectant. Nam si hostes plura expectat auxilia: uel non est bellandum: uel acceleranda est pugna. Si autem ipsi plures auxiliatores expestant non est compugnatio differenda. **C**Hii itaq; igitur omnibus diligenter inspectis: prudens dux exercitus sufficienter aduertere potest: utrum debeat publicam pugnam: committere. Nam prout uiderit se in pluribus conditionibus praefatis habundare uel deficere Sic se habere poterit erga bellum. forte enim nunquam contineret omnes conditiones praefatas concurrere ex una parte: ubi tamen plures & meliores conditiones concurrunt est pars potior ad bellandum.

**C**Quod utile est in bello ferre uexilla & consti tuere duces & prepositos: & quales esse debeant qui in exercitu uexilla portant. & qui equitibus & peditibus præponuntur.

Cap. x.

Emper uirtus unita fortiter est se ipsa dispersa & confusa. Contingit autem aliquando cōmissio bello ordines: & acies turbari & confundi. Ne igitur hoc posset accidere: obseruabatur antiquitus: ut diuidere/ tur exercitus in turma & acies: & singulis singula uexilla constituebant. ita ut in quolibet uexilio per litteras uel aliqua euidentia signa aperte ostenderetur. cuius aciei. uel cuius turmæ esset uexillum illud. ut si contingaret aliquem bellatorem deuiare a propria acie de facili rediret ad illam. utile ergo fuit in bellis insignia & uexilla deferre ne confunderetur exercitus. **C**Rursus constituere expediebat duces centuriones: decanos: & alios præpositos bellii. Nam totus exercitus habet se ad similitudinem unius corporis: quare sicut omnia membra corporis se inuicem uiuant. Sic omnes bellatores & omnes partes eiusdem exercitus se inuicem defendunt. Quare sicut confunduntur membrorum opera: nisi dirigantur per ipsum caput: in quo uiget sensus & cognitio. Sic confunduntur bellatores in exercitu: si careat centurione & duce: qui debet esse eorum caput & eorum directuum. Inde est q; antiquitus ne accideret confusio in bello: consti tuebatur dux aliquis: qui toti exercitui erat præpositus. Sub hoc autem duce erant cēturiones. Sub centurione uero decani. Dicitur enim decanus a decem. Sic centurio acentum. Habebat enim Centurio sub se decem decanos. ita q; præ erat centum bellatoribus & decem decāis. quo rum quilibet decanorum subse decem uiro pugnatiuos habebat. In galea enim centurionis scriptæ erant litteræ aliquæ: uel signum aliquod euidentis: quod respicientes decani agnoscebant centurionem proprium: & sciebant quoniam se qui deberent. Sic etiam in galea cuiuslibet decanorum signum aliquod erat ipressum: p. quod decem bellatores uiri: quibus ipse erat præposi-

tus: decanum proprium agnoscebant. Hoc itaq; modo uel alio tam in aciebus equitum: quam etiam peditum constituendi sunt duces & præpositi: & ferētes uexilla: ut quilibet sciat quid de beat agere. Est enim tantus terror in bello: propter armorum strepitum & percussions illatas: & uerba & monitiones: non sufficiunt: ad dirigendum bellantes. sed oportet dare euidentia signa: ut quilibet solo intuitu sciat se tenere ordinatae i acie: & cognoscat quid sit acturus. **C**Ex hoc autem patere potest: quales debeat esse portantes insignia & uexilla. Nam uexillo confracto totus exercitus est confusus. Cum magna igitur diligentia est uexillifer eligendus: ut sit corpore fortis: animo constans: fidelis principi: & expertus in armis. & alia singula habeat: quæ requiruntur ad probum & strenuum bellatorem. **C**Contingit enim nostris temporibus rotum populum ciuitatis cuiusdam deuictum esse a bellatoribus paucis. eo q; uexillifer fraudem committens: uelabit uexillum & abscondit ipsum: q; re confundebantur bellatores: quasi non habentes caput & ignorantes ad quid deberent: attenderet propter quod si in debellatione uita multorum hominum periculis mortis exponitur. cum magna diligentia uexillifer est querendus. **C**Ex dictis etiam patere potest: qualiter qualis debeat esse: qui in exercitu est peditibus & equitibus præponendus. Nam sicut caput est præstans membris aliis. Sic qui in bello præponitur aliquibus turmis: uel bellatoribus aliis debet esse magis strenuus illis: & magis expertus in hiis quæ requiruntur ad pugnam. Quare cum pedates si debeant boni bellatores esse: existere debent fortis uiribus: proceri statura: scientes proiecere hastas & tela. Scire etiam debeat gladium uibrare ad percutiendum: portare scutum ad se protegendum debeat esse uigilantes: agiles: sobrios habentes armorum experientiam. Oportet omnia hæc per amplius & perfectius reperiri in eo: qui est supra pugnatores pedites præponendus. Debet ergo qui in pugna peditibus præponitur esse fortis uiribus: proceri statura: sciens eiecere hastas & iacula: sciens dimicare gladio ad percutiendum: portare scutum ad se protegendum: uigilans: agilis: sobrius: habens omnium armorum experientiam ut sciat erudire pugnantes sibi commissos: & cogat eos ad bene bellandum & ad arma tergendum. Nam ipse armiger uictor terrorem incutit hostibus: ut portans his iusmodi arma credatur bonus esse bellator. Ipsa enim rubigo armorum in eo qui portat illa arguit inertiam bellandi. Si ergo talis debet esse qui præponitur peditibus bellatoribus multo magis debet esse armorum expertus: & procer corpore: & fortis uiribus qui est equitibus præponendus. quia in bello equestri: maior conflictus efficitur: quam in pedestri pugna. Oportet igitur præpositum & ducem militaris belli esse abile corpore: ut possit etiam armatus agiliter equū

p iii

conscendere. scire fortiter equitare cum lan-  
cea percutere: si cire iacula: cum scuto se prote-  
gere: cum clava & ense dimicare. habere omni-  
um armorum exercitum: ut possit suos commu-  
litones de pugna erudire. ut fortiter pugnent. ar-  
ma tergant: & alia faciunt quæ requiruntur ad  
bellum.

**C**Quibus cautelis debet uti dux belli: ne suus  
exercitus ledatur in uia. Cap.xi.

Ors est quid terribilissimū & finis om-  
nium terribilium. ut dicis: tertio ethi-  
corum. Vbi ergo queritur mors po-  
puli: & ubi hostes insidiantur morti: ciuium. est  
omnis cautela adhibenda ut exercitus seruetur  
illesus & ut uita ciuium conseruetur. Non ergo  
sufficit considerare ea quæ sunt consideranda in  
pugna publica committenda. nisi sciantur caute-  
lae ad remouendum: impedimenta uiarum: ne ex-  
ercitus per insidias hostium periclitetur in uia.  
**C**Possimus autem quātum ad præsens spectat  
ostē cautelas enumerare: quas debet dux belli  
retinere memoriter ut saluet ut pugnato-  
rum qui sunt sub ipso. **C**Prima est ut sciat itine-  
ra regionum: per qua exercitus proficiisci des-  
bet: & interualla locorum qualitates uiatum: &  
compendia & diuerticula: & montes & flumina  
existentia in itinere illo debet habere cōscripta.  
Imo si uiae ille & passus & flumina dux exercitus  
haberet depicta. quasi oculorum aspectu prospic-  
ceret qualiter exercitus deberet pergere. tutius  
posset suum exercitum ducere. Sic etiam maria-  
ri faciunt: qui uidentes maris pericula: ne eoru-  
naues patientur naufragium. descriperunt mar-  
ris mappam. ubi portus marini discrimina mar-  
ris: & cætera talia proportionaliter sunt descri-  
pta. quæ marinari intuentes statim percipiunt  
qualiter debeant pergere: & in quo loco existū.  
& a quibus debeant se cauere. Quare etiam pro-  
pter insidias hostium exercitus tot quasi: uel eti-  
am pluribus piculis: exponatur in uia: quam nau-  
iae in mari. nullo modo debet exercitus pergere  
per uiam aliquam in qua pati possit insidias. ni-  
si qualitates uiarum montes: flumina: & cætera  
reperta in ipso itinere habeat dux conscripta eti-  
am & depicta. **C**Secunda cautela est: ut simul cū  
hoc q̄ habet uias & qualitates uiarum conscrip-  
tas & depictas: ducat dux belli conductores ali-  
quos bene scientes uias illas: qui pluries per uias  
illas peragranere: & experti sint illas. Nam uide-  
re aliqua conscripta & depicta non sunt ita no-  
ta sicut per se ipsa sensibiliter uidemus ipsa. Nam  
potior est cognito rei per quam cognoscitur in  
se ipsa: quam per quam cognoscitur: in pictura  
uel in alio simili. Ne tamen conductores moliā-  
tur fraudes alias: debet circa eos dux belli bo-  
nas apponere custodias ne possint fugere. De-  
bet etiam eis minari mortem: si in aliquo fraudu-  
lenter gesserint. **C**Tertia est habere secum sapien-  
tes plures fideles principi exercitatos in bellis de-

quorum cōsilio agat quicquid uiderit ipse dux  
belli esse fiendum. Nam ubi tantum currit peri-  
culū nullus debet initi p̄prio capiti: nec credere  
sibi soli. **C**Quarta est ut itinera ignorentur: per  
quæ debet exercitus p̄ficiisci. Nam consilium du-  
cis: quanto minus est publicum: tanto quæ sunt  
in consiliis deliberata: minus impediuntur: & ci-  
tius fini debito mancipantur. Postquam igit̄ de-  
liberatum est per quas uias debet exercitus per-  
gere: & uias illas. Dux habet conscriptas & depi-  
ctas: & habentur conductores aliqui fideles. quā-  
to hoc minus est publicum & magis celatur ab  
hostibus. tanto exercitus magis secure p̄ficiisci.  
**C**Quinta est in quolibet munimine: & in quali-  
bet acie habere aliquos eq̄tes fidelissimos & strē-  
nuissimos: habentes equos ueloces & fortes qui  
ante & a tergo: & a dextra & a leua percurrent:  
illustrantes & discooperientes insidias. ne hostes  
aliqui latitantes ex aliqua parte molestent exer-  
citum. Nam si nullis esset notum ducis consiliū:  
eo tñ ipso: q̄ per alias uias incipit exercitus  
iter arripere: coniecturari quis potest: p̄ quas par-  
tes debeat p̄ficiisci. Et quia p̄babile est semper in  
talibus aliquos exploratores adesse. cogitare de-  
bet dux belli: q̄ & hoc posset ad aures hostiū per-  
uehīre. Ita cum pericula uisa: minus noceat. p̄ ue  
locissimos equites sunt detegēdæ insidiae: ne ex-  
ercitus circa aliquam partem ex improviso patia-  
tur molestias. **C**Sexta est ut semper ex illa parte  
exercitus p̄biores milites & magis bellicosí pe-  
dites: appōans. ex qua creditur maius periculū  
imminere q̄ si ex omni parte de periculo dubitat  
undi q̄ sunt remedia adhibenda. **C**Septima est  
ne exercitus dispartim uadat. Nā interrupta acie  
facilius debellatur. In qualibet enim hora sic ex-  
ercitus se debet habere: ut si & tūc hostes præsen-  
tes adessent: ei non possent efficere nocimentū.  
Vñ & prouerbialiter dicitur. q̄ qui est munitus:  
non est derisus. Semper ergo dux belli: cui com-  
missa est tāto uita: debet esse attētus & uigilās:  
ne hostes eum inuadere possent: quasi negligē-  
tem & dormiētem. **C**Debet etiam dux exerci-  
tus Cētationes & decani: & alii qui operibus bel-  
licis præponuntur: semp monef milites pedites  
ut sint parati ad arma. ut si contingere aliquia in-  
uasio subita: possent inuadētibus resistere. Sic ca-  
su dicēdo: dato q̄ accideret aliquis repētinus i-  
sultus eēt quasi prouisus: & minus: præstaret no-  
cumentum. **C**Octaūa est considerare nocimē-  
tum exercitum i quibus sit copiosior utrum ma-  
gis habundet peditibus: uel equitibus. Nam eq-  
tes melius se defendunt in campis. Pedites uero  
in locis siluestribus & montuosis. Itaq̄ prout ui-  
derit dux belli se abūdere in equitibus uel in pe-  
ditibus eligei poterit uias campestres & amplas  
uel montanas siluestris & nemorosas & alia pro-  
ut nouerit expedire.

**C**Qualiter ordinandæ sunt acies: si debeau-  
mus contra hostes uel contra aduersarios dimi-  
care. Cap.xii.

Ostquam diximus sub quo continet  
operatio bellica. Et ex quibus regioni-  
bus sunt meliores pugnates. Et ex qui-  
bus artib⁹ sunt meliores bellicosi. Declarauimus  
etiam qualiter in exercitu construenda sunt mu-  
nitio[n]es & castra. Et quæ sunt considerāda si de  
beat publica pugna committi. & quibus cautelis  
habundare decet bellorum ducem. ne suū exer-  
citus ledatur in via: quantum ad campestrū bel-  
lum. Nihil ut uidetur ulterius diceā restat: nisi ut  
doceamus ordinare acies: Percutere aduersarios  
& inuadere hostes. Prius tamen dicemus de or-  
dine acierum. Si enim ordo seruetur in ipsa acie  
non modicum ualeat ad pugnam. Nam ut ait Ve-  
gecius. nisi bellantes sint ordinati: & occupent  
debitum spaciū bene pugnare non poterunt.  
Nam si nimis sunt constricti: impediuntur ne ali-  
os percutere possint. Si uero nimis rari & inter-  
lucentes: aditum præstat hostibus: ut facilius de-  
vincantur. Seruare autem debitum ordinem in  
acie ut equites & pedites suam aciē seruent. non  
sine magno exercitio fieri potest. Qui igitur in  
tempo[rum] aliquo uult bellare per diuturna tempo-  
ra: debet exercitare pugnatores ad seruandum  
debitum ordinem & ad faciendum ea quæ req-  
runtur in bello. Modus autem per quem pugna-  
tores huiusmodi ordinem seruare discunt: est ut  
frequenter tam equites quā pedites ducātur ad  
campos: & ille qui ē exercitus in bellis: & qui de-  
bet equitibus uel peditibus eē præpositus. **C**Pri-  
mo debet equites & pedites linealiter dispone-  
re: ita ut seriatim maneant: & æqualiter a se inui-  
cem distent: secundum distantiam quam requiri-  
rit acies equestris uel pedestris. Postea præcipere  
debet ut duplicit aciem: ita q[uod] medietas aciei sta-  
tim separet se a medietate alia: & seriatim ordinet se  
ante aliam uel post ipsam. quo facto statim de-  
bet præcipere dux bellī: ut aciem quadratam fa-  
ciant: & deinde ut constituant: trigonum quod  
faciliter fit. Nam acie quadruplata & secura dy-  
metro: & partibus quadratis coniunctis simul  
faciunt trigonum. uel ut sit ad unum dicere: q[uod]  
non omnes hos modos geometricos capiunt  
ductis pugnatoribus ad campos: sine equitibus  
sive peditibus imperare debet dux bellī: q[uod] pu-  
gnatores ordinent se secundum formam qua-  
drangularem: & postea q[uod] secundum triangula-  
rem. & deinde q[uod] secundum rotundum. & sic de  
inceps debet affuefacere bellantes: ut sciant con-  
struere aciem: secundum quamcumq[ue] formam.  
**C**Hii uisis sciendum quadrangularē formam  
aciei: inter cæteras formas esse magis inutilem.  
Ideo secundum hanc formam nunquam formā  
da est acies simpliciter: sed in casu ut si situs loca-  
lem formam requireret. In huiusmodi casu con-  
struenda est forma prædicta. **C**Formæ autē acie-  
rum secundum se utiles ad bellandum: sunt pyr-  
amidalis: rotunda & forficulatis. Nam pugnan-  
tes uel solum uolunt se defendere & sustinere  
ictus: uel uolunt alios inuadere. Si ergo bellans

tes non sentiunt se tātæ potentiae ut alios debel-  
lare possint: sed sufficit eis ut se defendant: tunc  
est construenda acies secundum rotundam for-  
mam. & pugnantes debent se magis constringe  
re & constipare ut acies non poscit ab hostibus  
transcindendi. Circa aciem autem in summitate: &  
in exteriori parte constituēdi sunt homines gra-  
uioris armaturæ & melius armati: qui absq[ue] mi-  
nor[um] grauamine possint ictus suscipere. Si uero  
pugnantes credunt se esse tantæ potentiae ut pos-  
sint aduersarios inuadere tunc se cūdum eorum  
proportiōem hostes sunt pauci uel multi. Si ho-  
stes sunt ualde pauci: construenda est acies secū-  
dum formam forficularem. ut acies sit aperta ad  
modum ferri equi: & quasi forficis: ut aduersari-  
os quasi in medio capiat & cōcludat. Si uero ho-  
stes sunt multi: constituenda est ipsa acies secun-  
dum formam quam appellant cyenum. i. secū-  
dum figuram pyramidalem & acutam: ut pos-  
sit hostes scindere & dividere. Nam diuisis hosti-  
bus facilius debellantur. Acies ergo constructa  
in forma rotunda utilis est ad sustinendum. In  
forma uero forficulari est utilis ad circundan-  
dum: & concludendum cum hostes sunt pauci.  
Sed in forma acuta & pyramidali utilis est ad  
scindendum & dividēdum: cum hostes sunt plu-  
res. **C**Sciendum est ergo q[uod] numerus acie[rum] con-  
stituendus est secundum multitudinem pugna-  
torum: ut prout quis est plures & pauciores pu-  
gnantes uiderit se habere poterit plures aut pau-  
ciores acies construere. **C**Sciendum etiā q[uod] sem-  
per in cornu aciei & in locis ubi maius pericu-  
lum est. ne acies confundatur: apponendi sunt p[ro]p-  
biores pugnatores: qui possint virilius dimicā-  
re. **C**Est etiam aduentum q[uod] in qualibet acie  
propter numerum pugnatorum constitutorum  
aciem reseruandi sunt aliqui strenui bellatores  
extra ipsam aciem: qui possint ad illam partem  
succurrere: ubi uiderit magis aciem deficeri. Hæc  
igitur tria obseruanda sunt in constitutione acie-  
rum. **C**Primo ut acies bene ordinetur secundū  
formam acutam rotundam & forficularem: ut re-  
quirit bellum committendum. **C**Secundo ut p[ro]p-  
biores bellatores in illis partibus aciei apponan-  
tur: in quibus magis potest confundi & perfora-  
ri acies. **C**Tertio ut extra quamlibet aciem reser-  
uentur aliqui milites strenui & audaces: qui pos-  
sint succurrere ad partem illam erga quam uide-  
rint aciem titubare & deficere.  
**C**Quod deridēdi sunt in bello oēs p[ro]cūtētes ce-  
sim. & q[uod] elegibilius ē p[ro]cutere p[ro]cti. Cap. xiii.  
Stenso qualiter sunt acies ordinandæ  
o & construendæ: reliquum & ostende-  
re qualiter pugnantes p[ro]cutere debeat:  
utrum elegibilius est p[ro]cutere cesim uel p[ro]ctim.  
**C**Possumus autem quinq[ue] uis ostēdere: deridē-  
di sunt percutientes cesim: & elegibilius est p[ro]-  
cutere p[ro]ctim. **C**Prima sumit ex prohibitione ar-  
morum. **C**Scda ex resistentia ossium. **C**Tertia  
ex prouidētia uulnerum. **C**Quarta ex fatigatio-

ne membrorum. **Q**uinta ex detectione percutientium. **P**rima uia sic patet. Nam quanto ensis aut gladius plus capit de armis: tanto propter armorum resistantiam difficultius itur ad carnem. Inde est q̄ bellorum experti dicunt pugnates semper debere habere loricas amplas: ita ut annuli loriarum se constringant: quia quanto illi annuli magis sunt compacti: tanto oportet plures ex eis frangere: ut uulnera noceant. Sic quia percutientes cesim. oportet plus de armis incidere: quam percutientes punctum. Ut ergo nullus perueniat citius ad carnem: magis est eligibile percutere punctum: q̄ cesim. Modica autem armorum incisio sufficit ad legendum carnem percutiendo punctum: quæ non sufficeret si percuteretur cesim. **S**ecunda uia ad inuestigandum hoc idem sumitur ex resistentia ossium. Nam & si q̄s quasi inermis existeret in percussione cessim. prius quam perueniretur ad cor uel ad membra utilia: oporteret magnam plagam facere: & multa ossa incidere: sed percutiendo punctum: duæ unciae sufficiunt: ad hoc ut fiat plaga mortaliss: & sic letale uulnus: considerare quidem debemus q̄ quicquid est hosti nocium secundum q̄ huiusmodi est nobis proficuum. Ideo in exercitu ubi queritur mors aduersariorum percutendum est punctum: quia sic feriendo citius infligitur plaga mortifera. **T**ertia uia sumitur ex uidentia uulnerum. Nam quanto hostis magis uulnera prouidet: magis potest se protegere: & citius potest illa uitare: quia iacula prouisa minus ledit. In percutiendo autem cesim: q̄a oportet fieri magnum brachiorum motum prius: infligatur plaga. aduersarius ex longinquo potest prouidere uulnus. Ideo magis sibi cauere potest & cooperire se istibus. Ideo ait Vegecius: q̄ punctum percutere aduersariū sauciat anteq̄ uideat. Vnde hoc genere percutiendi potissime usi sunt Romani. Dicebantur enim Romā milites omnes percutientes cesim: quia & ipsi semper uolebant percutere punctini. **Q**uarta uia sumitur ex fatigatione membrorum. Inter cetera enim in bellis est hoc potissime attendendum: ut pugnantes absq; nimia fatigatione sui possint nimis aduersarios ledere. Nam si bellantes nimis se fatigent non ualent laborem illum tolerare: defaciли dimitunt aciem & conuertuntur in fugā. Quare cum percutiendo cesim propter magnū motum brachiorum surgat ibi magnus labor. Punctini uero feriendo modica fatigatio sufficiat. Elegibilius est percutere punctum quam cesim. Cesa enim percussio quo uis impetu ueniat: raro occidit. Sed puncta modico impetu inflista facit letale uulnus. **Q**uinta uia sumitur ex detectione percutientis. Nam bonus bellator si potest: sic debet aduersarium ledere: ut tamen ipse non ledatur. Omnis ergo ille modus percutiendi est magis elegendus: secundum quem feriens minus discooperitur & detegitur. quia sic feriendo minor lesio ei potest accidere. Quare

cum percutiendo punctum etiam tecto corpore possit nimis aduersarius ledi. malius est percutere punctum q̄ cesim. Percutiendo enim cesim operet eleuare brachium dextrum: quo eleuato dextrum latus nudatur & discooperit: & datur hosti uia: ut possint nos ledere: nam leuius infestur lesio & nocumentū corpore nudato q̄ tecto.

**Q**uot & quæ sunt illa quæ hostes potētiores reddunt: & quot modis & qualiter debemus hostes inuadere.

Cap. xiii.

T dicebatur superius: q̄ hosti est profi-

ciuum: nobis est nocium. Et econuerso quæcūq; igitur reddunt hostes fortiores ad resistendum bellantibus: quia illa sunt eis proficia: eorum opposita sunt eis nocia: & reddunt eos debiliores ne possint impugnantes resistere. Quatum autem ad præsens spectat possumus septem enumerare: per quæ hostes sūt fortiores contra impugnantes. **P**rimum est: si sint in acie debite ordinati. Nam cum ipsa uirtus unita: & etiam ut supra tangebatur, fortior sit se ipsa dispersa: si hostes sunt bene uniti & debite in acie ordinati si inuadantur difficultius euincuntur. **S**ecundum quod reddit hostes fortiores ad resistendum: est locus. Nam in uno loco hostes facilius se tuentur q̄ in alio. Nam ut transitu fluiorum inter præcipitia montium: & inter facultates uiarum: si contingat hostes in tali situ repetiri: difficultius se defendere poterūt quia oportet eos sparsum incedere quare sicut locus iepetus defensioni: si in eo hostes inueniātur reddit eos debiliores ad bellandum. Sic locus aptus facit eos potentiores ad resistendum. **T**ertium est ipsum tempus. Nam tempore in quo uentus est contra hostes: & in quo puluis facies eorum percutit: & in quo solares radii opponuntur eorum oculis: difficultius posunt hostes resistere: tempore uero i quo hæc modo opposito se habent hostes abiliores sunt ad pugnandum. **Q**uartum quod reddit hostes magis animos & magis promptos ad renitendum est præuisio. quia quādo prouisi sunt & præsciunt pugnatorum aduentum: magis se mutiunt & minus terrentur ex eorum occursu. **Q**uintum autem est debita & moderata quietatio. Nam quāto hostes sunt lafati laboribus uigiliis: & incōmoditatibus aliis. si tunc inuaduntur facilius devincuntur q̄ si debite quievissent. Debita ergo quies hostes potentiores reddit. **S**extum quidem est amor & concordia ipsorum. Nam si hostes diuisi corporaliter facilius devincuntur. multomagis diuisi animo & uoluntate debellantur celerius quia maior est diuiso animorum quam corporum. Et econtrario si hostes non sunt sparsi. sed sunt corporaliter coniuncti: potentes sunt ad bellandum. & multo magis si se diligunt. & sint coniuncti animo. & uoluntate. quia de ipsis magis confident & erunt uiriliores & promptiores ad pugnam. Omnis enim amor est quædam uis unitua: & plus amor unit amantiū cor-

da. q̄ loci unitas existētū corpora. quate si unitas loci & congregatio bellantium eos potētiores facit. amor & unitas cordium: eos utiliorēs reddit. **C** Septimum quod facit hostes potentiores: ad renitendum. est latentia propriarum conditionum existentium circa ipsos. Nam quanto conditiones hostium melius sciunt: tanto faciliter eligitur uia: qualiter debeant impugnari: quanto uero eorum negotia sunt magis latentia magis ignoratur impugnatiōis modus. **C** Enumeratis itaq̄ quae reddunt hostes potentiores ad retinendū. de facili patere potest: quomodo & qualiter bellantes suos hostes inuadere debeat. Nam cum se p̄fem nōd̄is enumeratis hostes fortiores existant: cum modo opposito se habeat: sunt inuadendi: & debellandi. **C** Primo igit̄ dux belli per insidias: uel propter aliquem alium modum: debet diligenter aduertere quando hostes sunt dispersi. & tunc debet eos inuadere: quia nō habebunt potentiam resistendi. **C** Secundo debet diligenter explorare eorum itinera: ut transitus fluuij: & ad præcipitia mótiū: ad angustas siluarum: ad difficultates paludum & uiae: se hostibus opponant. quia sic facilius de uidentur. **C** Tertio debet aspicere ad ipsum tempus: quando sol reuerberat ad oculos hostiū. puluis & uetus repercutiunt ad eorum uultus: tūc debet eos inuadere. quia oculis eorum disgregatis a sole: & offensis per uentum & puluerem non bene uidere poterunt: qualiter debeant dimicare. ppter qđ oportebit eos fugam eligere. **C** Quarto dux exercitus sic se tempore debet: ut tali hora facit suos cōmilitones cibum capere & requiescere: & eorum equos pausare: ut possint iuadere hostes ex improviso ut eos inuadant quando cibum capiunt: uel quando dormiunt: quando sunt secūri existentes inermes: uacantes: discalciati: distracti equis: non suspicantes eorum aduentum. **C** Quinto deber diligenter explorare quando hostes magnam fecerunt dietam: sunt fatigati: habent laxatos equos. Tunc enim si eos inuaderet poterint: de facili terga uertent. **C** Sexto secundum Vegecum debet dux belli iter suos hostes & inimicos: uel per seuel per alios mittere dissensiones iurgia commouere eos ad lites uel ad iniamicitiam: ut de se inuicem non confidant. Hoc enim facto si eos inuadat: non habentes fiduciā de se inuicem: de facili conuerterentur in fugam. Sed hæc cautela licet ponat eam Vegecius: non multum est apprecianda. quia uidetur impugnare bonis moribus. **C** Septimo debet diligenter explorare conditions hostium: qualiter se gerant qualiter se habeant: quis est dux eorum. De quo dux ille magis confidit: quos mores habent. Nam exploratis conditionibus singulis: facilius inuenitur uia qualiter possit hostes inuadere & debellare. **C** Quomodo homines bellatores stare debeat si uelint hostes percutere: & quomodo debeant eos circundare: & quomodo debeant se declina-

re a pugna si non sit bonum pugniam committere. **C** Cap. xiii. Iximus in quodam capitulo præcedēti percutiendū esse punctum non cessim in quo docuimus milites & etiam pedites. In hoc autem capitulo specialem doctrinā uoluimus dare peditibus: qualiter debeant stare cum uolunt hostes percutere. Percussionis autē hostium duplex est modus. Vnus a remotis: ut cum iaciendo iacula: uel missilia aduersarios feriunt. Alius autem cum adeo appropinquant q̄ manu ad manum se percutiunt. Aliter autem debet stare bellatores uiri: cum a remotis iacula iaciunt: & aliter cum ex propinquō se feriunt. Nā iaciendo iacula a remotis debent habere ipsos pedes sinistros ante. & dextros retro. Nam cor qđ est in animali principium motus principalius in partem dextram. ita q̄ pars dextra in animalib⁹ fortior est in mouendo. & aptior ad motum & quia semper innititur alicui mobili: ut si mouet manus inititur brachio. statim & si mouetur brachium: inititur corpori quiescenti: & si mouetur unus pessiinititur alii pedi nō moto. oportet q̄ pars dextra innitatur parti sinistram quiescenti. Cū igit̄ pes sinister anteponitur: & latus dextrum elongatur: optime disponitur homo ad iacendum iacula & missilia: quia tunc quiescit in sinistra: & mouetur in dextra uibrās ipsum iaculum quo uibrato uehāmentius mouet aerem & fortius ferit. Licet. n. tam secundum partem dextrā q̄ secundum sinistram possumus quiescerē & moueri. Dextra tamen est aptior ad mouendum: & sinistra ad quescēdū. Ideo percutientes a remotis debemus quiescere super sinistrum pedem ante missum: & elongare nos cum dextro ut possumus uehāmentius impelle & uibrare iaculum. Sed quando manu ad manū pugnatur gladio: debenius econtrario nos habere ita q̄ pedē dextrum teneamus ante & sinistrum post. Nā quia latus dextrum aptius ē ad motum. si illud sit hostiū propinquius: ratiōne motus poterit melius ictus effugere. Vehāmentius. n. percutitur quod stat q̄ quod mouetur. **C** Rursus si dextrū latus sit hostiū propinquius melius poterit ipsum percutere. Debent. n. bellatores cum ad manum pugnant tenere pedem sinistrum imobiliter: & cum uolunt percutere cum pede dextro debent se ante facere & cum uolunt ictus fugere: cum eodem pede debent se retrahere: sic itaq̄ tenēdo pedem sinistrū imobilem: & cum dextro se niouendo poterunt fortius hostes percutere: & eorū ictus facilius fugere. **C** Vlo quomodo debeant stare bellantes si debeat hostes percutere. uidere restat q̄o sunt hostes includendi & circundādi. **C** Sciendū igit̄ tur q̄ raro aut nunq̄ sic circundandi sunt hostes in pugna publica q̄ non pateat aliquis aditus fūgēdi q̄a desperantes quasi necessitate cōpulsi efficiunt audaces. Videntes. n. se necessario moriēdos: possunt multa mala cōmittere ī eos qui cōtra pugnant. Inde est q̄ laudatur scipionis sensus.

**T**ertia dicentis nunquam sic esse claudendos hostes: q̄ non patet eis aditus fugiendus. Nam fūgientibus hostibus nullum est pérículum: & in fuga periclitantur multi absq; nōcumento perse quētūm. Sed cum se uident inclusos quasi coacti sunt includentes. Cum ergo supra diximus: formandam aliquando esse aciem sub forma foſiculari: ut quādō hostes pauci ad hoc q̄ melius includantur & circundentur: non sic intelligendum est q̄ ita debeant circundari q̄ nullus pateat aditus ascendendi. nisi forte adeo essent pauci q̄ quantūcūq; debellare uellet nullū possent: nōcumentum efficere. **C**ōstenso itaq; qualiter debeant stare pugnantes: si uelint hostes percurrere: & qualiter eos circumstare. Restat nunc tertio declarare qualiter sit declarandū a pugna: si non habeatur cōſilium. nec uideatur bonam pugnā cōmittere: eo q̄ hostes sint fortiores: & non possumus illis resistere. In quo quātū ad præſens ſpectat: debet dux bellī duplīcēm cautelam habere. Prima eſt quantum ad exercitū propriū. Nam & si dux cōſilium habeat non eē pugnā dum: debet hoc ualde paucis patefacere: & non debet illud toti exercitui pandere ne timētes turpiter fugiant: & ab inſequentiū hostibus occiduntur. Taliter itaq; dux ſe habere debet: q̄ non credat exercitus q̄ uelit fugere: ſed q̄ uelit alibi inſidias parare: & contra hostes uelit acrius dimicare. **S**ecunda cautela adhibenda eſt ex parte exercitus hostiū. Nam ſic debet deducere bellū: ut hoc hostes lateat. Ideo multū tēpore nocturno: potius quam diurno hoc agunt: & plus res: hanc habuere cautelam: q̄ milites ſtantes in acie ex oppoſito hostiū prohibente eos ne pediſtē uideat: ppter quod pedeſtris pugna lateriter recedit. qua recedente: eq̄tes poſtea melius poſſunt uitare hostiū. percussionses. **E**ſt etiam aduentendum q̄ quādō ſic declinatur pugna: nunquā acies ſe debent diuidere: quia ſi contingēret hostes inſequi fugientes a bello: plures occiderent: & manus nōcumentum eis infertur fugientibus: quam ſi ſe uerterēt & bellarent. Debet etiam dux bellī: iquirere utrum ſit aliquis locus propinquus ad quem poſſet conſugere exercitus ſi fugaretur ab hostibus.

**Q**uot ſunt genera bellorum: & quot modis deuincendae ſunt munitiones & urbanitates: & quo tempore melius eſt obſidere ciuitates & caſtra.

**C**ap. xv.  
Identur autem omnia bella ad quatuor genera reduci. uidelicet ad campeſtre: obſeffiuum: defensiua & naturale.

**B**ellum autem campeſtre dicitur omnis pugna facta in terra: ſecundum quam bellantes ad inuitem pugnant abſq; mutatione media. Quāto tamen huiusmodi pugna magis eſt a munitionibus separata: & tanto eſt magis campeſtris: & magis periculosa. **S**ecundum genus pugnæ dicitur obſeffiuum quando bellatores ſunt tantæ potentiae: q̄ non expectant q̄ hostes

de munitionibus exenentes uadant bellare ad cāpum: ſed ipſi munitiones inuadunt & obſident illas. Tale genit pugnæ communi nomine dicitur obſeffiuum. **E**ſt autem & tertium genus pugnæ: quod defensiua uocari poſteſt. Nam ſi cut contingit pugnantes aliquos in tanta multitudine. eſſe: & tantam habere potentiam: ut non expectant hostes exire ad campum: ſed ipſas munitiones obſideant & inuadant. Sic contingit aliquos eſſe adeo paucos & tam debiles: ut non poſtent in campo poſſe reſiſtere impugnantibus: ideo ſe in munitionibus tenent clauſos & ſuffici eis q̄ poſſint munitiones defendere: ſi contingat eis ab hostibus impugnari. Tale genit pugnæ quo quis defendit munitiones & caſtra dicitur defensiua. Nam & ſi in omni pugna eſt ali quo modo inuasio: & defenſio: Attamen cum q̄ obſedit munitiones & caſtra: magis dicitur ali os inuadere: quam ſe defendere. in pugna ergo obſeffiuam: magis eſt inuasio quā defenſio. in bello tiero q̄ quis ſe tuetur in munitionibus & caſtris: magis eſt ibi defenſio quam inuasio. ideo tale genit pugnæ merito dicitur defensiua. **Q**uartus autem pugnandi modus dicitur naualis: quia ſicut contingit eſſe pugnā in terra ſic contingit eam eſſe in aquis. mo horribiliores & periculōiores ſunt pugnæ aquatice quam terrestres. Huiusmodi autem pugnæ in aquis faſta cuimſcumq; conditionis aquæ illæ exiſtant naueſ dicuntur: quare cum ſint quatuor geueſa pugnarū. poſtquam diximus de campeſtri. Restat dicere de obſeffiuam defensiua & nauali. Contingit enim aliquando reges & principes pugnare omnibus hijs modis pugnandi. Nam aliquando committit campeſtre bellum. Aliquando uero obſident munitiones & caſtra. Contingit etiā aliquando aliquos inuadere aliquas munitiones eorum propter quod oportet eos uti pugna defensiua. Amplius in principatu & regno contingit eſſe portus & terras maritimās iuxta mare ſitas propter quod ne portus deſtruantur: & ne ſiat ab hostibus per eos introitus in regnum: & ne terræ marinae impugnentur: expedit regibus & principib; aliquando ordinare bella naualia. **D**icto itaque de bello campeſtri dicendum eſt de aliis generib; bellorum. Verum de campeſtri pugna diffusius diximus: & de caſtelis bellorum multa diſcutimus. cum per iam diſta circa omne bellum poſſunt cauſelæ haberi qualiter quis debeat ſe habere: non oportet circa alia bellorum genera diutius immorari. Primo tamen dicemus de bello obſeffiuo. **V**iso ergo quoſ ſunt bellorum genera & dicto q̄ poſt caſtrum campeſtre primo dicendum eſt de pugna obſeffiuam. cum per huiusmodi pugnam contingat optineri & deuinci munitiones & urbanitates. Restat dicere quoſ modis talia deuinci poſſunt. Eſt autem triplex modus optinēdi munitiones & caſtra uidelicet per ſitim: famem & pugnam. Contingit enim aliquando obſeffios

carere aqua. Ideo uel oportet eos siti perire uel munitiones reddere. quare diligenter excogitare debent obsidētes munitiones aliquas utrum uel aliqua ingenia uel per aliquam industriam possint ab obſeffis accipere aquam. Nam multo tiens evenit aquam a remoto principio deriuari usque ad munitiones obſeffas. quare si in illo fontali principio deſtruatur fistula uel meatus: propter quam pergit aqua ad obſeffos: oportet ipsos pati aquarum penuriam. ¶ Rursus aliquid munitiones sunt altæ. & aqua non peruenit usq; ad eas. quare si sit a munitionibus remota debent obsidentes adhibere omnem diligentiam: quomodo possint obſeffis prohibere aquam. ¶ Secundus impugnandi munitiones est per famem. Nam sine cibo durare non possumus. Ideo obsidentes ut munitiones obtineant passus vias & omnia loca p quæ possent obſeffis uictualis deferri diligenter custodire debent: ne eis talia deferantur. In huiusmodi. n. obſeffionibus multotiens plus affligit famæ q; gladius inde est q; multotiens obsidentes uolentes citius opprimere munitiones si contingat eos capere aliquos de obſeffis: non occidunt illo: sed p mutilationem membrorum eos reddit inutiles & postea illos remittunt ad munitiones obſeffas. ut ibi una cum aliis cōmēdentes apud ipsos obſeffos maiorem famem & inopiam inducant. ¶ Tertio modus optinendi munitiones est per pugnam. ut cum inter ad muros: & cum per pugnam dimicatus contra obſeffos. Sed qualiter & quot modis contingat pugnam committere: in sequenti capitulo ostenderetur. ¶ Ostēso quot sunt genera bello: & quot modis deuincendæ sunt munitiones obſeffæ. Restat ostendere: quo tempore melius est obsidere. ciuitates & castra. ¶ Sciendum itaq; tempore æſtiuo anteq; res collecta blada: uina: & alia per quæ subueniri potest inopiae obſefforum: est melius obſeffionem facere. Illo enim tempore omnimodi deuincendi melius deuincuntur obſeffi. Nam si per sitem munitiones obtinendæ melius est facere obſeffionem tempore æſtiuo. eo q; tunc magis desiccatur aquæ. nec sic abundant pluviæ cælestes: ut possit per cisternas subuenire obſeffis. ¶ Rursus sic per famem est caſtrum uel ciuitas obſeffa obtinenda melius est obſeffionem facere æſtiuo tēpore: antequam messes & uina sint recollecta: q; semper tali tempore consueuerunt deficere fructus anni præteriti. quare si obſeffi non possunt gaudere fructibus anni aduenientis: citius peribunt inopia. Amplius si post bellum & pugnam munitiones sunt obtinendæ: melius est hoc agere æſtiuo tempore. Nam tempore yemali abundant pluviæ replentur fossæ aquis: quare difficultius impugnantur obſeffi. ¶ Rursus incōmoditatem temporum magis molestant obsidentes & existentes in campis q; obſeffos manentes in dominibus. Vel igitur obſeffiones fidæ sunt tempore æſtiuo. uel si p multa tempora obſeffiones du-

rare debent. saltem incoandæ sunt tempore æſtiuo: prius q; blada: uina: & alios fructus terræ reſcolligere possint obſeffi.

¶ Quomodo debent munitiones obsideri: & quomodo periculosis impugnari possunt munitiones obſeffæ.

Cap. xvii.

I obsidentes negligētes fuerint: & nō diligenter se muniant ab obſeffis molestari poterunt. Nam cum contingat obſeffiones per multa aliquando durare tempora: non est possibile obsidentes semper esse paratos æq;. Ideo nisi sunt mutiti: quod cōtingit: q; existentes in caſtris cum fuerint occupati obsidentes sōno uel ludo uel ocio: aut aliqua necessitate dispersi: repente prūpunt in ipsos & succendent tentoria: deſtruūt obsidentium machinas: & aliquando multi ex obsidentibus periūt. Quare obsidentes ut tuti permaneant: longe a munitione obſeffa: saltem p iūt teli uel iaculi: debent caſtrametari: & circa se facere fossas: & figure ibi ligna: & conſtruere pugnacula: ut si oppidi eos repente uellent inuadere. resistantiam inuenirent. ¶ Viso quomodo se munire debet obsidentes ne ab oppidanis molestentur. Restat ostendere: quot modis impugnare debet obſeffos. ¶ Est autem unus modus impugnādi communis & publicus. uidelicet per balistas: arcus: & per lapides emissos manibus uel fundis: & etiā per appositiones scalarum. Multum enim indutres in pugna: si obſeffi faciunt se ad muros: & ad propugnacula: statim impugnat eos cum balistis & arcubus. Iaciunt contra ipsos lapides cum manibus uel cum fundis apponunt scalas ad muros: ut si possint ascendere sint pares illis. ¶ Præter tamen hos modos impugnationis apertos est dare trīplicem impugnationis modum non omnibus notum. Quorum unus est per cuniculos. Alius est per machinas proiicientes lapides: magnos & graues. & tertius per ædificia impulsā usq; ad muros munitionis obſeffæ. De omnibus itaq; his impugnationibus dicemus: sed primo de impugnatione per cuniculos. ¶ Primo igitur per cuniculos. i. per vias subterraneas deuincuntur munitiones. Debent enim obsidentes priuatim in aliquo loco terram foderre anteq; locum tētorium uel aliquod aliud ædificium debent apponere ne obſeffi uidere possint: ubi incipient fodere. ibi enim fodiendo vias subterraneas: sicut faciunt fodientes argentum. & inuenientes uenas metallorum. debent per vias illas faciendo eas profundiores: q; sint fossæ munitionis deuincendæ. & pergere usque ad muros munitionis prædictæ. q; si hoc fieri potest: leue est munitionem capere. Nam hoc factio: primo debent muros fodere & supponere ibi ligna: ne statim cadant. Et cum omnes muros uel maximam partem murorum sic suffosserunt & sub punctauerunt: si uiderint obsidentes: q; p solum casum muro: & possint munitionē optinere: statim debent apponere ignem in lignis

sustinetibus muros: & facere omnes muros: uel facere magnam partem eorum cadere: & replere fossas: quo modo quasi ex inopinato facto terreatur obfessi: ut facilius deuincatur oppidum. ¶ Est etiam attēdendū q̄ uiæ subterraneæ semper sunt muniēdæ tabulis & aliis artificiis: ne cadat terra & suffocet fodientes. terra etiam quæ extrahitur de dictis fossis: est taliter abscondenda: ne videatur ab obfessis. Et rursus cū ignis apponitur ad ipsa ligna: sustinentia mutum. Apponens huiusmodi ignem: & existētes cum eo: debent se ad locum tutum facere: ne ledantur per murorum casum. Sic ergo agendum est in impugnatiōe per cuniculos. cum ad munitionem obtinendam sufficit sola murorum ruina. Sed cum hoc creditur non sufficere muris existētibus suffossis & sub punctatis. nondum apponendus est ignis sed procedendum est ad maiores munitiones & ad maiora mœnia castrī uel ciuitatis obfessæ & per similes uias subterraneas: est similiter faciendum circa ea quod factum est circa muros. ¶ Rursus procedendum est diuertēdo uias subterraneas. ut per eas possit haberi ingressus ad ciuitatem & castrum: & quæ omnia latenter fieri possunt absq; eo q; sentiantur ab obfessis. licet tamen sine difficultate & diuturnitate temporis: possint hæc omnia fini debito: mācipari. His itaq; sic peractis i aliquo nocturno tempore: uel in aliquo alio congruo: ad pugnandum per appositionem ignis fieri debet: ut simul cadant muri & munitiones suffossæ: & per uias subterraneas fiat ingressus ad castrum uel ad ciuitatem: & per aditum factum ex muris cadentibus. reliqui obſidentes ingrediantur castrum uel ciuitatem obfessam: & sic poterunt optinere illam.

¶ Quæ & quot sunt genera machinarum eiētiū lapides: per quæ impugnari possunt munitiones obfessæ: & deuinici possunt ciuitates & castra.

## Cap. xviii.

Ontingit autem plures munitiones aliquas obfessas super lapides fortissimos esse constructas: uel esse aquis circundatas uel habere profundissimas foueras. uel aliquo alio modo esse munitas ut per uinculos & per subterraneas uias nunquam: uel ualde de difficulti optineri possint. Euēit etiam plures: ut si munitio obfessa per uias subterraneas capi possit. Obfessi tamen prouidentes fissionem impediunt eam: ne per ipsam fraudulerter & per insidias deuincantur. q; quomō fieri habeat: ostendimus cum in sequentibus capitulis ageat de defensiua pugna. cum enim tractabimus: qualiter obfessi se defendere debeant. Declarabitur qualiter obfessi per cuniculos: & alia machinamēta obſidentium debeat prouidere: quare si modus artis debet imitari naturam quæ semper facilior uia res ad effectum pducit. cum p uinculos non ita de facili munitiones impugnari possunt. Sicut per machinas lapidarias: uel per ædificia ppulsa usq; ad mœnia castrī uel ciuitatis obfessæ: opor-

tet talibus uti argumentis ut habeatur intētuni. ¶ Vidēdum est igitur quot sunt genera machinarum lapidiarum. & quot sūt modi ædificiorum per quæ munitiones impugnantur. Machinæ autem lapidarie quasi ad quatuor genera reducuntur. Nam in omni tali machina ē dare aliquid trahens & eleuans uirgam machinæ: ad q; coniuncta est funda qua lapides iacjuntur. Huius modi autem eleuatio uirgæ: aliquando fit p contrapondus. Aliquando autem non sufficit contrapondus. Sed ulterius cum sumib; eleuatur uirga machinæ. qua eleuata iaciuntur lapides. Si ergo per solum contrapondus fit homini p iectio contrapondus illud: uel est fixum: uel est mobile. uel ē compositum ex utroq;. Dicitur autem contrapondus esse fixum quādō i uirga infixa est quædam cassa immobiliter adhærens uirgæ plena lapidibus & arena. uel plena plumbo. uel aliquo alio graui corpore quod gēus machinæ ueteres trabucium uocare uoluerūt. Inter cæteras autem machinas hæc rectius proiicit: eo q; contrapondus semper uniformiter trahat. ideo semper eodem modo impellit cū hac enim machina quasi acus percuti posset. Nam cum aliqd signum percutiendum est per ipsam si nimis p̄icit ad dextram uel ad sinistram: uertēda est ad locum erga quod iaciēdus est lapis. Si uero nimis alte proiicit: uel elonganda est machina a signo: uel in funda eius apponendus est lapis grauior quem non tātum eleuare poterit. Si uero nimis yme uel nimis basse appropinquanda est machina: uel alleuiandus est lapis. Semper enim ponderandi sunt lapides ipsarum machinarum: si determinate proiendum sit aliqd certum signū. ¶ Aliud genus machinarum habet contrapondus ipsi machinæ mobiliter adhærens: circa flasgellum. uel circa uirgā ipsius machinæ: uertens se circa huiusmodi uirgam. Et hoc genus machinæ. Romani pugnatores appellauerunt biffam. Offert aut hæc attributio. Nam q; contra pondus mobiliter adhæret machinæ uirgæ. licet plus trahat ratione motus. non tamē sic uniformiter trahit. ideo plus proiicit. non tamen ita recte & uniformiter percutit. ¶ Est autem & tertium genus machinæ: quod tripantū nuncupant habēs utrūq; contrapondus. unum infixum uirgæ: & aliud mobiliter se uertens circa ipsum. hoc enim ratione ponderis infixi rectius proiicit q; biffa. ratione pōderis mobiliter se uertentis lōgius emitit lapidem q; trabutium. ¶ Quartum uero genus machinæ est q; loco contraponderis habet funes: qui trahunt per uires & māus hominum. Huiusmodi enim machina non proiicit lapides ita magnos: sicut prædicta tria genera machinarum. tamen non oportet tantum tempus apponere ad proportionandum huiusmodi machinam: sicut i machinis præfatis: ita q; plures & spicis proiicit hæc machina q; prædictæ. Ille igitur qui obſidet castrum aut ciuitatem aliquam: si uult eam in pugnare p machinas lapidarias: di-

ligēter considerare debet utrū magis possit munitionem illam impugnare proiicendo rectius uel longiusuel medio modo inter utrūq; uel etiam magis posset obseffos offendere proiicie do spissius & frequentius. Nam prout uiderit ex pedire oibus prædictis machinis: uel oibus p̄fatis modis proiiciēdi: uel aliquibus sine aliqua p̄dictarum machinæ: castrum uel ciuitatē obseffam poterit impugnare. **C**Si n. plena noticia beatut de machinis: de quibus mētionē fecim⁹: sufficenter scietur quomodo per machinas lapidarias poterit quælibet munitio impugnari. Nā omne genus machinæ lapidariae: uel ē aliquod prædictorū: uel potest originē sumere ex prædictis. Est etiam aduentendum q̄ die & nocte per lapidarias machinas impugnari possunt munitiones obseffæ. Tñ ut uideatur qualiter in nocte percutiunt lapides emissi a machinis: semper cū lapide alligadus est ignis uel ticio ignitus. Nā per tictionem ignitum lapidi alligatum: appare re poterit: qualiter machina proficit. & qualis siue quam ponderosus lapis est in funda machinae imponendus.

**C**Quomodo p̄ ædificia lignea impulsa ad muros ciuitatis & castrorum impugnari possint munitiones obseffæ.

Cap. xix.

Angebantur autem sūp̄a tres modi i pugnandi munitiones obseffas. Quo rum unus erat per cuniculos. Alius p̄ machinas lapidarias. Tertius uero per ædificia lignea ipulsa ad muros munitiōis obseffæ. **D**icto ergo de impugnatione facta per cuniculos & per lapidarias machinas. Restat dicere de impugnatione: quam fieri contingit per ædificia ipsa ad muros: uel ad incēnia castri uel ciuitatis obseffæ. **H**uiusmodi autem ædificia: quasi ad quatuor genera reducuntur: uidelicet ad arietes: uineas: turres: & musculos. Vocatur n. aries testudo quædam lignorum: quæ ne igne cōburratur: crudis coriis cooperit. Sub hac enim testudine sic cooperta coriis: & fortiter cōtexta: ne lapidibus obruiatur: intrinsicus ponitur trabs: cui caput ferro uestitur: ideo appellat aries: quia ratione ferri ibi appositi durissimam habet frons. tē ad percutiendum. Hmōi autem trabs funibus uel catenis ferreis alligatur ad testudinem factā ex lignis: & ad modū arietis se subtrahit: & postea fortiter muros munitionis obseffæ peccit & disrumpit. Cum enim per huiusmodi trabem sic ferratam: multis ictibus percussus est murus. ita q̄ iam lapides existentes in ipso incipiūt cōmoveri. in capite eius infligitur: quoddam ferrū retortum ad modum falcis per q̄ lapides cōmoti & conquassati euelunt a muro: ut citius perforetur. **V**alet autem huiusmodi ædificium ad impugnandum munitionem aliquam. Dato q̄ qs non possit pertingere usq; ad muros eius. Nam quia huiusmodi trabs habens caput sic feratum: retrahitur & impingitur: poterit & etiam percuti muros ipsius munitioni obseffæ. dato q̄ textura

illa sub qua sunt homines impingentes trabem: non pertingat usq; ad muros. **E**st autem huiusmodi textura: sub qua sunt homines impingentes arietem siue trabem: optimere munienda. ne uiri illi sagittis: uel lapidibus: uel aliquo modo ex aliqua parte possint offendere. **A**liud autem ædificium: est ad impugnandum munitiones obseffas: quod uocant uineam. Quidam autem huiusmodi ædificium catum nominant. Fit autem hoc cum tabulæ grossæ & fortes optime conligantur & duplicantur. siue sit duplex tabulatū. ne lapides emissi possint tale ædificium frāgere. Cooperis etiam crudis coriis: ne ab igne possit offendere. Consuevit autem tale ædificium: fieri in latitudine octo pedum. & in longitudine sedecim. In altitudine uero tot pedū: q̄ homines ibi competenter possint existere. huiusmodi enim ædificium tantæ quantitatæ uel etiam maioris est optime undiq; muniendum & impellēdum usq; ad muros munitionis obseffæ: sub quo homines existentes fodunt muros illos. Est autem hoc ædificium utile. cū talis est munitio obseffæ: q̄ usq; ad muros eius potest tale ædificiū impelli. **T**ertiū genus ædificiorū sunt turres uel castella. Nam si nec p̄ arietes: nec p̄ uineas capi posse sunt munitiones obseffæ: accipienda est mēsura muros munitionis illis & secundum h̄mōi mēsuram. uel etiam secundum altitudinem construēdæ sunt lignæ turres uel castella: quæ tegēda sunt crudis coriis: ne succendant ab igne. Cū hiis quidem lignis castris: dupliciter impugnare munitiones obseffæ. **P**rimo iaciēdo lapides. Nam si altitudine castri rūni excedit altitudinē muros: & etiā curricularum & propugnaculorum existētum in ipsis. Sic se habebunt existentes in castris: ad existētes in munitionibus: quodammodo sicut existentes in munitionibus: ad eos qui sunt in baso uel in terra. **R**ursus in huiusmodi castris ordinantur pontes cadentes per quos itur ad muros munitionis obseffæ. Altitudo autem muros: rūni dupliciter potest accipi. Primo per umbrā. Nam per leue filum: cuius nota sit quantitas: ligandum est ad sagittam & proiiciendum usq; ad muros munitionis: secundum quantitatem cuius sciri poterit quantitas umbræ. In illa ergo hora in qua accipitur umbræ quantitas erigendum est aliquod lignum in altum faciens tantam umbram. & secundum altitudinem illius illi erit altitudo murorum. Verum quia non splendet semper sol & facit umbram. sed aliquando tegitur nubibus. **D**abimus alium modum accipiendo altitudinem cuiuslibet ædificii: & quo rūm cuncti murorum. Accipiat autem lignum uel tabula aliqua ad quantitatem alicuius hominis. & illæ homo ad cutus quantitatem accepta est tabula illa: iaceat se in terram: & ad pedes eius ponatur prædicta tabula: & aspiciat per summam illius tabulæ: & si uisus eius procedit magis alte: q̄ sit ædificium: cuius est altitudo sumenda: trahat se magis prope ædificiū illud. Si uero

uisus protendatur magis bassæ: q̄ tabula sic exiſtente ad pedes: & sic iacente in terra: elonget ſe ab ædificio p̄adicto donec per ſummitatē m̄ta bulæ punctaliter uideat ſummitatem eius. Nam ut probari potest geometrice: quanta erit diſtanția a capite hominis ſic iacentis uſq; ad ædificiū illud: tanta erit ædificii altitudō. Poſſent etiam mensuræ talium altitudinum accipi per regulas traditas in astrolabio & quadrante. Sed de hoc nobis non ſit cura: ſufficiat autem de talibus ad præſens tanta dicere: quanta ſufficiunt ad propositum. ¶ Quartum genus ædificiorum uocant musculos. Sunt enim muſculi quædam ædificia parua: ſub quibus teguntur homines trahentes uel impellentes caſtra uſq; ad moenia munitionis obſeffæ. ¶ Poteſt autem per huiusmodi muſculos quaſi continuari caſtra uſq; ad munitionem obſeffam. q̄ cum factum eſt: tripliciter eſt impugnanda munitione. Nam in caſtro ſic ædificato ad munitionem impugnandam: eſt tria coſiderare. uidelicet partem ſuperiorem excedentem muros & turriculas munitionis capienda; Partem quaſi medianam: ad quam applicantur poſtes cadendi ſuper illos muros & partem in imā: ad quam applicantur muſculi. a qb' ſunt homines trahentes uel impellentes caſtrum. Cum ergo caſtrum illud appropinquauit quantum debuit ad muros munitionis obſeffæ. Illi qui ſunt in parte ſuperiori debent proiecere lapides & ſugare eos qui ſunt in muris. Qui uero ſunt in parte intermedia debent punctes dimittere & inuadere muros. Sed qui ſunt in parte infima & ſub muſculis: ſi poſſunt ad muros attēdere & eos ſuſfodererunt etiam & ſic obſidentes intrare poſſint obſeffam munitionem. Sunt & balistæ arcus machinæ lapidariae & omnia talia congreganda ut quando haec fienda ſunt tunc munitionem percutiunt. Quāto enim pluribus modis ſimul munitione impugnatur: tāto plus terrentur obſeffi & citius capitū.

¶ Qualiter ædificanda ſunt caſtra aut ciuitates ne pugna obſidentibus facilius deuincatur.

### Capitulum.

Oſtquam diximus de bello campeſtri & determiauimus de bello obſeffuo: docentes ipsos obſidentes munitiones & caſtra qualiter debeant ea obſidere & debellare. In parte iſta determinare uolumus de bello defenſiuo: ut poſtquam docuimus obſidentes q̄ liter debeant inuadere obſeffos uolumus doceare ipsos obſeffos qualiter ſe debeant defendere ab obſidentibus. ¶ Primum autem quod maxime facit ne obſeffa ciuitas deuincatur ab obſidentibus: & maxime facit ut obſeffi faciliter poſſint defendere munitionem aliquam: eſt ſcire: qualiter ædificanda ſunt caſtra & ciuitates & munitiones cæteræ: ne faciliter impugnentur. Sunt autem quinq; in huiusmodi ædificatione conſideranda: per quæ munitiones fortiores exiſtunt: & difſiciliores ad capiendum. Primo quidem fortifi-

cantur munitiones: & ſunt diſſiciliores ad bellā dum ex natura loci. Secūdo ex angularitate muſorum. Tertio ex terratis. Quarto ex propugnaculis. Quito ex ſoſſatis. Ex natura quidem loci urbs munitiones etiam fortiores exiſtunt: ſi editæ ſunt in proruptis rupibus. Vel in locis eminētibus & inaccessibilibus. Aut ſi mare ſit circa eas: uel paludes: aut fluminia circumduant ipsas. A principio igitur quando ædificandæ ſunt munitiones defendendæ ab exteriori pugna & ab obſidentibus: conſideranda eſt natura loci: ut in tali loco ædificetur: q̄ ex ipſo ſitu fortiores exiſtāt. Vel ſi non uacat munitiones de nouo ædifica-re. Et aliqui timentes iram dominorum. Aut domini meruentes ſuorem populi: uolunt ſe tueri in munitione aliqua: ſi aſſit facultas quærenda eſt munitione talis: quæ ex ipa natura loci fortior exiſtāt: & diſſicilior ad impugnandum. ¶ Secūdo urbes & munitiones ſunt diſſiciliores ad impugnandum ex angularitate muſorum. Nam ſi munitione muros habeat angularia: ſi contingat obſidentes ad muros accedere: ut munitionem deuincant: obſeffi facilius ſe tuentur ab illis: & leuius offendunt obſidentes. Nam propter angularitatem muſorum non ſolum ex parte anteriori ſed etiam a tergo: & quaſi ex parte posteriori percurrunt impugnantes munitionem illam. Fieri di traç; ſunt muri angularia: ut munitione faciliter defendi poſſit. ¶ Tertium quod reddit munitionem diſſiciliorē ad capiendum: dicuntut eſſe terrata uel muri ex terra facti. Nam in munitione ſienda non ſolum eſt quærenda bonitas ſitus & angularitas muſorum: ſed circa munitionem illam ædificandi ſunt duo muri aliqualiter diſtantes: & intra ſpacium: q; inter illos duos muros includitur ponenda eſt terra: quæ ſodienda eſt de foſſis quæ fienda ſunt circa munitionem illam: uel eſt aliunde terra apportanda & ponenda in illo ſpacio intermedio. Eſt etiam huiusmodi terra inter tale ſpacium poſita ita densanda: q; ad invicem conglutinetur & efficiatur quæ ſi murus. Contingit etiam turres: ex terra facere: ſi bene condensetur propter quod non eſt incoueniens conſtruere huiusmodi muros ex terra depræſſata: ualeat quidem conſtitutio talium muſorum ad defendendum munitionem: ne deuincatur per machinas lapidarias. Nam dato q; per huiusmodi machinas totus murus exterior rueret: murus conſtitutus ex terra quaſi abſq; leſione uſcipereſt iſtuſ machinarum: quia cum lapis eiectus a machina perueniret ad huiusmodi muſum: propter molliciem eius cederet terra & reſcipereſt lapidem illum quaſi ac ſi eſſet fabricatus. Expertum eſt enim muros ex terra depreſſata conſtitutos minus laedi a machinis lapidariis q; muſi alii: debeat quidem talis ex terra factus eē groſſus: quia tunc quaſi abſq; laſiōne uſcipiet lapides emiſſos a machinis. ¶ Quartum autem quod ſa- cit munitiones fortiores ſunt turres & propugnacula. Nam in iſis muris conſtruendæ ſunt tur-

res & propugnacula: ut munitio leuius defendi possit. Maxime aut ante portam quilibet ipsius munitionis: de qua timeat ne ad eam accedant obsidentes: siendae sunt turre & propugnacula & ante huiusmodi portam ponenda est catheracta pendens anulis ferreis undiq etiam ferrata prohibet ingressum hostium & incendium ignis. Nam si obsidētes uellēt portas mūtiōis succēdere catheracta q̄ est ante portam prohibebit eos. Rursus supra catheractā: debet eē niurus pforatus recipiēs ipsam p̄ quē locū poterūt proinci lapides: emitti poterit aqua ad extinguedum ignē: si cōtingeret ip̄m ab obsidētibus eē appositū. ¶ Qui tum quod facit munitionis magis iacessibiles & fortiores: est latitudo & profunditas fossarū: q̄ si ad sit facultas replendas sūt aquis. Hiis ergo modis sunt munitiones difficiliores ad capiendum. Ideo uidēdum est a principio ab his q̄ uolunt munitiones defendere ab obsidētibus eas: ut i munitonibus illis oia uel plures existis concurrant ad hoc: q̄ facilius defendantur. ¶ Quō muniēdæ sunt ciuitates & castra: & uniuersaliter omnes munitiones q̄ ab obsidētibus difficilius capiantur.

Cap. xxi.

Nn sufficit scire quō ædificandæ sunt munitiones: & quales muros debent h̄e: & quō debet eē sitæ: nisi scias quō sunt muniendæ: ut non de facili uinci possint. ¶ Dicebatur enim supra triplicē eē modum deuincendi munitiones: uidelicet per famem sitim & pugnam. Sic ergo muniendæ sunt munitio-nes obſeffæ: ne aliquo horum modorum possint deuinci. Ne enim fame deuincant tria sunt at-tendenda: uidelicet ut frumenta auena ordeum & ci-baria singula & uniuersa pabula: q̄ possunt de-seruire ad uitium: de portāda sūt ad munitionē obſeffam: prius q̄ oblideatur ab extraneis: & si ti-metur de obſessione ante recollectionem frugū ex aliis locis propinquis sunt talia acquirēda: ne munitio obſessa ob carētā uitius possit pati de-fectum: Quicquid aut non pōt ad munitionem deferrī: uel si deferretur non multum effet utile castro uel ciuitati obſeffæ totum est igni cōbus rēdum ne obsidētes superueniētes: itide capiant emolumētum: & ex bonis propriis munitionis obſeffæ impugnent ipsam. Si aut timeat de diu-tinitate temporis: ut q̄ per multa tépora debeat obſeffio perdurare: maxime muniēda est ciui-tas uel castrum obſessum milio. Nam miliū in-ter cætera minus putrefit: & plus durare perhibe-tur copia etiam carnium salitarum non est præ-termitēda: salis etiam multitudo multum ē ex-pediēs munitioni obſeffæ: eo q̄ ad multa sit uti-lis. ¶ Secundo in muniendo castrum uel ciuitatē aliquam obſidēdam quantum ad uitium: nō solum attendendū est ut magna copia uitialiū deferat ad munitionem obſeffam: sed etiam ut uitialiū delata per temperatos erogatores per familias dispensemēt: unde si fieri posset. Si ciuitas obſessa effet magna: & non posset aliunde recu-

perare uitium: in q̄libet contrata ciuitatis uitua lia reduci debent ad horrea publica: & parce & temperate per uiros prouidos dispēfare: q̄ si mu-nitio obſessa modici effet ambitus hoc efficere non est difficile: quare enim nihil prodest multa p̄paratio uitialiū: nisi parce & cum tem-pe-ramento dispēsentur. ¶ Tertio est in talibus at-tendendum: ut personæ debiles & inutiles non ualentēs proficere ad defensionem munitionis obſeffæ: si commode fieri potest sunt ad partes alias transmittendæ: tales enim consumunt & comedunt. quæ deberent bellatoribus eroga-ri. ¶ Rursus si timeatur de iopia uitialiū: be-stiæ quæ sunt in munitione obſessa: a quibus obſeffi possunt commode abstinere sunt occiden-dæ: & cōmedendæ uel saliendæ si esui aptæ sūt. vmo in tali casu comedenda sunt multa quæ ad esum uerat cōmunis usus. ¶ Viso quomodo munitio obſessa uitat ne capiatur fame: de leui patere potest qualiter se debeant habere obſeffi: ne deuincantur per sitim. Nam anteq aliqui eos obſideant: prouidere debet q̄ ad talem munitio nem pergant in qua sita quarum copia: q̄ si uero ibi non sunt fontes: fodieendi sunt putei: q̄ si etiā locus sit siccus: ut ibi nec putei fieri possunt. fien-dæ sunt cisternæ: ut cælestium aquarum super-a-bundantia suppleat aliarum aquarum defectum q̄ si munitio obſessa sit circa mare & non possit habere aquam nisi salitam: eo q̄ dulcem aquam habeat distatēm: ad quam capiendam prohi-bent obsidentes. tunc mediante cera poterit dul-cificari. Nam secūdū philosophū in methauris. Quicquid est ex aqua salita p̄ poros cere per-trasit totum in dulce conuertitur defendēdum est etiam ad munitionem obſidēdā in magna copia acerum & uinum ne ex potu solius aquæ bellatores adeo debilitentur: q̄ non possint uiri liter resistere obſidentibus. ¶ O n̄lo quomodo sunt remedia adhibenda contra famem & sitim per quæ obſessa munitio deuinci consuevit. Re-stat uidere q̄ sūt remedia adhibēda: ne p̄ pugnā obſessa munitio deuincatur. ¶ Debent ergo ad ciuitatem uel ad castrum obſessum deportari in magna copia: sulphur: pix oleum ad comburendū machinas hostium. Ferre autē & ligna sūt ad munitionem obſessam in debita abundan-tia deportāda: ut per ligna hastæ sagittarū & te-lotum: & etiam ædificia necessaria munitioni fie-ri possint. Per ferre uero etiam reparari possint arma: & fieri tela & sagittæ: & alia per quæ ipu-gnari ualeant obſidentes. Est etiam multitudo fieri per utilis: ipsis obſessis ad deſtruendum ædi-ficia & machinas ipsorum obſidentium. ut in ſe-quenti capitulo apparebit. Sexta etiam torrenti-um in magna copia sunt ad munitionem depor-tanda quia talia sunt solidiora & aptiora ad ia-ciendum ex eis ergo replendi sunt muri & tur-res munitionis obſeffæ. Calcē etiā puluerizatā deſerēdum est ad ipsam munitionem in magna habundantia: & ex ea replenda sunt multa uasa:

q ii

ut cum obsidentes appropinquat muris munitionis. iacienda sunt uasa illa quibus fractis puluis illius subintrat obsidentium oculos & adeo offendit eos ut quasi cæci & non uidetes pcuti possint. Nernorū etiam copia & funiū utilis est munitionis obseffæ: p balistas & arcus & alias pparada. q si nerui deficiant: loco eoz adhiberi potest: rūt: crines equi uel capilli muliebz. Recitat. n. Vegecius q cū romanis neruorū copia defecisset: & non possent eoz machinas reparare ad resistē dū bellatoribz: mulieres romanæ abscessis crinibz eos suis maritis: tradiderunt. per quos machinis reparatis aduersarioz impetu repulerūt. Maluerūt. n. ut ait Vegecius illæ pudicissimæ scemæ cū maritis cōiuere deformato capite: q seruire hostibus itegris crinibus. Sūt etiam ad munitiones deportanda cornua bestiarum ad reformandum balistas & arcus & coria cruda ad tegēdū machinas & alia ædificia: ne ab aduersariis pericula comburantur. Hiis etiam cautelis: & per ea quæ dicta sunt resistere poterūt obseffæ: ne eorum munitiones per pugnam ab obsidētibus deuincatur.

**C**Quo resistendū est munitioni factæ per cuniculos: & q̄liter machinis lapidariis & atiis ædificiis obseffæ debeant obuiare. **C**ap. xxii.

Numerabātur supra tres speciales modi impugnandi munitiones obseffæ. Quoq; unus erat p cuniculos & uias subterraneas. Alius p machias lapidarias. Et tertius p ædificia impulsa usq; ad moenia castrorum uel ciuitatis obseffæ. q̄re si docuim⁹ p præfatos modos inuadere obsidētes obseffos. Reliquū est ut declaremus quo obseffæ a pdictis impugnationibus contra obsidētes se defendere ualeat. **C**Primo ergo dicemus de remediis contra impugnationē p cuniculos. Possimus autē circa hæc duo remedia assignare. Vnum ē per profunditatem fossarum repletarum aquis. Nā si circa munitionem obseffam sint profundæ fouæ aquis repletæ: impedient obsidētes nec obseffos impugnare possint p cuniculos & uia subterraneas. Dato tamē q̄ fossæ aquis repleri nō possint: si sint ualde profundæ per amplæ sufficenter impedient subterraneas uias: quia hoc genere impugnationis impugnari nō possunt munitiones obseffæ. nisi dictæ uiae subterraneæ profundiores sūt fossis. Munitione ergo defendenda: uel est supa petrā firmam: & tunc propter duritiem lapidum non est facile per cuniculos debellare eam. uel est supa petram de facili labilem. aut supra terram: de facili fodi potest. & tunc per profundas fouæs est fortificanda munitione: ne per cuniculos deuicitur. **C**Secundum remedium contra cuniculos & uias subterraneas est facere in munitione obseffæ uiam aliam correspondētem uiae subterraneæ factæ ab obsidētibus. Si. n. obseffæ munitiones non habet profundas: nec habet eas repletas aq;: ppter qd timeretur de impugnatione per cuniculos diligenter considerare debent obseffæ.

si: utrū ab aliq; parte uideant terrā deferri: & utrū p aliqua signa cognoscere possint obsidentes inchoare cuniculos. q̄ cū perceperint: statū debet uiā aliam subterraneā facere: correspondēte illis cuniculis. ita tamen q̄ uia illa p̄deat contra obsidentes. & tunc per uiam illam sic perforata: cuius partem fecerunt obsidentes: & partem obseffæ: debet esse bellum continuum ne obsidentes per uiam illam munitionem ingrediantur. **C**Debet etiam obseffæ iuxta inchoationem uiae subterraneæ habere magnas tinas plenas aquis: uel etiam urinis. & cum bellant contra obsidentes: debent se fingere fugere: & exire foueam illam quo facto tantam aquam aut urinam congregatam effundere debent supra obsidentes: existentes in cuniculis. Temporibus enim nostris multi obsidentium sic periclitati sunt. Quare si hoc aliquando factum fuit: non debemus repudare impossibile ne iterum fieri possit. **C**Viso quomodo resistendum sit debellationi factæ p cūcoulos. Restat uidere quomodo obseffæ debent obuiare ipugnationi factæ p lapidarias. machinas. Contra has autē quadrupliciter subuenient. **C**Primo quia aliquādo subito ex munitione obseffæ exiuit magna multitudo armatorū: & inuidunt machinam. & prius q̄ exercitus possit succurrere ad defendēdum eā succedūt ipsam. Sed si munitionē ipsam obseffæ exire non audeant: tunc clam de nocte aliqui ligati funibus per muros emittuntur: q̄ absconde ignē portantes absq; eo q̄ alii percipiunt: machinam incendunt quo peracto: trahuntur superius: per funes ad munitionem illam. **C**Est etiam & tertius modus destruendi machinas: faciendo sagittas quas appellant telos. Est autē sagitta illa in medio quali q̄dam cauea: in qua ponitur ignis fortis: factus ex oleo sulfure & pice & resina quem ignem cū stuporū solutum bellatores antiqui incendarium uocauerūt. Hmōi autē sagitta per ballistā fortē emissā usq; ad machinam multotiens succendit ipsum. **C**Quarto etiam modo resistetur machinis lapidariis: uidelicet faciendo alias machinas interius: pcutiendo eas & destruendo ipsas. **C**In ter cætera autem summum remedium est postq̄ cōstituta est machina: interius facere ei fundam ex chatenulis ferreis: uel testam ex ferro & iuxta machinam illam construere fabricam in qua ali quod magnum ferrū bñ ingeratur: q̄ bene igni tum apponatur super fidam ex ferro textam: & proiiciat ad machinā aliā uel ad quodcuq; ædificium lignoz. Cōtra hoc enim coria cruda nō ualent: ligna non habet resistētiā. Omne enī ædificiū ligneum hoc modo comburi potest. Sūt autē & multæ aliæ particulares cautelæ: ualent ad defensionē contra lapidarias machinas. Sed quia talia completa sunt narratione non cadūt prudentis iudicio relinquantur. **C**Ostēlo quomodo resistēdū sit cuniculus & lapidariis machinis. reliquū ē delectare: quo obuiare debeat ædificiis aliis ipulsis ad moenia munitionis obseffæ.

Ad hoc autem ualeret quæcūq; diximus contra resistētiam machinarum. Nam sicut destrui possunt lapidariæ machinæ per improsum insulatum obſefforum: & per homines de nocte latenter emissos. & p sagittam deferentem ignem fortem: & per machinas: alias emittentes lapides: uel per fundas ex ferro textas iacentes ignita ferra. Sic omnibus hiis modis possunt huiusmodi ædificia lignea impugnari. Imo expertum ē contra singula hmoi ædificia maxime ualerē: si per alias machinas uel aliquo alio modo ferra ignita iacentur in ipsa. Possimus tamen specialia remedia contra huiusmodi ædificia assignare: ut contra arietem constituantur lupus. Dicebatur enim trabem ferratam percutientem muros munitionis obſeffæ: propter duriciem capitis uocari arietem. Contra hoc autem constituitur quoddam ferrum curuum dēratum dentibus fortissimis & acutis & ligatu funib; cum quo caput caput arietis: uel caput illius trabis ferratae. quo capto: uel omnino aries ad superiora trahitur: uel ita suspēditur: ut muris nocere non possit. Vnde ad bellatores antiqui huiusmodi ferrum uocauerunt lumen. eo q; acutis dentibus arietem caperet. Contra castrauero multum ualent ferræ ignita adhibetur speciale remedium contra ipsa. quia sunt cuniculi & uiae subterraneæ: & clam suffodiæ terra. unde debet transire castrum. quia sub fossa & castro dimerso i ipsam propter magnitudinem ponderis oportet castrum iterum cōstrui eo modo q; non possit ex fouea in integrū remoueri. Contra uineas uero & musculos etiam multum ualent ferræ ignita. Quod si tamē continget per huiusmodi ædificia perforari muros munitionis obſeffæ. cum de hoc dubitat anteq; hoc fiat extinguitur ædificia linea: uel si sit possibile: ædificantur muri lapidei: ut si contingat obſidentes intrare munitionem: retineātur clausi inter muros illos: & non ualentes se defendere propter mutorum inclusionem lapidibus obruantur. Est tantum diligenter aduertendum q; alii quando obſidentes singunt ſe fugere: & sic p inſidias & uerſutias inuadunt munitionem obſeffam. Ideo non statim post recessum hostium ſunt mutuiones dimittendæ: & eis custodia negligenda. Imo inuestigandæ ſunt conditiones hostium ut quod palam habere non poterunt p inſidias & uerſutias optinere non possint.

Qualiter conſtruenda eſt nauis & qualiter committendum nauale bellum: & ad quæ bella ſingula ordinantur.  
Capitulum. xxiii.

N hoc ultimo capitulo tractare uolumus aliq; de nauali bello. Non tamen oportet circa hoc tātum iſſistere quia multa quæ dicta ſunt in aliis generibus bellorū: applicari poterunt ad nauale pugnam circa hāc autem pugnam dicēmus. Primo uidendum eſt qualiter fabricanda ſit nauis. Nam nauis male fabricata ex modica impugnatione hostium de fa-

cili perit. Sciendum ergo: q; ſecundum Vege- cium ligna ex quibus conſtruenda eſt nauis: nō ſunt quolibet tempore incindenda. Nam tempo re martii & aprilis in quo humor incipit in arbo-ribus abundare: non eſt bonum incide arboreſ: ex quibus fabricanda eſt nauis. Sed tempo re iulii & augusti uel aliquo alio tempore i quo humor arborum deficit: ad huiusmodi fabri cam: incindenda ſunt ligna. Rursus non ſtatim inciſis lignis eſt ex eis fabricanda nauis. Sed pri mo arboreſ ſunt diuidendæ per tabulas: & per aliquod tempus dimittendæ ut desiccari poſſint. Nam ſi ex lignis uiridibus conſtruaf nauis quan do naturalis eorum humor expirauerit contra- huntur ligna & faciūt in nauibus rimas. quibus in nauibus nihil periculosis eſſe potheſt. Durum eſt enim intendere simul bellis naualibus & exponere ſe periculis: ne puppis per rimas naufragium patiatur. Viso qualiter incindenda ſunt ligna: & quomodo reſeruāda ut ex eis nauis de bite ualeat fabricari. Reſtat uidere quomodo in naui bene fabricata commitenda ſunt bella. Ha- ber autem nauale bellum quantum ad aliqua ſi milem modum bellandi cum ipsa pugna terreſtri. Nam ſicut terrestri pugna oportet pugnantes bene armatos eſte: & bene ſe ſcire a perſecutionibus protegere: & hostibus uulnera inflige re: Sic & hæc requiruntur in bello nauali. Imo in huiusmodi pugna oportet homines melius eſſe armatos: quam interreſtri quia cum pugna tores marini quaſi fixi ſtent: in naui & quaſi mo- dicum ſe moueant melius ſuſtinere poſſunt ar- motum pondera: quate eorum armatura grauior eſſe debet. Possimus tamen quantum ad præſens decem enumerare. per quæ matini pu- gnatores hostes impugnare debent. Primum eſt ignis quem incendiarium uocant. Expedit enim eis habere multa uasa plena pice: ſulphur: rafina: oleo. quæ omnia ſunt cum ſtupa con- uoluenta. Hæc enim uasa ſic repleta ſunt ſucceſ- ſienda & proiicienda ad nauem hostium. Ex qua proiectione uas frangitur & illud incendiarium comburitur: & ſuccedit nauem. Sunt enim mul- ta talia in naui proiicienda: ut ex multis partibus poſſit nauis ſuccendi: & cum proiiciuntur talia. Tunc enim contra nauas committendum du- rum bellum ne poſſint currere ad extinguen- dum. Secundo ad committendum marinum bellum multum ualēt inſidiae. Nam ſicut in ter- ra ponuntur inſidiae militum: qui ex improviſo inuadentes hostes eos terrent: & de facili ui- cant. Sic in mari poſt aliquas inſidias ſunt inſidiæ: ut marini pugnatores ex improviso irruen- tes in hostes: eos faciliter uincant. Tertio eſt circa marinum bellum attendendum: ut ſemper pugnantes nauem ſuam faciant circa profun- dum aquarum: & nauem hostium impigant ad litus. quia pugnandi impetum perduit qui de- trahuntur ad terram. Quarto ad arborem nauis: ſuspendendum eſt lignum: quoddam:

longum; ex utraq parte serratum: quod ad percutiendum tam nauem q̄ nautas: se habeat quasi aries cum quo terunt muri ciuitatis obfessæ. Debet autem sic ordinati lignum illud: ut ligamentum retinens ipsum possit deprimi & eleuari. q̄a hoc facto maior habetur commoditas: ut cum ipso percuti possit tam nauis q̄ etiam existentes in ipsa. ¶ Quinto in bello nauali habenda est copia ampliarum sagittarum: cum qbus scindenda sunt uela hostium. Nam uelis eorum perforatis & non ualentibus retinere uentuni. non tamen possunt ipsi hostes impetum habere pugnādi. Nec etiam possunt sic faciliter recedere si uolunt declinare a bello. ¶ Sexto consueuerūt nauitae habere ferrum quoddam curuatum ad modum falcis. bene incidens: q̄ ad placitum ad fusnes retinentes uel a statim incidit ipsa. Velis autem sic incisis & cadentibus ab arbore: subtrahit ab hostibus: ne sic pugnare possint. quia per talēm incisionem uelorum redditur nauis pigror: & quodammodo inutilior: ad pugnandum. ¶ Septimo consueuerūt etiam nautæ habere uncos ferreos fortis: ut cum uidēt se esse plures hostibus: cum illis uncis capiunt eoꝝ naues ut non permittat eos discedere. ¶ Octauo in nauali bello est hæc cautela attendēda: ut de calce alba puluerizata habeant multa uasa plena: quare ex alto sunt proiiciēda in naues hostium. quibus ex impetu pīectis & factis eleuatur puluis: ut supra diximus i bello terrestri. & subintrat hostium oculos: & adeo offendit eos: ut quasi cæci uidere nō possint. quod in bello nauali: est ualde periculum. quia ex omni parte bellantes: in tali bello uident sibi imminere mortem. quare si oculi bellantium in tali pugna ex puluere calcis sic offenduntur. ut uidere non possint: defacili uel perimuntur ab hostibus uel submerguntur in aq̄s. ¶ Nona cautela est habere multa uasa plena: ex molli sapone: quare cū impetu proiicienda sunt ad naues hostium: & hoc super loca illa: in quibus cōtingit hostes existere ad defendēdum nauis. Nam uasis illi cōfractis in huiusmodi locis. loca illa per saponem liquidum reddūtur. adeo lubrica: q̄ hostes ibi ponentes pedes statim labūt in aq̄s. ¶ Est etiam & decima cautela quasi pernitiosior omnibus aliis. Nam reperiuntur ali qui marinarii: qui diu sub aquis durare possunt. Nautæ igitur debent se serio ordinare contra nauem hostium: & clam post tergum: debent alii quem emittere diu ualentem durare sub aquis qui accepto penetrali sub aquis debet accedere ad hostilem nauem: & eam in profundo perforare: faciendo ibi plura foramina: quæ foramina ab hostibus reperiri non poterunt. cum per ipsa coeperit abundare aqua qua abundante & hostes & nauem perclitabit. Sunt autem in bello nauali alia obseruanda: ut sit ibi copia lapidum & etiam terrorum acutorum quæ quasi lapides iaciūt: cum quibus hostes nimium offenduntur. Sed cetera talia quia nimis particularia sunt: sub nar

ratione non cadunt. Sufficiant ergo cautelæ: q̄s tradidimus erga nauale bellum. ¶ Ostendo quæ liter incidenda sunt ligna: ex quibus constituenda est nauis: & quomodo bellandum est in nauali bello. Reliquum est: ut declaremus: ad quæ bella omnia ordinantur. ¶ Sciendum ergo q̄ se cundum philosophum non bellamus: ut bellum: sed ut pacem habeamus. Potest ergo bellum ex nequitia hominum: & ex cupiditate eorū orationem iræ uel concupiscentiæ. Bella tamen si iustæ gerantur & debite fiant: ordinanda sunt ad pacem: & ad quietem hominum: & ad communem bonum. Nam sic se debent habere in societe hominum. sicut se habent potiones & flebotomiae in corpore humano. Nam sicut in humano corpore sunt plures humores. sic in conuersatione & societate hominum est dare plures personas & plures homines: & sicut quamdiu homines sunt æquati in corpore. & non est ibi humorum excessus non indigemus potionē nec flebotomia. Sic quamdiu homines debite se habent: & unus non iniuriatur alteri non sunt committeda bella. quare sicut per flebotomiam & potionem: superfluitas humorum est eiicienda: per quam turbatur sanitas corporis. Sic p̄ bella sunt hostes conculcandi & occidendi. per quos impeditur commune bonum: & pax ciuium. & eorum qui sunt in regno. ¶ Supposito ergo reges & principes habere iustum bellum & hostes eorum iniuste perturbare pacem & commune bonum. non est inconueniens docere eos omnia genera bellandi. & omnem modum per quem possint suos hostes uicere. q̄ totum ordinare debet ad cōmune bonum & pacem ciuium. Nam si intēdant commune bonum & pacem ciuium. merebuntur pacem illam eternam in qua est suprema requies. quam deus ipse suis promisit fidelibus. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

**F I N I S**  
¶ Explicit liber de regimine principum æditus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum Santi Augustini.  
¶ Impressum Venetiis per magistrum Bernardinum Vercensem: iussu dñi Andree Torezani de Asula. xxiiii. M.d.ii. Fœliciter.

# Registrum.

**A**  
prima alba  
Incipiunt  
a

**E**gidii  
quattuor  
to ipso  
b

exponat  
eam resisteret

**Q** de nullo

c  
est præclara  
dentes aliquid  
dupliciter

d  
gnanimus  
moderat  
tias. Oñfo

e  
ad finem  
ti regno  
principes

**f**  
in ardua  
ra pontentatus  
tur ad opera

**g**  
bus masculus  
uitiarum.  
dum arbitrium

**h**  
**I**ncipit  
re & filios  
nis moribus

**i**  
ua:quia  
tria triplici  
est circa  
**k**  
in numismata  
usus proprius  
uersam corpus

**l**  
quam habet  
esse summe

**effe talis**  
**m**  
lostum. quis  
bernare  
etiam hoc

**n**  
**Q**uez sunt  
quid est  
silium pro

**o**  
opus prauum  
lex humana  
ta propter

**p**  
dicebat  
tur:ad  
Nam habentes

**q**  
ligenter  
res & pro

**Finis**

# Geographia

A	Antiquitatis
B	Barbarorum
C	Caesareis
D	Deinde
E	Expositio
F	Expositio
G	Geographia
H	Historiarum
I	Imperiorum
J	Imperiorum
K	Imperiorum
L	Imperiorum
M	Imperiorum
N	Imperiorum
O	Imperiorum
P	Imperiorum
Q	Imperiorum
R	Imperiorum
S	Imperiorum
T	Imperiorum
U	Imperiorum
V	Imperiorum
W	Imperiorum
X	Imperiorum
Y	Imperiorum
Z	Imperiorum